DE RE ME-TRICA, LIBRI TRES,

IACOBI MICYLLI ARGENTORA-TENSIS.



Cum Gratia & Priuilegio Cęsareo.

FRANCOFORTI. Apud Chr. Egen.

CLARISS. VIRO IVSTINIANO AB HOLTZHAVSEN

Senatori urbis Francoforten. &c.

Iacob. Micyll.

IAmdiu optaui, Iust. Clariss. occasionē aliquam idoneam ac dignam mihi dari, qua meū erga te animū, meamq; uolūtatem declarare tibi possem. Cum enim duplici de caussa gratiam tibi debeam, & quod priuatim beneuolentiam ac liberalitatē tuam iam toties expertus sum, & quòd studijs nostris cōmunibus ac literarijs tantopere te fauere intelligo, meritò sanè accusari queam, si eam rem, sciens, prudensq; cum silentio præteream. Nam cum omnis ingratitudo turpis est, tum uerò multò maximè illa, quæ ab eo proficiscitur, qui se debere et scit, & fatetur. Debent autem hoc omnes studiosi ac boni uobis, qui literarum studia fouetis, ut & uoluntates uestras prædicēt, & uos ipsos, quoad fieri potest, uerbis extollant, atque ornent. Nam si uulgo laudantur, qui publicum aliquod ædificium, uel extruunt, uel collapsum alicubi instaurant, quanto maior laus, maiorque gratia debetur ijs, qui in illis custodiendis, ac retinendis operam suam ponunt, sine quibus cætera omnia, neq; ædificari, recte, neq; conseruari tutò possunt. Idq; præcipuè grauissimis atq; periculosissimis hisce temporibus, quando necesse est Respub. omnes uel per homines prudētes et eruditos retineri, uel omnino nullas relinqui. Isocrates, orator ille Atheniēsis, cum

sacrilegis & uastatoribus templorũ alibi comparat eos, qui literas et earum doctrinam uituperant, ac damnãt. Quare mihi cõtrà uidetur Dijs proximi esse, qui donũ hoc omnium pulcherrimum, maximeq́; diuinũ, aduersus Barbarorum *incursiones atq; insultus istos tuentur, atq; defendũt.* Nam *si* Herculi *propterea diuini honores decreti fuere, quòd aliquando Græciam à belluis, & feris animantibus pacauit, quanto maiores honores illis meritò constituendi sunt, qui feritatem atq; barbariẽ ab ipsis hominũ mentibus prohibent, atq; propulsant.* Ac *te quidem Iustiniane non leuis aliquis, aut nuper in animo coortus impetus, ad hanc uoluntatem impellit, sed affectus iste tuus, antiquus ac patrius tibi est, & unà cũ genere atq; familia, quasi hæreditaria quadã successione in te, ut Cõsulti loquũtur, deuolutus.* Quis *enim nescit quanto fauore, quantaq́; liberalitate, iã antea pater tuus* Ammonius, *uir cum sapientia, tum cæteris uirtutibus, cum paucis conferendus, eadem hæc studia prosecutus fuerit?* Aut *cui non nota est, soceri tui* Philippi, *uiri amplißimi, pariter atq; doctiß. in ijsdem promouendis diligentia, atq; uoluntas, qui non solum ipse bonas ac liberales has artes summo ingenio, summoq́; studio complexus est, uerum etiam certo quodam iudicio, præ alijs doctos omnes & amat, et prouehit.* Vt *de affinibus interim atq; propinquis tuis taceam, quorum tu quoties conuentum atq; consessum aliquem circa te habes, toties in* Lyceo, *aut* Academia *aliqua consedisse mihi uideris.* Quo ma-

gis constantia ac uirtus ista tua laudanda est, qui, quod pauci aliàs faciunt, ea quæ à maioribus tuis bene atq; utiliter inchoata sunt, ipse eadem uoluntate, eademq; opera prosequeris atq; tueris, neq; te inde absterrere sinis, neq; temporum iniquitatem, neq; hominum maleuolentiā atq; obtrectationes. Sed ut ad me redeam, quoniā igitur proximis hisce mensibus, pro eo ac scholæ nostræ usus atq; necessitas postulabat, pauca quædam de ratione metrorum collegeram, eademq; mox, dū ex singulis propè utriusq; linguæ scriptoribus, quæ ad hanc rem facerent, excerpo, ad iustæ magnitudinis uolumen excreuerunt: statui laborem hunc nostrum tibi inscribere, tuoq; nomini dedicare, simul ut, quod ab initio testatus sum, ex hoc uoluntas atq; animus erga te meus cōstaret, simul etiam, ut hoc ueluti exemplo quodam, operā atq; diligentiam nostram tibi probarem. Nam cum aliàs earum rerum, quæ ad iuuentutis studia bene atq; utiliter informanda pertinent, cum primus studiosus sis, existimaui etiam hoc munus, non omnino à cura ista tua alienum, aut te ipso indignum fore. Neq; enim parum adiumenti, ad cætera atq; maiora studia, siue excolenda, siue perficienda, metrorum exercitatio atque cognitio hæc affert, sed quantum ego hactenus intellectu consequi potui, & necessaria maximè est, & utilitatem propè incomparabilem secum habet coniunctam. Nam ut de dignitate poëtices, ac uersuum, nihil hoc loco addam, quæ tamen eiusmodi est, ut & ueterum deorum respon

sa, & in sacra historia etiam cantica & hymni, secundum hanc composita fuerint, orationes certe, multorum clarorum hominum, satis indicant, sine his neque gratiam ullam, neque grauitatem aut pondus aliquod sermoni inesse. Videmus enim, quanta cura post Isocratem illum, quem primum in hac re elaborasse tradunt, & apud Græcos Demosthenes, & apud Latinos Cicero, et post hos, ut quisque eloquentia præcellere uoluit, pedum ac numerorum etiam in prosa oratione curam habuerint. Hinc enim non tantum Isocola, Antithe:a, et Homæoteleuta illa origine traxerunt, sed & tota metrorũ commata paulatim in orationẽ solutam assumi cœperũt. Quæ res, ut á paruis initijs exorta, atq; progressa, cũ ætate simul accreuit, ita deinceps pro infantiore ferme habitus fuit, qui huiusmodi schematibus orationẽ suam uariare, et quasi quibusdam floribus insignẽ atq; stellantem, ut ita dicã, reddere non potuisset. Neq; id in una tantum Græcorum aut Latinorum lingua solenne permansit, sed idem etiã qui aliarũ linguarum sermone utebantur, postea conari cœperunt. Itaq; et hodie, qui uernaculo Germanorũ sermone elegantius paulo loqui, uel scribere solent, tametsi paucis. uel pedũ, uel metrorum rationẽ intelligunt, ita tamen plerunq; uerba collocant, itaq; sententias certis Periodis includunt, ut si non ratione, imitatione tamen aliqua, ad ueterũ compositionẽ alludere uideantur. Deinde, ut ad inferiora descendã, quota pars, siue Latinorũ, siue Græcorum scriptorum

est,

est, qui absq; uersuũ ac pedũ cognitione rectè explicari, aut etiã à discentibus intelligi possunt. Nam et Virgilius et Terent. qui statim ab initio pueris propter sermonis et linguæ usum proponũtur, toti uersibus cõstant, et Æsopicæ itẽ fabulæ, & præcepta morũ, bona ex parte metrorũ legibus alligata sunt. Quare cum neq; dicendi facultas, absq; pedũ ac numerorum ratione perficiatur, neq; discẽdi, aut intelligendi, ea quæ à ueteribus scripta sunt, copia, absq; metrorũ cognitione et usu, cuiq̃ obtingere uerè poßit, haud dubie illud iam sequitur, et necessariam hanc exercitationẽ esse, neq; illa scholas rectè cõstitutas, carere posse. Quod idẽ uidentes magistri quidam puerorũ, prudentes illi quidẽ, ac boni uiri, iam olim instituere, ut in ludo pueri, non prosa tantũ scribenda, sed et uersibus cõponendis statim ab initio exercerentur. Ac nobis pueris, magnus adeò uersificationis huius usus in scholis paßim fuit, magnus item ex eadem exercitatione studiorum atq; artiũ pro̊uentus, Cum ingenia aliô qui non omnino sterilia, aut mala, non tantum in hoc studio tum elaborarent, sed & ad cætera perdiscenda alacriora & acutiora exinde redderentur. Habet enim exercitatio illa hoc quasi peculiare, ut & ingeniorum sensus acuat, innatumque illum uigorem excitet, atque eliciat. Et dum alia atque alia subinde uerba pueri circumspiciunt, alia item atque alia orationis figura, id quod in numeros cogendum & metri legibus astringendum est, uertunt reuertuntq;, magnam interim hæc res

uerborum pariter & figurarum facultatem suppedi-tat. Fit enim perinde, ut quemadmodum, qui in sole am-bulant, etiam si ob aliud ambulent, tamen colorentur: ita etiam, qui in hac exercitatione uersantur, etiam si id parum attentè obseruent, tamen interim utilitatem hanc quam modò dixi, consequantur. Quare cum tan-tam huius rei commoditatem, tantamq; etiam necessita-tem atq; usum uiderem, non putaui pro meo officio cō mittendum mihi esse, ut non & ipse hac in parte quoad possem, iuuentuti consulerem. Cupio enim quantum in me est, & studijs eorum, quibus hoc debeo, quàm mini-mum deesse, & scholam hanc uestram, quàm max. pro-uehere atq; ornare. Quod quidem si adhuc minus felici-ter ac plenè, quàm pro uoto multorum succedit, temporum atque hominum malignitati id impu temus licet, per quam ubique fit, ut melio ra consilia peiores euentus sortian tur. Vale ex schola nostra, postridie Nonas Septembr. Anno &c. M. D. XXXIX.

Phil.

DE RE METRICA
LIBER PRIMVS.

QVI DE ratione metrorum hactenus scripsere, pleriq; uel circa syllabas, & earum quantitates tantum uersati sunt: uel si qui amplius aliquid addidere, id quod à paucis sanè factũ uidemus, ipsorum metrorum exempla magis, quàm origines, uerasque descriptiones nobis proposuerunt. Itaq; et uersuum species, dum ab alijs aliter digeruntur, nec ad proprium unaquæq; genus, & caput suum referuntur, promiscuas atq; incertas plerasq; habemus, & tota hæc metrorũ scientia, multa difficultate pariter & obscuritate longo iam tempore implicata fuit. Quæ quidem res etiam illud, opinor, effecit, ut non parum multa alioqui felicia ingenia, ab hac tota studiorum parte sese continerent: et illa ipsa scriptorum genera, quæ absq; metrorum cognitione intelligi, aut etiam rectè legi non possunt, deprauata, aut prorsus intacta iam diu relinquantur. Ego uero, quia in hoc communi omnium prope studiorum, ut ita dicam, reformatione, unam hanc partem præteriri, eandemq; quasi neglectam atq; contemptam iacere, indignum existimarem, uideremq; non modo syllabarum, sed & metrorum cognitionem, ijs qui in his nostris literis bene atq; utiliter uersari uellent, tenendam esse, perquisitis tum antiquioribus, & Græcis scriptoribus

quorum ingenia ad hanc Musicæ partem, nescio quo pa cto magis, quàm Latinorum apposita semper fuere, tum etiam nostrorum hominum commentarijs & obseruati onibus quibusdam adhibitis, utriusq; rei rationem ac partes collegi. Non quidem ut plenam & absolutam to tius poëticæ scientiam, atq; artem aliquam complecte rer, nam id prope impoßibile factu uidebatur: sed tamẽ ut si quis principia, & quasi quendam ingressum artis desideraret, eadem hæc illi, ex his nostris commentatio nibus planius & copiosius, quàm antea cognoscere lice ret. Atq; hoc diuerso quodam modo fecimus, atq; uulgò solent. Nam ut cæteri à syllabarum præceptis ac tradi tione plerunq; incipiunt, posteriore autem loco ad me trorum species & compositionem descendunt, ita nos cõtrà, priore quidẽ operis instituti parte, ea quæ ad uer suũ cuiuscunq; generis naturã & constitutionem per tinent, prosequenda, syllabarũ autem quantitates, & ea rum regulas in posteriorem partem differendas censui mus. Cum enim discentibus, & adhuc rudibus in hac ar te hominibus conueniat, principio scansionem metrorũ tradi, lectionisq; differentiam, qua hoc genus orationis ab alijs distat, ostendi: neq; id absq; cognitione cuiusq; generis ac formæ fieri facilè ita poßit. Discendi in hoc consuetudinem atq; ordinem seruare uoluimus, ut uide licet ea, quæ præcipi prius & percipi citius consueue runt, statim ab initio tractanda quoq; sumeremus.

Quod igitur mercatores quidam factitant, ut merci bus

bus sua quibusq; lemmata seu titulos apponant, ne longa rerum inquisitione emptorem suspensum ac dubiũ morentur, itidem nos quoq; faciemus, ut toto hoc opere in partes seu libros suos digesto, quid quoq; loco petendum, aut expectandum sit, iam inde á principio proponamus. Nam cum alia quidem nostra opera, nostroq; studio collecta, alia autem ab alijs transumpta, & quasi mutuò accepta, in unum corpus redegerimus, tribus ex omnibus his libris confectis: prioribus duobus, ea quæ nostra sunt, comprehendere: in tertium autem, quæ aliunde accepta, á nobis uel emendata solum, uel etiam aucta fuerunt, referre statuimus. Ac primo quidem libro, quantum ad pedes, & qui ex pedibus componuntur, uersus, attinet, siue ijdem simplices, siue compositi ac multiformes fuerint, exponemus. Authores in hoc, ex Græcis, Hephæstionem potissimum, ex Latinis autem & Seruiam interdum secuti. Secundo autem, syllabarum analogias & descriptiones, quas uocãt generales, persequemur, non illas modicas quidem, & Latinis tantum uocibus accommodatas, sed ex quibus & Græcarũ quantitates bona ex parte deprehendi ac dijudicari queant. Tertius, idemq; postremus liber, Regulas de syllabis, speciales quas dicere solemus, continebit, quæ quãquam & ipsæ cũ generalibus eodem libro recenseri poterant, quia tamẽ ex Despauterij Cõmentarijs plerasq; acceptas in hæc nostra trãstulimus, neq; quicquã ferè aliud ad illas, quod nostrũ esset, præter castigandi laborẽ: qui tamẽ

etiam ipse haudquaquam contemnendus, aut paruum studi, impendimus, separandas easdem à superioribus putauimus, ne fortè cuipiam quod alienum esset, per iniuriam nobis uendicasse uideremur. Nam ut ipse optarim operam ac diligentiam nostram ab æquis ac candidis lectoribus æstimari, & si quid studiosis aliquando profuissemus, eius rei gratiā ab alio nemine occupari, ita rursus iniquum existimo, alieno labore et industria partam laudem in se deriuare atq; transferre uelle. Quare ut omissa præfationum ambage, ad ipsam rem aliquando ueniamus, à Pedibus, de quibus hoc libro tractare proposuimus, & eorum descriptione initium faciemus.

DE PEDIBVS.

EST itaq; pes certa syllabarum constitutio, temporibus ac numero uariata. Sic enim Græcè definit Hephestio: πούς ἐστι ποιῶν καὶ ποσῶν συλλαβῶν σύνθεσις εἰς εὐπρεπὲς σχῆμα. Dictus ab eo uidelicet, quod ut animalium pedes incedendo uicißim attolluntur, ac deponuntur, ita & metrici pedes inter se cōpositi, quasi quendam gressum orationis efformant, motumq; illius concinnum ac numerosum reddunt. Sunt autē pedes uarij ac multi. Nam cum syllabæ aliæ longæ, aliæ breues sint, iuxta uariam atq; multiplicem illarum cōpositionem, uarij item pedes multiq; nascuntur. Ac quantum quidem ad syllabas & earum quantitatem attinet, de eo infrà uidebimus.

Pedes autem omnes figura, præterea syllabarum quoque ac temporum numero inter se differunt. Principio enim aut simplices sunt, aut compositi. Simplices, qui aliunde non formantur, ut Iambus, Spondæus &c. Compositi, qui ex simplicibus inter se iunctis componuntur, ut ex Iambo et Spondæo Epitritus nascitur: ex codē Iambo et Scolio Periodicus: ex Tribracho & Dactylo Choreodactylus &c. Ac simplicium quidem, alij duarū syllabarum sunt, ut Iambus: alij trium ut Dactylus. Compositorum autem alij quatuor, ut Epitriti &c. alij quinque, ut Periodicus, Dochmius &c. alij etiā sex, ut Choreodactylus & Scoliodactylus, Dicanius, et similes. Nā tales quoq; finxere Græci, dū curiosius oīa persequuntur, totasq; sizygias pro pedibus accipiunt. Deinde aūt ex pedibus simplicib. qui minimum, duo tempora habet ut Pyrrhichius, qui plurimū, sex, ut Molossus. Et rursum ex compositis: qui minimū, quatuor, ut Proceleusmaticus: qui plurimum, duodecim, ut qui ex duob. Molossis componitur, quem Dicanium uocant. Cum enim breui syllabæ tempus unum, longæ aūt duo tribuantur, quo quisq; longas plures, aut pauciores habet, eo temporum quoq; numero accrescit uel decrescit. Simplices. Cōpositi.

Est aūt tempus pronunciādæ seu efferendæ syllabæ mora, ueteribus, ut uidetur, sono atq; auditu percipi solita: nobis aūt, apud quos nō in hac parte modo, sed in cæteris quoq; pronunciatio propria ac uera defecit, non aliter, quam in uersu deprehensu facilis. Tempus.

Pedes igitur, qui à Grammaticis traduntur, in uniuersum centũ uiginti quatuor sunt. Simplices uidelicet disyllabi quatuor, trisyllabi octo. Cõpositi autem ex disyllabis inter se iunctis, tetrasyllabi sedecim: ex disyllabis cum trisyllabis iunctis, pentasyllabi triginta duo: ex trisyllabis inter se iunctis, hexasyllabi sexaginta quatuor. Sed tamen ex tanto omniũm numero, duodetriginta potißimum ac soli propè celebrãtur: illi uidelicet, qui intra quatuor syllabarum numerum consistunt. Nã pentasyllabi & hexasyllabi pedes, quos curiositas Græcorum magis, quàm neceßitas inuenit, tametsi et ipsi alicubi incidunt, rari tamen sunt, et metrũ ex sese ac propriè nunquã faciunt, sed per resolutionem pleriq; ex superioribus nascuntur. Proinde quanquam ijdem breuitatis causa hic omitti, et uel ex Aldi Grãmaticis, uel aliunde peti possent, ne quid tamen à studiosis huius rei desideretur, principio eorum, qui & communiores sunt, & frequentius usurpantur, descriptiones persequar: pòst illorum quoq; nomina & exempla, perinde ut apud Diomedem & cæteros leguntur, subiungam.

Disyllabi pedes quatuor.

Pyrrhichius. I. Pyrrhichius, constat syllabis duabus breuibus, temporum totidem, ut puer ᴗ ᴗ. Dictus ἀπὸ τῆς πυῤῥίχης, saltatione armata, de qua apud Athenæ. lib. 14. cò quód breuißimum omnium, et citatum metrum reddat, uel, ut alijs placet, à Pyrrhicho deo Curetũ, cuius Pausanias in Laco. meminit. Ab ijs enim saltatio hæc originem traxisse uidetur, dum circa Iouem infantem cymba

la

la atq; æra saltantes pulsant, ne uidelicet Saturnus, ut fabula habet, uagientem audiat ac deprehēdat. Quidā autem etiā à Pyrrho Neoptolemo dictum uolunt. Siquidē huic, cum primus ex equo Troiano prosiluisset, hymnū uictorialem hoc metri genere decantatū fuisse tradunt. Idē & ἡγεμὼν, hoc est, dux appellatur, puta, quòd ex eo cæteri pedes nascātur, & Pariambus, eò q. Iābo nōnihil similis, & in fine Iambicorū pro eo sæpe ponatur. Item Cinesias et Tripudians, quia celeriter κινεῖται, hoc est mouetur, tripudijsq; aptus est & Dibrachys, à syllabarum quantitate.

II. Iambus ex breui & longa constat, temporum triū, ut senex υ –. Hūc plerique ab Iambe dictum uolunt, quo nomine & Celei ancilla appellata fuit, quæ Cererem ad Celeum hospitio diuertentem, et ob amissam filiam dolore affectam, ad Iambicos modos saltando, reficere subinde solita fuisse traditur. Item puella quædam alia, quæ nescio à quo contumeliose uexata, suspendio finijsse dicitur uitam. Præterea & anus illa, quæ Hipponacten, cū forte lauanti interueniret, & scapham, in qua lanam illa habebat, manu contingeret, increpando à se reppulit, monens hominem, ne scapham euerteret. Alij autem ab ἰαμβίζειν Iambum uocari malunt, quod uerbum ueteribus conuiciari significabat. Est enim hic pes maledicendo inprimis aptus & usitatus, tametsi dubitari possit, utrum uerbum ipsum à pede potius appellationem traxisset. Sunt, qui παρὰ τὸ ἰὸν βάλλειν Iambum dici putent, q. quemadmodū qui iaculantur, è breui accessu Iambus.

in longum proferunt passum, ut eo fortiore nisu telum emittant, ita & Iambus à breui incipiens in longam desinat, quæ tamen ratio, haud scio an frigidior paulo sit. Doctiores certè, & qui usum & naturam pedis propius inspiciunt, ab ἰαπτειν, hoc est, ab incessendo & conuiciando ἴαμβον dictum existimant. Quā diuersitatem ἐτύμου eò hic apposui, quòd nihil eorū omittendū aut negligendum putaui, quæ quoquo modo ad rem præsentem pertinere uiderētur; simul etiā ut hac opinionum & fabularum quoq; uarietate, fastidium ac tædium illud, quod nuda atq; ieiuna hæc artium præcepta afferre secum solent, aliquo modo leuarem. Cæterum idem pes Daunius & Gradarius à quibusdam appellatur.

Trochæ. III. Trochæus, ex longa breuiq; constat, iisdem syllabis quibus Iambus, sed contrario modo positis, temporū & ipse trium, ut Hora – ᴗ. Pes uolubilis & cursibus aptus, unde & ἀπὸ τρόχου nomen habet. Hephæstio autem à currentium similitudine appellatum ait, quòd ut currentes, uiam à principio lōgiorem ingressi, progrediendo eandē paulatim abbreuiant, ita Trochæus quoq; à longa incipiens, in breuem terminetur. Alij παρὰ τὸ τοὺς περιτρέχοντας τοὺς βωμοὺς, τοιούτῳ μέτρῳ ᾄδειν, hoc est, ab eo, q. qui aras in sacrificijs circumcursabant, huiusmodi metro utebātur. Idem et Choreus, & Cordax & Rutilus quoq; appellatur, eo quòd choris fabularum, & saltationibus Comicis, qualis Cordax fuit, conueniret, quanquā Terentianus Choriū, i. breui dixerit, his uersibus

Nec minus currit Trochæus lege uersa temporum
Syllaba longus priore, parcior nouißima.
Chorius idem nuncupatur, à magistris plurimis.

Quæ res Aldum commouit, ut putaret, cum pro Trochæo acciperetur, Chorium esse dicẽdum. cum pro Tribrachy (nam is quoque eodem cognomine appellatur) Choreum. Sed pace tanti uiri, ego Choreum cognomento, & Trochæum, et Tribrachyn rectè appellari puto, quia iisdem temporibus uterque constat, & Trochæus in Tribrachyn plerunque resoluitur. Chorium autem à Terentiano uel metri gratia dictum fuisse existimo, uel inde etiam, quòd pes, qui ex Trochæo et Iambo componitur, Choriambus, non Choræambus communiter appellari solet.

IIII. Spondæus, ex duabus longis syllabis constat, temporum quatuor, ut Felix – – dictus παρὰ σπονδὴν, hoc est, à libatione, eo quòd in libationibus, quas dijs faciebãt, huiusmodi metro utebantur: diuturniorem uidelicet uitã sibi, aliaq; bona, ut Hephestio ait, precantes. Spōdæus.

Trisyllabi pedes, octo.

I. Tribrachys, constat syllabis tribus breuibus, temporum totidem, ut Legere ∪ ∪ ∪. Nomen à re habet, nam βραχὺν Græcis breue significat. Idẽ Choreus dicitur: sic enim Hephestio. ῥίχρονος εἰς ἐκ τριῶν βραχειῶν τρίβραχυς, ὁ καὶ χορεῖος. Ea ratione uidelicet, quòd, ut idem author alio loco ait, hymni, qui in choris canebantur, ut plurimum hoc metri genere cōponebantur. Tribrachus.

Dicitur & Trochæus interdum et Brachisyllabus. Trochæus, propter temporum & mensuræ similitudinem opinor, quam cum Trochæo habet, et quòd alter in alterũ resoluitur. Brachysyllabus autẽ à natura syllabarũ.

Dactylus. II. Dactylus ex prima lõga, et sequẽtibus duabus breuibus constat, temporum quatuor ut, Ludere – υ υ, Vocatus hoc nomine, ut Hephæstioni placet, à similitudine δακτύλων, hoc est digitorũ, nam et illi primos articulos, siue iuncturas longiores habent, posteriores autem breuiores: uel à Dactylis Ideis, quos Rhea in Ida monte apprehensa manu terra, produxisse traditur, qui ijdẽ & Curetes dicũtur, eò quòd circa Iouẽ adhuc κοῦρον hoc est puerũ saltantes, huiusmodi metra decãtarint. Nominatur autem idem et Herous, quòd Heroum progenies & res gestæ hoc potißimum pede describuntur: & Politicus, eadem, ut uidetur, ratione.

Anapæstus. III. Anapæstus, qui et Antidactylus dicitur, eo quòd Dactylo contrarius sit, constat syllabis tribus, prioribus duabus breuibus, et ultima longa: temporũ quatuor, ut Pietas υ υ –. Dictus, ut Hephæstio ait, Anapæstus, quasi ἀναπεποδισμένος, hoc est retroactus & conuersus dactylus, uel à referiẽdi uerbo, id enim ἀναπαίειν est, quasi referiens, & qui reciproco sono Dactylum quodam modo repercutiat.

Amphibrachys. IIII. Amphibrachys, prima et ultima breui cõstat, media lõga, temporũ quatuor, ut Serenus, υ – υ. Nomẽ à re habet, eò quòd utrinq; breuẽ habet circa longã: ex qua

causa

causa idē et Hypertheticus appellatur ab Hephestione, quòd ὑπερτιθεμένην, id est superadditam siue imposi tam breuē habet. Scolius autē idem uocatur, quòd Sco lijs, hoc est conuiuialibus canticis, (sic enim Græcè di cuntur uersiculi breues & solutiores) aptus sit. Scolius.

V. Amphimacer, qui & Creticus cōmuniter uoca tur, media breui, prima & ultima lōga constat, temporū quinq;, ut Castitas – υ –. Amphimacer dicitur eadē ra tione, qua superior Amphibrachys. Creticus aūt quòd à Cretensibus siue inuentus, ut Hephestio habet, siue in sal tationibus crebrò usurpatus fuerit. Idem et Mensalis et Fescennius à quibusdā dicitur. Apud Hephestionē repe rio & Ionicū uocari, eo quòd Ionicis metris cōueniat, sed haud scio an pro Ionico, Pæonicus sit legendū. Nam Creticus & Pæon inter se affinitatem habent, & in se mutuo resoluuntur: & metra, quæ Creticū recipiunt. Pæonica, non Ionica, uulgo uocantur. Creticus.

VI. Bacchius, primā breuem, duas sequentes longas habet, temporum quinq;, ut Renascens υ – –. Inde di ctus, ut Hephestio habet, quòd Dithyrābicorum hymni de Baccho cōponi soliti, plerunq; hoc pede constabant. Alij à Bacchis dictum malunt, eo quòd saltationibus, et furori illarum conueniret. Idem etiam Hypobacchius uocatus est, & Oenotrius, eadem ut puto ratione. Bacchius

VII. Palimbacchius. Bacchio contrarius est, primā enim & secundam longas habet, ultimam breuem, tem porum quinq;, ut Celare – – υ. Idem & Antibacchius Palimbacchius.

dici-

dicitur, eadem ratione qua Palimbacchius et Latius, ille superior Oenotrius: & Dionysius, eo quòd & ipse ad Dionysiaca cantica usurpetur: et Prosodiacus, quòd prosodijs, hoc est hymnis panegyricis, de quibus Commen. Aristoph. in Aues meminit, aptus esset: et Pompeaticus, quòd pompis conueniret. Cæterum alij descriptiones has inuertunt, & quem nos hic Palimbacchium uocamus, illi Bacchium uocant. Contrà autem quem nos Bacchium, ipsi Palimbacchium appellant, ut Fabius & Terentianus.

Molossus VIII. Molossus, syllabas tres longas habet, tempora sex, ut Mirari – – –, cõtrarius Tribrachy. Dictus autem Molossus, ut Hephestio ait, á Molosso Pyrrhi et Andromaches filio, qui huiusmodi metro carmina in Dodonæo tẽplo decãtarit: uel, quod uerius, quia maximus pedum omnium simplicium est. Nam longißimos, anti qui Molossos, ut idem author est, uocabant. Alij autem á Moloßis, Thessalorum gente, sic appellatum uolunt, quòd illi ad bella proficiscentes, huius compositione utebantur. Idem & Trimacer, á syllabarum quantitate dicitur: & Hippeus, quòd equestrẽ incessum, ut puto, referat, & Canius præterea, & Vertumnus, & Extensipes, ut Diomedes addit.

Pedes tetrasyllabi, sedecim.

Reliqui deinceps pedes, omnes compositi, siue duplices sunt, nam ex superioribus inter se iunctis componuntur.

Primus igitur ex tetrasyllabis. Proceleusmaticus, syl labas quatuor breues habet, temporum totidem, ex duo bus Pyrrichijs compositus uidelicet, ut philosophus υ υ υ υ. Dictus à προκελεῦσαι: hoc est à iubendo, & praecundo uerbis uel cantu, quòd, ut traditur, in sacri ficijs Mineruae quondam, uersus ex Proceleusmatico pe de compositi, praecini solebant, et ad eorũ exorsus caete ri canentes uniformiter respondere, cantuq; subsequi, id quod & in celeusmate, hoc est in cantu & clamore nau tico (quod uerbum ab eadem origine descendit) fieri ui demus. Siue ut alijs placet, quòd Proceleusmatici uer sus, quos & Pyrrhiacos Hephestio appellari ait, (nisi quis Pyrrhichiacos dicendos, potius contendat, à Pyr rhichio pede uidelicet, ex quo Proceleusmaticus cõpo nitur) ob celeritatem & cursum syllabarum, canticum simile clamori nautico generare uideantur, quorum exẽpla infrà circa Anapesticũ genus nõnulla uidebimus Proceleusmaticus.

II. Paeon, siue Paean, utrunq; enim dicitur: Primus syllabis constat quatuor, quarum prima longa, reliquae tres breues sunt: temporum quinque, ut, Ambrosius – υ υ υ. Componitur ex Trochaeo et Pyrrhichio, appellatio nemque trahit, à Paonicis siue Paeanicis (nam & hoc utroq; modo dici inuenias) canticis, & hymnis, in qui bus potißimum usurpari aliquando consueuit. Vetu stiores ut Cicero, Quintilianus, Aristoteles & alij. Peanis appellatione magis usi sunt: posteriores autem, inter quos & Terentianus & Hephestio, Paeonem per Paeon.

o, magis dixerunt. Vnde & metri Pæonici appellatio, quod idem & Creticum communi nomine dicitur, in usu mansit. Et uidetur ipsa nomina Pæon & Pæan, non alia re, quàm dialecto inter se distare, perinde ut & πρῶδος & πρᾶτος, μουσᾶων & μουσᾶν. Id quod & doctißimos quosdam sentire uideo, sed de eo nihil attinet hic anxie nimis disputare.

Pæon 2. III. Pæon secundus, syllabā ex quatuor cōminuis secundā longam habet, reliquas breues, temporū quinq;, ut Potentia, υ – υ υ ex Iambo & Pyrrhichio, ut appa ret cōpositus. Hephestio eundem & σύμβλητον et Creticum appellari dicit. Symbletum, ut puto, ἀπὸ τῆς συμβολῆς, quòd Græcis interdum congressum & pugnā significat, eo quòd armatis saltationibus Curetū, à quibus & Creticus nomen accepisse uidetur, aptus sit. Tametsi haud scio an hæ appellationes magis primo Pæoni q̃ secundo conueniant, quòd non hic, sed ille ex Cretico uidelicet pede per resolutionem fiat, ut ob id Creticus uocari poßit.

Pæon 3. IIII. Pæon tertius, ex quatuor syllabis tertiā longam habet, cæteras breues, temporum quinq;: ut Sociare υ υ – υ, compositus ex Pyrrhichio & Trochæo. Idem, ut est apud Hephestionem, & Didymæus & Delphicus, & Cureticus & Dromæus appellatur.

Pæon 4. V. Pæon quartus. Priores tres syllabas breues habet, ultimam longam, temporum quinque, ut Celeritas υ υ υ –. Compositus ex Pyrrhichio & Iambo. Idem et

Hypor-

Hyporchematicus dicitur, à canticis uidelicet, quæ saltantibus accinebantur quæ ὑποχεύματα uocabant: & Creticus, eo quòd ut primus Pæon, ita hic quoq; ex Cretico resoluatur.

VI. Ionicus à maiori, syllabas habet quatuor, priores duas longas, reliquas breues: temporum sex, ut Cantabimus – – ∪ ∪. Ex Spondæo et Pyrrhichio componitur. Dictus autem Ionicus, eo quòd Iones eo usi fuerint, uel quòd canticis et motibus Ionicis, hoc est lasciuis, aptus sit. Nam hoc metri genere Sotades pleraque scripsisse dicitur. Idem & Persicus appellatur propter historias Persicas, quæ Ionico metro conscriptæ fuere, ut Hephestio tradit. Ionicus à maiori.

VII. Ionicus à minori, superiori contrarius, priores duas breues habet, posteriores autem longas, temporum itidem sex, ut Venerari ∪ ∪ – –. Componitur ex Pyrrhichio & Spondæo. Dictus idem & Hypocyclius, à rotunditate uidelicet, eò quòd uersus eius in se redeant, & tanquam in orbem uoluantur. Ionicus à minori.

VIII. Choriābus, ex Choreo & Iambo cōpositus, unde etiā nomen habet, syllabis constat prima & ultima lōga, medijs duabus breuibus, temporum sex, ut Pontifices – ∪ ∪ –. Hic ut Hephestio ait, et Cyclius dictus est, fortaßis à Cyclicis uersibus. Vnde & Cycliodidascali, poëtæ Dithyrābici uocantur, de quibus in Auib. Aristoph. mentio fit: et Hippobacchius, seu Bacchius κατὰ τροχαῖον, fortaßis quia à Trochæo incipit, quemadmodū Choriambus.

& Antispastus, Bacchius κατὰ ἴαμβον dicitur, eò, ut uidetur, quòd ab Iambo incipit, & si syllabam demas, Bacchium reddit.

Antispastus. IX. Antispastus medias duas lōgas habet, extremas breues, temporum itidem sex, cōtrarius Choriambo, ut Alexander υ – – υ. Dictus παρὰ τὸ ἀντισπᾶν, quod est distrahere, quia Iambus & Trochæus, ex quibus hic compositus est, inter se opponuntur, et quasi diuersè se trahunt. Idem & Spondiacus dicitur, & Bacchius κατὰ ἴαμβον, ut suprà annotatum est.

Dijambus X. Dijambus ex duobus Iambis compositus, perinde ut et nomen sonat, primam et tertiam breues, secundam & ultimam longas habet, temporum sex, ut propinquitas υ – υ –. Dicitur autem & ταυτοποδία uel βάσις Iambica, hæc Iamborum continua geminatio.

Ditrochæus. XI. Ditrochæus, ex duobus Trochæis compositus, primam & tertiam longas, secundam & ultimam breues habet, temporū itidem sex, contrarius Dijambo: ut constitisse – υ – υ. Hic & Creticus à quibusdam, et Dichoreus dicitur & ταυτοποδία siue basis trochaica. Pes commendatus in clausulis & fine periodorum.

Epitritus XII. Epitritus primus, ex quatuor syllabis, Primam breuem babet, reliquas tres longas, temporum septem, ut puellares, υ – – –. Componitur ex Iambo & Spondeo. Epitritus autem dicitur (ut et sequentes Epitriti) à proportione ἐπιτρίτης seu supertertia, ut uocatur, quæ est trium ad quatuor collatio. Eo enim temporum numero

numero respiciunt se mutuò, Iambus & Spondæus, itē Trochæus & Spondæus, quòd Iambus & Trochæus ternis temporibus mensurentur, Spondæus quaternis. Hic idem & Hippeus, & Caricus, & Dochmius quoque, ut Hephæstio habet, appellatur. Sed tamen improprie, ut puto. Nam Dochmius proprie quinque syllabarum est, quarum duæ extremæ si in unam coëant, Epitritum hunc reddunt.

XII. Epitritus secundus, secundam breuem habet, cæteras tres longas, temporum septem, ut, comprobarunt = ᴗ – –. Componitur ex Trochæo & Spondæo. Epitritus 2.

XIIII. Epitritus tertius, tertiam breuem habet, reliquas tres longas, temporum septem, ut Demosthenes, – – ᴗ –. Componitur ex Spondæo & Iambo. Epitritus 3.

XV. Epitritus quartus, primas tres longas, ultimā breuem habet, temporum septem, ut Constantinus, – – – ᴗ. Componitur ex Spondæo & Trochæo. Idemq; Monogenes ab Hephæstione appellatur. Epitritus. 4.

XVI. Dispondæus, ex duobus Spondæis cōpositus, unde etiam nomen habet, syllabis constat quatuor longis, temporum octo, ut oratores, – – – –.

Atque hi pedes, quos hactenus recensuimus, communiores sunt, magisq; usitati, reliqui uero qui suprà hunc syllabarum numerum excrescunt, plerique nomine tantum usurpantur, rarißimeq; in uersus ueniunt. Quare neque ipsi amplius aliquid, quàm nomina atque exempla illorum trademus.

Pedes pentasyllabi, triginta duo.

Primus igitur pentasyllaborum, quos & ἑτερο-πλόκους Diomedes uocat, eò ut uidetur, quòd ex diuersis speciebus, disyllabis uidelicet, & trisyllabis inter se iuncti sunt. Orthius. *Orthius est, qui constat syllabis breuibus quinq;, temporum totidem, ex Pyrrhichio et Tribracho compositus, ut philosophia u u u u u. Incidit hic in Creticum siue Pæonicum metrum, quoties longæ illorum pedum, in breues resoluuntur. Cuius rei exempla infrà uidebimus. Apparet autem ὄρθιος appellatus esse, uel ab eo, quòd syllabæ omnes breues, & inter se æquales sunt, uel quia, in canendi modo, quem ὄρθιον dixere Græci: ex nostris autem quidam, cum eo, quem primum tonum uocare solemus, similitudinem quãdam habere uolunt, usurpatus olim fuerit.*

Proximus Orthio, Parapæon siue Parapienos, ut à Diomede & Græcis appellatur. Constat syllabis prima longa, sequentibus quatuor breuibus, temporum sex, ex Trochæo & Tribrachy compositus, ut Constituere – u u u u. Qui Parapæonem uocant, uidentur eò respicere, quòd hic ad Pæonem syllabam unam adijcit, eaque dempta, per cætera illi similis est. De Parapienu autem etymologia, quod afferam nihil habeo, nisi si à παρὰ minuendi præpositione, & à uerbo πιαίνειν deductum hoc nomen putemus, ut significet parum uel leuiter pinguem aut crassum, eò quòd cum tot breuibus, ũnam duntaxat longam admixtam habet,

quæ

que tamen descriptio uulgaris foret, eodemque modo & cæteris intra hunc temporum numerum consistentibus attribui posset.

III. Periambus, constat syllabis prima, tertia, quarta, & quinta breuibus, secunda autem longa, temporum sex, ex Iambo & Tribrachy compositus, ut Adulterium υ – υ υ υ. Dictus autem Periambus uidetur, quia utrinq;, id est, ex arsi et thesi, Iambo temporibus par est: uel quòd Iambum à principio compositionis habet.

IIII. Mesomacer, (μεσόμακρος Græcè) mediam syllabam longam habet, unde & appellationem traxit, cæteras utrinq; breues, temporum sex, ex Pyrrhichio & Dactylo compositus, ut Prohibebimus, υ υ – υ υ.

V. Hegemoscolius, syllabis constat quinque, ex quibus penultima longa, cæteræ breues sunt, temporum sex, ut Dominicaster υ υ υ – υ. Componitur ex Pyrrhichio & Scolio, qui idem & Amphimacer dicitur, & unde nomen quoque trahit.

VI. Pyrrhichianapæstus, hoc est, ex Pyrrhichio & Anapæsto cõpositus, syllabis cõstat quinq;, ex quibus ultima tantum lõga, reliquæ breues omnes, temporũ sex, ut Muliebritas υ υ υ υ –. Etymologia nominis plana est.

VII. Symplectus, σύμπλεκτος Græce, syllabis constat, prioribus duabus longis, reliquis tribus breuibus, temporum septem, ut, interficere, – – υ υ υ. Symplectus autem dictus uidetur, à συμπλέκεσθαι, quasi dicas contextus & concinnus, eo quòd ex maximo disyl-

labarum, et minimo trisyllaborum compositus est, quæ iunctura lenis atque concinna est.

VIII. *Iambodactylus, ut nomine præ se fert, ex Iambo & Dactylo compositus, syllabas habet primam, ultimam & penultimam breues, secundam autem & tertiam longas, temporum septem, ut* Repurgabile *u – – u u.*

IX. *Musicus syllabis constat media atque penultima longis, prima, secunda & ultima breuibus: temporum septem, ut* Populabundus *u u – – u.* Componitur ex Pyrrhichio & Palimbacchio. *Musicus autem à sonoritate appellatus uidetur. Nam non uersibus tantum, sed periodorum principijs pariter, & clausulis aptus est.*

X. *Dasius syllabis constat prioribus tribus breuibus, posterioribus autem duabus longis, temporum septem, ut reticuerunt u u u – –.* Componitur ex Pyrrhichio & Bacchio: δάσιος *autem, hoc est, densus & compactus dici uidetur, eo quòd in longas duas finitur, sedem uidelicet firmam ac stabilem.*

XI. *Choreodactylus syllabas habet primam ac tertiam longas, reliquas tres breues, temporum septem, ut* Vulnerabitur, *– u – u u.* Compositus ex Trochæo, & Dactylo est, unde & nomen accepit.

XII. *Periodicus, syllabas habet quinque, ex quibus prima, media, & ultima breues, cæteræ longæ sunt, temporum quinque, ut* Remugiebat *u – u – u.* Compo

nitur

ponitur ex Iambo & Scolio, & Periodicus uocatur, quòd in orbem, hoc est uicißim positos, Iambicos & Trochaicos numeros habet. Incipit enim ab Iambo, & desinit in Trochæum. Sic enim & περίοδοι, uersiculi dicuntur, ex Iambica et Trochaica dipodia coniuncti, de quibus infra exempla ponentur.

XIII. Hegemocreticus constat syllabis, prima, secunda, & quarta breuibus, tertia autem atque postrema longis, temporum septem, ex Hegemone hoc est Pyrrhichio, & Cretico compositus, ut Mediocritas υ υ – υ –. Hunc Diomedes & cæteri Dochmium, siue (ut ibi corruptè, ut puto, scribitur) Dochimum uocant, de quo infra pluribus agemus.

XIIII. Cyprius constat syllabis, secunda & ultima longis, reliquis tribus breuibus, temporum septem, ut Aristoteles υ – υ υ –. Componitur ex Iambo & Anapæsto. Cyprius autem unde uocetur, incertum est, nisi quis, quia mollem & fractam modulationem reddit, hoc nomine appellatum esse contendat. Conuenit enim cum Ionicis commatibus, & metris.

XV. Doriscus syllabas habet, primam atque penultimam longas, reliquas tres breues, temporum septem, ut Tyndaridarum, – υ υ – υ. Componitur ex Trochæo & Scolio. Doriscum autem appellari puto à grauitate. Conuenit enim cum Heroicis clausulis, & fuit Dorica lingua, ut item gens, reliquis aliquanto seuerior ac grauior.

XVI. *Strophus, siue Strophius (utrũq; enim dici puto) constat extremis duabus syllabis longis, medijs tribus breuibus, temporum septem, ut Conticuerant,* – ∪ ∪ ∪ –. *Cõponitur ex Trochæo et Anapæsto. Strophius autem à conuersione numerorum, ut apparet, uocatur desinit enim à priore parte compositionis in breuẽ syllabam, & à breui rursus posteriorem incipit.*

XVII. *Diphyes, (Græce διφυής) syllabis constat primis duabus breuibus, reliquis tribus longis, temporum octo, ut Redamauerũt,* ∪ ∪ – – –. *Componitur ex Pyrrhichio & Molosso. Diphyes autem, hoc est, duplicis naturæ appellatur, ut puto, quòd ex minimo quidem disyllaborum, trisyllaborum autem maximo coniunctus est, quorum natura contraria est.*

XVIII. *Choreobacchius, ex Trochæo & Bacchio compositus, à quibus et appellationem retinuit. Constat syllabis secunda et tertia breuibus, reliquis longis, temporum octo, ut Exuperantes,* – ∪ ∪ – –. *Conuenit & hic cum clausula Heroica.*

XIX. *Amebæus, constat syllabis quinq;, quarũ ter tertia & quarta breues, prima, ultima, et penultima lõgæ sunt, temporũ octo, ut Cœnaturiunt* – – ∪ ∪ –. *Dictus hoc nomine, fortaßis à positu numerorum, quod lõgis duabus cõtinue positis, respondent totidẽ continuæ breues, quæ cum tertia sequente longa, prioribus lõgis temporũ numero æquiparantur, uel quia Spondæus et Anapæstus, ex qbus hic cõponitur, inter se cõmutãtur.*

Spon

XX Spondeodactylus ex Spondæo & dactylo, ut ipsum nomen indicat, compositus, syllabas habet priores tres longas, posteriores duas breues: temporũ octo, ut Immeruertere, – – – u u.

XXI Periambodes (περιαμβώδης Græcè) syllabis constat, prima & tertia breuibus, cæteris lõgis, temporum octo, ut Amœnitates, u – u – –. Componitur ex Iambo & Bacchio, conuenitq; cum Penthemimere Iambica, unde & nomen accepisse uidetur.

XXII. Antiperiodicus, Periodico cõtrarius. Vnde et nomẽ habet, constat prima, media, & ultima longis, reliquis duabus breuibus, temporum octo, ut Liberalitas, – u – u –. Componitur ex Trochæo & Cretico.

XXIII. Spondæoscolius, ex Spondeo & Scolio, siue Amphibracho compositus: syllabis constat prima, secunda, & quarta longis, reliquis duabus breuibus, temporum octo, ut Immeruenire, – – u – u.

XXIIII. Anticyprius, ut nomen indicat, Cyprio contrarius, syllabas habet secundam & ultimam breues, reliquas tres lõgas, temporum octo, ut Concionator, – u – – u.

XXV. Antistrophus, dictus ab eo, quòd Stropho cõtrarius sit, constat syllabis, extremis duabus breuibus, medijs tribus longis, temporum octo, ut Reuelabatur, u – – – u. Componitur ex Iambo & Palimbacchio.

XXVI. Dochmius, q et Iãbocreticus appellatur, syllabas habet, secundã atq; penultimã breues, reliquas tres

longas, temporũ octo, ut Reipublicæ, u – – u –. Cõponitur ex Iãbo et Cretico, id qđ et nomen ipsum ostẽdit. Quanq̃ Diomed. et alij quidã Dochmiũ uocant, qui ex Pyrrhichio & Cretico cõpositus sit, cuius exemplũ supra posuimus. Sed nostram sententiã cõfirmat, primum autoritas et testimoniũ Rufini, apud quem ita legimus.

Rhetoricas pulchrè structuras Dochmius ornat.
Principium Bacchius erit, concludet Iambus,
Aut uice mutata nomen mutabitur uni,
Primus Iambus erit, cum finem Creticus explet.
Prima breuis, longæq; duæ, breuis, Vltima longa,
Exemplumq; artis dabitur Respublica nobis.

Quã Cicero casu genitiuo ponere gaudet, etc. Reipublicæ u – – u – ponens uidelicet, quod & suprà pro exẽplo allegauimus, aut simile aliquid, crebro enim hoc pede circa clausulas utitur, & probatur idem pes à Quintiliano quoq;, qui eandem eius descriptionẽ affert libro 9. cap. 4. de compositione, quam hic Rufinus, nisi quòd ibidem pro Dochmio Dochimus, ut et apud Diomedem legitur: de qua re quid sentiã, postea subiungã. Deinde & apud Græcos uersiculi quidam Dochmaici appellantur, Penthemimeres uidelicet Antispasticæ, cuiusmodi citantur ab Hephestione quædam, & subinde apud Aristophanẽ, et Pindarũ reperiuntur. Qualis est:

Νομάδεσι γὰρ ἐν σκύθαις
Ἀλᾶται στρα u – – u των –. In Auib. Et
Σύ τοι νῦν κλυ u – – τῆς –

μῶνος ἄκεαρ Καθμίδων &c. apud Pinda. in Pythijs Ode 5. Nam hic:

Ἀλᾶται ςράτωρ, Et

Σὺ τοίνυν κλυτὰς, ex toto Dochmio toti uersicu sunt, ut infrà quoq; apparebit, ubi de Anapæstico me ro dicemus. Videtur autem Dochmius ab obliquitate, & flexu numerorum appellatus esse, quòd hic pes à bre i incipiens in longam desinat, deinde & longas breui- us sic temperatas & interpositas habeat, ut hæc uari tas plurimũ delectet. Quare δόχμιον, non δόχιμον, t alij, legendum censeo, quòd δόχμιον, obliquum & exuosum Græcis significet. Deinde & uersus ratio pud Rufinum postulat, ut Dochmius, non Dochimus, egatur, ne Tribrachus pro Dactylo in Heroicum Hexa metrum cadat. Quæ hic pluribus eò addidi, ut quonia m hic pes à multis adeò celebratur, uera eius descri ptio, uerâq; notitia haberetur.

XXVII. Probrachys, ex Iambo & Molosso compo itus, syllabis constat, prima breui, sequentibus quatuor ongis, temporum nouem, ut Laborauerunt υ – – – –. Dictus ab eo πρόβραχυς, quòd breuem unam cæteris ongis præpositam habet.

XXVIII. Hyperbrachys, syllabas habet, secundam breuem, reliquas quatuor longas, temporum nouem, ut Concionantes – υ – – –. Componitur ex Trochæo et Molosso, diciturq; ὑπέρβραχυς quòd τὴν βραχεῖαν ὑπερτιθεμένην, hoc est, post longam unam insertam habet.

XXIX. *Mesobrachys, constat syllabis, media breui, cæteris omnibus longis, temporum nouem, ut* Præuaricantes – – υ – –. *Componitur ex* Spondæo *&* Bacchio. *Nomen autem ab eo sumpsit, quòd ex quinq; syllabis mediam breuem habet.*

XXX. Spondeocreticus, *hoc est, ex* Spondæo *&* Cretico *compositus, syllabas habet, penultimam breuẽ, reliquas quatuor longas, temporum nouem, ut* Consuetudines – – – υ –.

XXXI. Calotypus, *siue, ut* Græce *scriptum reperio* καλότιβος, *syllabis constat quatuor prioribus lõgis, ultima breui, temporum nouem, ut* Admirabuntur – – – – υ. *Componitur ex* Spondæo *et* Palimbacchio. *De nominis origine nihil etiamdum repperi, quod digne afferatur. Nam alteram uocem corruptam puto, eam scilicet, quæ apud* Diomedem *scribitur, altera aũt, incertum est, utrũ* ἀπὸ τοῦ κάλου *magis, an* ἀπὸ τοῦ καλοῦ *deducenda sit. Nam si à* κάλον, *quod lignũ significat, deducatur, eò fortaßis respiciendum erit, quòd ut lignum, aut asser aliquis quadratus firmiter & prope immobiliter iacet: ita hic pes quoq;, propter tot longas, stabilis & constans maximè uideatur. Sin autem à* καλὸν, *cum pulchrum aut honestum significat, ad grauitatem pedis ac numerorum pertinebit. Sed hæc doctioribus æstimanda relinquemus.*

Vltimus idemq; maximus pes Pentasyllaborum, Mo-

ossospondæus dicitur, eò quòd ex Spondæo & Moloſ
o compoſitus, utriuſq; ſyllabas & tempora habet, hoc
ſt, quinq; continuas longas, temporum decem, ut Ex-
ltabundi – – – – –. Atq; hactenus Diomedes com
oſitorum pedum nomina et deſcriptiones recenſet, eo
um autem, qui ſupra quinq; ſyllabarum numerum ex-
reſcunt, neq; ille, neq; uetuſtiorum ſcriptorum, quod
ciam, quiſquam mentionem facit. Et ſanè ipſa quoq; no
nina, cum omnia à ſola compoſitione ſumpta ſint, ne-
ue peculiare aliquod ullus illorum habeat, ſatis argu-
int à recentioribus, & magis curioſis hominibus ex-
ogitatos eſſe. Sed tamen ut argumento ſeruiamus, illos
uoq; ordine, ſecundum temporum incrementa & gra
lus annumerabimus.

Pedes hexaſyllabi, ſexaginta quatuor.

I. Dichoreus, ex duobus Choreis, ſiue Tribrachis cõ
poſitus, ſyllabis conſtat ſex, longis omnibus, temporum
totidem, ut Prohibueritis υ υ υ υ υ υ.

II. Dactylochoreus, ex Dactylo & Tribracho com
poſitus, ſyllabis conſtat, prima longa, reliquis quinque
breuibus, temporum ſeptem, ut Interieritis – υ υ υ υ υ.

III. Scoliochoreus, ex Scolio & Choreo ſiue Tri-
bracho compoſitus, ſyllabis conſtat, ſecunda longa, cæte
ris quinq; breuibus, temporum ſeptem, ut Refrigeſa-
cite υ – υ υ υ υ.

IIII.

IIII. Anapæstochoreus, ex Anapæsto & Tribracho compositus, syllabas habet, tertiam longam, cæteras breues, temporum septem, ut Inimicitia u u – u u u.

V. Choreodactylus, syllabis constat, quarta longa, cæteris breuibus, temporum septem, ut Maleuolentia u u u – u u. Componitur ex Choreo, qui & Trybrachus dicitur, & Dactylo.

VI. Choreoscolius, syllabis constat breuibus omnibus, præter penultimam, temporum septem, ut Beneficiorum u u u u – u. Cōponitur ex Tribracho et Scolio.

VII. Choreantidactylus, syllabis constat breuibus omnibus, præter ultimam, quæ longa est, temporum septem, ut Recalefaciens u u u u u –. Componitur ex Tribracho & Anapæsto.

VIII. Antibacchiochoreus, syllabis constat prioribus duabus longis, reliquis quatuor breuibus, temporū octo, ut Perterrefaciet – – u u u u. Componitur ex Palimbacchio & Tribracho. Dicitur idem & Latiochoreus, quòd Latius & Antibacchius pro eodem sumuntur.

IX. Bacchiochoreus, syllabis constat, secunda & tertia longis, reliquis quatuor breuibus, temporum octo, ut Supellectilibus u – – u u u. Componitur ex Bacchio et Tribracho.

X. Anapæstodactylus, syllabas habet tertiam et quartam lōgas, cæteras breues, temporū octo, ut Labefactātibus u u – – u u. Cōponitur ex Anapæsto & Dactylo.

XI.

XI. *Choreantibacchius, syllabas habet penultimam, & antepenultimam longas, reliquas breues, temporum octo, ut* Humiliabantur *u u u – – u.* Componitur *ex* Tribrachy *&* Palimbacchio. *Dicitur &* Choreolatius *idem pes.*

XII. *Choreobacchius, syllabas habet priores quatuor breues, posteriores duas longas, temporum octo, ut* Inhibitiones *u u u u – –.* Componitur *ex* Tribrachy *&* Bacchio.

XIII. *Cretichoreus, ex* Cretico *&* Choreo*, seu* Tribrachy *compositus, syllabas habet primam & tertiam longas, cæteras breues, temporum octo, ut* Comprehensibilis *– u – u u u.*

XIIII. *Scholiodactylus, ex* Amphibracho *&* Dactylo *compositus, syllabas habet secundam & quartam longas, reliquas quatuor breues, temporum octo, ut* Amarulentia *u – u – u u.*

XV. *Anapæstoscolius, ex* Anapæsto *et* Scolio *compositus, syllabas habet tertiam atq; penultimam longas, cæteras quatuor breues, temporum octo, ut* Mediocritate *u u – u – u.*

XVI. *Choreocreticus, ex* Tribrachy *&* Cretico *compositus, syllabas habet quartam & ultimam longas, reliquas quatuor breues, temporum octo, ut* Reuereamini *u u u – u –.*

XVII. *Didactylus, hoc est, ex duobus* Dactylis *coniunctus syllabas habet primam & quartam longas, cæteras breues*

ras breues, temporum octo, ut Insatiabilis – u u – u u –

XVIII. Discolius, ex duobus Scholijs coniunctus, syllabas habet secundam & quintam longas, cæteras breues, temporum octo, ut Superstitiosus u – u u – u.

XIX. Diantidactylus, hoc est, ex duobus Anapæstis coniunctus, syllabas habet, tertiam & ultimam longas, cæteras quatuor breues, temporum octo, ut saturabimini u u – u u –.

XX. Dactyloscolius, ex Dactylo & Scolio cõpositus syllabis constat prima atq; penultima lõgis, cæteris breuibus, temporum octo, ut Perpetuitatem – u u u – u.

XXI Scolioanapæstus, ex Scolio et Anapæsto compositus, syllabis constat secunda & ultima longis, reliquis breuibus, temporum octo, ut Repercutimini u – u u u –. Idem & Scoliantidactylus dicitur.

XXII. Dactylanapæstus, ex Dactylo & Anapæsto compositus, syllabis constat prima & ultima longis, medijs quatuor breuibus, temporum octo, ut Semimulieres – u u u u –. Nominatur & Politicanapæstus, nam Politicus idem, qui & Dactylus appellatur.

XXIII. Molossochoreus, ex Molosso & Choreo cõpositus, syllabis constat prioribus tribus longis, posterioribus totidem breuibus, temporum nouem, ut Apennicola – – – u u u. Dicitur & Caniochoreus idẽ pes.

XXIIII. Bacchiodactylus, ex Bacchio & Dactylo compositus, syllabis constat, secunda, tertia, & quarta lõgis, reliquis tribus breuibus, temporum nouem, ut Ineuitabi

tabile υ – – – υ υ.

XV. Anapæstamibacchius ex Anapæsto & Anti
chio compositus, syllabis constat prioribus duabus
ultima breuibus, medijs tribus longis, temporum no
n, ut Redamaturarum υ υ – – – υ. Idem & Anapæ
latius dicitur.

XVI. Choreomolossus, ex Choreo & Molosso cō
situs, syllabis constat tribus prioribus breuibus, po
rioribus totidem longis, temporum nouem ut Recu
ratores υ υ υ – – –. Dicitur idē & Choreocanius.

XVII. Creticoscolius ex Cretico & Scolio com
situs: syllabis constat, secunda, quarta & ultima bre
bus, cæteris longis, temporum nouem, ut Elegantia
m – υ – υ – υ.

XVIII. Scoliocreticus, ex ijsdem pedibus compo
us, superiori contrarius, syllabis cōstat secunda, quar
& ultima longis, cæteris breuibus: temporum nouē,
Amaritudines υ – υ – υ –.

XIX Antibacchioscolius, ex Antibacchio & Sco
cōpositus, syllabas habet, primā, secundam et quintā
gas, cæteras breues, temporū nouē, ut Desideriorum
– υ υ – υ. Idem & Latioscolius appellatuur.

XX Scoliobacchius, ex Scolio & Bacchio cōposi
s, syllabas habet primā, tertiā, et quartā breues, cæte
s lōgas, temporū nouē, ut Superstitiones υ – υ υ – –.

XXI. Bacchioscolius, ex Bacchio & Scholio cō
ositus, syllabas habet secundā, tertiam, & quintam lon

gas, cæteras tres breues, temporum nouem, ut Recantatione ∪ – – ∪ – ∪.

XXXII. *Scoliantibacchius*, ex Scolio et Antibacchio compositus, *syllabas habet secundam, quartam & quintam longas, cæteras breues, temporum nouem, ut Tyrannicidarum* ∪ – ∪ – – ∪. Dicitur idem & Scoliolatius.

XXXIII. *Anapæstocreticus*, ex Anapæsto & Cretico *compositus, syllabas habet primam, secundam & quintam breues, cæteras tres longas, temporum nouem, ut* Legionarij ∪ ∪ – – ∪ –.

XXXIIII. *Creticodactylus*, ex Cretico & Dactylo *compositus, syllabis constat prima, tertia & quarta longis, cæteris breuibus, temporum nouem, ut* Competi*toribus* – ∪ – – ∪ ∪.

XXXV. *Creticanapæstus*, ex Cretico & Anapæ*sto compositus, syllabis constat, prima, tertia & ultima longis, cæteris breuibus, temporum nouem, ut* Repre*hensibiles* – ∪ – ∪ ∪ –.

XXXVI. *Dactylocreticus*, ex Dactylo & Creti*co compositus, syllabis constat, prima, quarta & ultima longis, cæteris breuibus, temporum nouem, ut* Am*phitryonides* – ∪ ∪ – ∪ –.

XXXVII. *Bacchianapæstus*, ex Bacchio & Ana*pæsto compositus, syllabis constat, secunda, tertia & ultima longis, cæteris breuibus, temporum nouem, ut Adorabimini* ∪ – – ∪ ∪ –. Idem & *Bacchiantidactylus dicitur.*

XXXVIII.

XXVIII. Dactylantibacchius, ex dactylo, & Antibacchio compositus, syllabis constat, secunda, tertia ultima breuibus, cæteris longis, temporum nouem, Emoriturorum – υ υ – – υ. Dicitur & Dactylolaus idem alio nomine.

XXIX. Anapæstobacchius, ex Anapæsto & Bacchio cõpositus, syllabis constat prima, secunda, & quarta breuibus, cæteris longis, temporum nouem, ut Benedictiones υ υ – υ – –.

L. Antibacchiodactylus, ex Antibacchio et Dactylo cõpositus, syllabis constat prima, secunda & quarta longis, cæteris breuibus, temporum nouem, ut Cõsideratur – – υ – υ υ. Idem & Latiodactylus dicitur.

LI. Antibacchianapæstus, ex Antibacchio et Anapæsto cõpositus, syllabis constat prima, secunda & ultima longis, reliquis breuibus, temporum nouem, ut Perficiens – – υ υ υ –. Idem & Latiantidactylus dicitur.

LII. Dactylobacchius ex Dactylo & Bacchio cõpositus, syllabis constat, secunda, tertia & quarta breuibus, cæteris tribus longis, temporum nouem, ut Frigefamentes – υ υ υ – –.

LIII. Scoliocanius, ex Scolio & Canio, qui et Molossus dicitur, compositus, syllabis constat prima & tertia breuibus, cæteris longis, temporum decem, ut Remuneratores υ – υ – – –.

LIIII. Dibacchius, ex duob. Bacchijs cõiunctus, syl

labis cōstat prima & quarta breuibus, cæteris omnibus longis, temporū decem, ut Choruscationes ∪ – – ∪ – – .

XLV. Bacchiocreticus, ex Bacchio & Cretico com positus, syllabis cōstat prima atq; penultima breuib. cæteris lōgis, temporū decē ut Reluctabamini ∪ – – – ∪ – .

XLVI. Bacchiolatius, ex Bacchio et Latio, qui idem & Antibacchius dicitur, syllabis constat, prima & ulti ma breuibus, cæteris in medio longis, tēporum decem, ut Recompensabuntur ∪ – – – – ∪.

XLVII. Creticobacchius syllabis constat secunda & quarta breuibus, cæteris longis, temporum decem, ut Concitatiores – ∪ – ∪ – – . Componitur ex Cretico & Bacchio.

XLVIII. Dicreticus, ex duobus Creticis coniunctus, syllabis constat secunda & quinta breuibus, cæteris lon gis, temporum decem, ut Eruditißimi – ∪ – – ∪ – .

XLIX. Creticolatius, qui & Creticantibacchius di- citur, ex Cretico & Antibacchio compositus, syllabis constat secunda & ultima breuibus, cæteris longis, tem porum decem, ut Concionabantur – ∪ – – – ∪.

L. Latiocreticus, qui & Antibacchiocreticus uo- catur, ex Antibacchio & Cretico compositus, syllabis constat tertia & quinta breuibus, cæteris longis, tem- porum decem, ut illiberalitas – – ∪ – ∪ – .

LI. Dilatius, qui & Diantibacchius, ex duobus An- tibacchijs coniunctus, syllabas habet tertiam, & ultimā breues, cæteras longas, temporum decem, ut Incurui- ceruicum – – ∪ – – ∪.

LII.

I. Canioscolius, siue Molossoscolius, ex Molosso et lio cōpositus, syllabis constat quarta, & ultima bre us, cæteris longis, temporum decem, ut Rerumpu carum - - - υ - υ.

II. Antidactylocanius, siue Anapæstomolossus, ut q; enim modo dicitur, ex Anapæsto & Molosso cō itus, syllabis constat prioribus duabus breuibus, re uis quatuor longis, temporum decem, ut Patribus iscriptis υ υ - - - -.

III. Dactylocanius, qui & Dactylomolossus dici ;ex Dactylo & Molosso compositus, syllabis cōstat unda et tertia breuibus, cæteris omnibus longis, tem rum decem, ut Induperatores - υ υ - - -.

V. Latiobacchius, ex Latio, qui & Palimbacchius citur, & Bacchio compositus, syllabis constat, tertia quarta breuibus, cæteris longis, temporum decem, Apparitiones - - υ υ - -.

VI. Caniantidactylus, ex Molosso, qui & Canius di tur, et Antidactylo .i. Anapæsto cōpositus, syllabis stat penultima et antepenultima breuibus, cæteris lon is, temporum decem, ut Acceptabilitas - - - υ υ -.

VII. Caniodactylus, ex Canio siue Molosso & Da ylo compositus, syllabis constat, ultima penultimaq; reuibus, cæteris longis, ut Propugnatoribus - - - - υ υ.

VIII. Bacchiocanius, siue Bacchiomolossus, ex Bac hio & Molosso compositus, syllabas habet primam bre

uem, cæteras quinq; longas, temporum undecim, ut Senatusconsulto υ – – – – –.

LIX. Creticocanius, qui & Creticomolossus dicitur, ex Cretico & Molosso compositus, syllabas habet, secundam breuem, cæteras longas omnes, temporum undecim, ut Concionabundi – υ – – – –.

LX. Latiocanius, ex Latio, hoc est, Antibacchio, & Molosso compositus, syllabas habet, tertiam breuem, cæteras utrinq; longas, temporum undecim, ut Sermocinantes – – υ – – –.

LXI. Caniobacchius, hoc est, ex Molosso et Bacchio compositus, syllabas habet, quartam breuem, cæteras utrinq; longas, temporum undecim, ut Attestationes – – – υ – –.

LXII. Caniocreticus, ex Molosso & Cretico compositus, syllabas habet, penultimã breuem, cæteras quinq; longas, temporum undecim, ut Expergiscemini – – – – υ –.

LXIII. Caniolatius, ex Canio & Latio, hoc est, ex Molosso & Antibacchio compositus, syllabas habet omnes longas, præter extremam, quæ breuis, temporũ et ipse undecim, ut Autoramentorum – – – – – υ.

LXIIII. Dicanius, ultimus, idemq; omnium maximus pes, ex duobus Canijs, siue Molossis compositus, syllabis cõstat sex longis omnibus, temporũ duodecim, ut interpellatores – – – – – –. Iam ut pedum omnium notitia, primo statim intuitu appareat, subiecimus typos

& exempla singulorum ordine, ut sequitur

Typi & exempla pedum.

Disyllaborum IIII.

Pyrrhichius	υ υ	*Deus.*	*Temporum 2.*
Iambus	υ –	*Parens*	*Tempo. 3.*
Trochæus	– υ	*Solus*	
Spondæus	– –	*Verax.*	*Temporum 4.*

Trisyllaborum VIII.

Tribrachys	υ υ υ	*Dominus*	*Temp. 3.*
Dactylus	– υ υ	*Vnicus*	*tempo. 4.*
Anapæstus	υ υ –	*Patiens,*	
Scolius	υ – υ	*Benignus,*	
Creticus	– υ –	*Excitans*	*temp. 5.*
Bacchius	υ – –	*Iacentes,*	
Palimbacchius	– – υ	*Solamen*	
Molossus	– – –	*Oppressis.*	*temp. 6.*

Tetrasyllaborum. XVI.

Proleusmaticus	υ υ υ υ	*Cole deum.*	*Tempo. 4.*
Pæon primus	– υ υ υ	*Viue pius*	*tempo. 5.*
Pæon secundus	υ – υ υ	*Tene modum*	
Pæon tertius	υ υ – υ	*Petit umbram*	
Pæon quartus	υ υ υ –	*Mala gerens.*	
Ionicus à maiori	– – υ υ	*Viuens bene*	*temp. 6.*
Ionicus à minori	υ υ – –	*Amat auras.*	
Choriambus	– υ υ –	*Multa senex*	
Antispastus	υ – – υ	*Videns discit.*	

Dijambus	υ – υ –	*Timens nefas,*
Ditrochæus	– υ – υ	*Vitet iram.*
Epitritus primus	υ – – –	*Volant horæ,* temp. 7.
Epitritus secund.	– υ – –	*Currit ætas.*
Epitritus tertius	– – υ –	*Curas leua.*
Epitritus quartus	– – – υ	*Vitæ finis,*
Dispondæus	– – – –	*Præsto mors est.* tem. 8.

Pentasyllaborum XXXII.

Orthius	υ υ υ υ υ	*Pete media.* temp. 5.
Parapæon	– υ υ υ υ	*Linque nimia,* tem. 6.
Periambus	υ – υ υ υ	*Bonos sequere,*
Mesomacer	υ υ – υ υ	*Fuge noxia.*
Hegemoscolius	υ υ υ – υ	*Lege minora*
Pyrrhichianapæstus	υ υ υ υ –	*Mala sapiens.*
Symplectus	– – υ υ υ	*Musæ nemora* Tem. 7.
Iambodactylus	υ – – υ υ	*Amant abdita,*
Musicus	υ υ – – υ	*Fluuiorumq;*
Dasius	υ υ υ – –	*Vada, liquenti*
Choreodactylus	– υ – υ υ	*Vda gurgite.*
Periodicus	υ – υ – υ	*Flagrans amore,*
Hegemocreticus	υ υ – υ –	*Furit æstuans.*
Cyprius	υ – υ υ –	*Fero quatiens*
Doriscus	– υ υ – υ	*Corda dolore,*
Strophus	– υ υ υ –	*Victus animo.*
Diphyes	υ υ – – –	*Bona fortunæ* Tem. 8.
Choreobacchius	– υ υ – –	*Fata gubernant.*

...nœbæus	– – u u –	Virtus patiens
...ondæodactylus	– – – u u	Perfert omnia.
...iambodes	u – u – –	Canunt poëtæ
...eiperiodicus	– u – u –	Multa nobili
...ondeoscolius	– – u – u	Versu decora.
...ticyprius	– u – – u	Vana diuina
...istrophus	u – – – u	Dei responsa
...chmius	u – – u –	Monent Delphici.
...obachys	u – – – –	Egens grassantes Te. 9.
...perbrachys	– u – – –	Spernit Harpyas.
...sobrachys	– – u – –	Parcæ superbos.
...ondeocreticus	– – – u –	Duræ pollices
...lotypus	– – – – u	Virtus contemnit,
...lossospondæus	– – – – –	Victrix fortunæ.

(Temp. 10

Hexasyllaborum LXIIII.

...ichoreus	u u u u u u	Tolerat animus Te. 6.
...ctylochoreus	– u u u u	Omnia placidus. Te. 7.
...oliochoreus	u – u u u u	Tenensque medium
...apæstochoreus	u u – u u u	Pelagi, uehitur
...oreodactylus	u u u – u u	Mare per inuium,
...oreoscolius	u u u u – u	Grauia minante
...oreantidactylus	u u u u u –	Opera Boreæ,
...tiochoreus	– – u u u u	Virtute comite, Te. 8.
...cchiochoreus	u – – u u u	Honores sequere,
...napæstodactylus	u u – – u u	Cupiens munera

Choreantibacchius	u u u – – u	*Gerere condigna*
Choreobacchius	u u u u u – –	*Genere ſuperbo*
Creticochoreus	– u – u u u	*Inuidi ſtimulus*
Scoliodactylus	u – u – u u	*Iacebit irritus*
Anapæſtoſcolius	u u – u – u	*Populo fauente*
Choreocreticus	u u u – u –	*Populus excitans*
Didactylus	– u u – u u	*Pectora plauſibus.*
Diſcolius	u – u u – u	*Fouebit amorem*
Diantidactylus	u u – u u –	*Populi bonitas*
Dactyloſcolius	– u u u – u	*Subleuet egentem*
Scolianapæſtus	u – u u u –	*Pijsq; ſtudijs*
Dactylanapæſtus	– u u u u –	*Imbuit animos.*
Moloſſochoreus	– – – u u u	*Alcides meruit. Tem. 9.*
Bacchiodactylus	u – – – u u	*Olympi ſydera*
Anapæſtolatius	u u – – – u	*Moriens calcare*
Choreomoloſſus	u u u – – –	*Meruit excelſos*
Creticoſcolius	– u – u – u	*Vertices ſubire*
Scoliocreticus	u – u – u –	*Iouisq; filiæ*
Latioſcolius	– – u u – u	*Aſtare maritus*
Scoliobacchius	u – u u – –	*Nec ira nouercæ*
Bacchioſcolius	u – – u – u	*Iniquæ ualebat*
Scoliolatius	u – u – – u	*Nouare tranſacta.*
Anapæſtocreticus	u u – – u –	*Dedit hoc Herculi*
Creticodactylus	– u – – u u	*Diua quæ uertice*
Creticanapæſtus	– u – u u –	*Arduo reſidens*
Dactylocreticus	– u u – u –	*Inclita præmijs*
Bacchianapæſtus	u – – u u –	*Rependit meritis*

Dacty-

Dactylolatius	– u u – – u	Factaq; uocesq;.
Anapæstobacchius	u u – u – –	celebrans perenni
Latiodactylus	– – u – u u	& laude nomina,
Latiantidactylus	– – u u u –	& laude populos,
Dactylobacchius	– u u u – –	Talia gerentes.
Scoliocamus	u – u – – –	Feramus iccirco. Tēpo. 10.
Dibacchius	u – – u – –	Rigores & æstus
Bacchiocreticus	u – – – u –	Et omnes arduæ
Bacchiolatius	u – – – – u	Labores uirtutis.
Creticobacchius	– u – u – –	Occidunt potētes,
Dicreticus	– u – – u –	Occidunt diuites,
Creticolatius	– u – – – u	Occidunt uictoris.
Latiocreticus	– – u – u –	Erecta præmijs.
Dilatius	– – u – – u	Iræq; cristæq;.
Canioscolius	– – – u – u	Ast uirtus in æuū
Anapæstomolossus	u u – – – –	Volitans æterno
Dactylocanius	– u u – – –	Nomine mortales
Latiobacchius	– – u u – –	Exæquat olympo.
Caniantidactylus	– – – u u –	Cum diuis faciens
Caniodactylus	– – – – u u	Permixtos uiuere.
Bacchiocanius	u – – – – –	Sed reges immani. tēp. 11.
Creticocanius	– u – – – –	Seruiūt Gradiuo.
Latiocanius	– – u – – –	Viresq; supremo
Caniobacchius	– – – u – –	Coniunctæ tonātī
Caniocreticus	– – – – u –	Titanos territos
Caniolatius	– – – – – u	Cōpellunt seruire
Dicanius	– – – – – –	Victoris ui uictos. Tem. 12.

DE ARSI ET THESI, ET PROPORTIONIBVS pedum.

ACCIDVNT autem pedi Arsis & Thesis. Nam inter scandendum ubique necesse est alteram pedis partem attolli, alteram deponi, perinde ut et animalium pedes, incedendo uicißim attolluntur & deponuntur. Quo fit, ut nec singulæ syllabæ pedem efficiant, etiam si longæ fuerint, huiusque temporibus mensurentur, quandoquidem sublationem ac depositionem istam singulæ recipere non possunt. Vnde & Terentianus ait:

Vna longa non ualebit ædere ex sese pedem,
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Breuis utrimque sit licebit, bis feriri conuenit.
Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit.
Arsin hanc Græci uocarunt, alteram contra Thesin.

Est igitur Arsis, sublatio pedis, qua una, aut plures syllabæ attolluntur.

Thesis autem depositio pedis, qua una, aut plures deponuntur. Vt in Iambo, uel Trochæo singulæ attolluntur, & singulæ deponuntur, quanquam diuersa temporum proportione. In Dactylo autem, in Arsi singulæ sunt, in Thesi binæ, ut rursum in Anapæsto, in Arsi binæ, & in Thesi singulæ, Atque hæ quia in alijs alia

portione sibi mutuo respondent, inter accidentia
is quidam & proportionem retulerunt. Quan-
m ijdem eam solum probent, quæ uel simpla, uel du-
, uel sescupla fuerit, Simpla ut in Dactylo, Anapæ
Choriambo, Antispasto & cæ. Dupla, ut in Iambo,
ochæo, Ionicis & similibus. Sescupla, ut in Pæoni-
& Cretico. Nam ex his tantum, ipsa metrorum ge
a componuntur. Cæteræ autem ut tripla, qualis est
Amphibrachy, & supertertia, qualis in Epitritis,
, propter nimiam inæqualitatem, & excrescentiam,
jciuntur. Qua de re idem Terentianus in hunc mo
m tradit.

emporum momenta sane lege certa diuidunt.
u duas pes quisq; iungat, siue plures syllabas,
ut enim quantum est in Arsi, tantū erit tempus Thesi,
ltera aut simplo uicißim temporis duplum dabit
scuplo, uel una uincet alterius singulum.
uicquid istis discrepabit, absonum reddet melos etc.

Et Hephæstio quoque, ut quidem ab Aldo cita-
r, Metra, inquit, ex pedibus quibusdam fiunt, haben
bus uel æquam proportionem, uel duplam, uel sescu-
lam. Aequam, ut Dactylus. Vna enim longa duabus
reuibus proportione respondet. Duplam ut Tro-
hæus. Longa enim dupla breuis est. Sescuplum ut Bac
hius, breuis enim & longa, sescupla proportione ad lō
am sese habent. Hæc ille. Ex quo illud quoque iam ap-
aret, quanta cognatio poëtices, cum ea, quæ sola hodie
Music

Musice à plerisque appellatur, intercedat. Nam neque illic inter consonantias perfectas numeratur, quæ non ex iisdem proportionibus constet, dupla uidelicet, ut quæ διὰ πασῶν dicitur, sescupla, ut quam διὰ πέντε uocant: & simpla, ut unisonus. Nam quæ διὰ τεσσάρων dicitur, quæ proportionis τῆς ἐπιτρίτης est, sola cum altera nunquam rite consonat, sed necesse semper est, τὴν διὰ πέντε ex imo illi respondere. Tametsi à recentioribus in ea re nouari interdum aliquid uidemus, & ut cæterarum rerum, ita & aurium cœpit luxuria quædam esse, qua pro ueris ac solidis harmoniis, fucatas, & nouitate sola quadam abblandientes, plerique hodie amplectuntur. Sed hæc Musicis relinquamus, ne cui uideamur ultra crepidam, quod dici solet, aliquid conari uelle. Quemadmodum igitur, neque in musicis illa, de qua modo diximus, epitrite, per se consonantiam, siue harmoniam aliquam sonorum perfectè ac uerè efficit, sed aliis tanquam subsidiaria quædam accedit. Ita neque pedes, qui proportionem temporum eandem referunt, ex se carmen, aut metrum aliquod absolute procreant, sed solum in locum aliorum uicissitudinis gratia: &, ut puto, uitandæ, ut interim hoc uerbo utamur, identitatis causa, succedunt. Ita enim & Epitriti in locum Diiamborum, & Ditrochæorum, in Ionicis, Antispasticis, & Choriambicis admiscentur, & Amphibrachys pro Bacchio alicubi positus reperitur, dum poëtæ auribus & oblectationi magis, quàm canoni ac

rietati metrorum seruiunt. Quæ eò pluribus uer-
ic addidi, ut uel hinc appareret, quanta artium
se affinitas atque cognatio foret, quamq; omniũ il
,quæ ob id ἐγκυκλοπαιδείας appellatione uocã
nulla propè intelligi absque alijs, perfectè ac plenè
it. Præcipue autem poëtices & Musices inter se
ma, ut ita dicam, necessitudo est. Atque eadem de cau
idetur & Comicus ille Poëta de seipso dixisse. Qui
m tractãt Musicam: & Plato in Politicis, eandem
sicen, atque poëticen fecisse, quòd duarum illarum
a coniunctio est, tantaq; in utraque numerorum &
portionum similitudo, ut neque rebus separari mu-
posse uideantur, neq; quisquam de alterutra iudica
ecte posit, qui non utriusque principia utique degu
rit. Et cum in Musicis consonantijs eligendis præci
um uim habeat aurium iudicium. In poëtica plane he
& iners censendus erit, qui non idem potissimum se
etur. De qua re cum alij multi, tum præcipuè apud
llium libro Noctium Atticarum decimo octauo, ca-
e uero decimo nono, Valerius Probus præclarè &
ligenter disputat.

De resolutione pedum.

Cæterum neque resolutio pedum hoc loco prætes
unda uidetur, qua alius in alium subinde resoluitur,
æsertim apud Græcos, apud quos in Melicis, Odis &
ymnis, plurimus huius rei usus est. Fit autem hæc, quo
es syllaba una lõga, in duas breues dissoluitur, ut cum
Creticus

Creticus in Pæonem primum uel quartum, Iambus uel Trochæus in Tribrachum. Spondæus in Anapæstū. Dactylus in Proceleusmaticum, atq; alij in alios eodem modo resoluuntur. Vt in hoc Choriambico Tetrametro, quod ab Hephestione alicubi citatur:

αὐαπέδομαι υυυυ– δ' ἡ πρὸς ὄλυμ –υυ– πον πτέρυγες –υυ– σι κούφαις υ––. Vbi à principio prima Choriambi, quæ alioqui longa futura erat, in duas breues diffusa est: Sic & apud Homerum in uersu Heroico. Iliados 9. Spondæus in Anapæstum, priore lōga, in duas breues resoluta, commutatus est, ut

Βορέης υυ– ηδὲ ζέφυ –υυ ρος, τώ –– δ' ἐθρή
–– κηθεν ἄ –υυ ητον –υ

Ad quod exemplū apud Latinos & Vergilius Anapæstum pro Spondæo à principio uersus posuit, ut

Fluuio υυ– rum rex –– Erida –υυ nus &c.

Et Proceleusmaticum pro dactylo, ut

Labat υυ ariete υυυυ crebro –– Ianua &c. & rursum. Genua la υυυυ bant &c. Et. Parieti υυυυ bus tex –– tum cæ –– cis iter etc.

Et Lucretius in fine Hexametri pro Trochæo Tribrachum, ut lib. 2.

Proptere –υυ a quia –υυ corpus a –υυ quæ na –– turaq; –υυ tenuis υυυ. Quanquā non ignorem quosdam esse, quibus in his & similibus locis, uocales i et u, consonātis uim assumere uelint, legātq; pro fluuio υυ– rum, pro ariete υυυυ, & similibus te

trasylla

yllabis. Fluuio – –, et ariete – υ υ βιον Μαλιχῶς.
urſum pro tenuis υ υ υ triſyllabico, tenuis – υ dua
ſyllabarum. De quo tametſi in præſentia diſputare
iè nolim, uidetur tamen Græcorum ratio aliquanto
ior eſſe. Homericū certe hoc, quod modò citauimus,
tractionē, ſiue commutationem illam literarum, ut
apæſtus uidelicet qui à principio uerſus ponitur in
ondæum tranſeat, recipere non poteſt. Atque hæc de
libus præcepiſſe ſufficiat.

E VERSIBVS, SEV METTRIS.

V Erſus, ut generaliter accipitur, eſt certa atq; legi tima pedum compoſitio, numero, modoq; finita. uertendo, ut apparet dictus, eo quòd ab unius lectio, ueluti curſum uertimus, et ad alterū oculos atq; ob um reflectimus. Id enim proprie uerſum dicunt, etiā proſa oratione, quòd una linea exaratū protēditur, quo ad finē perducto, ad initiū ſequētis reuertimur. erſum autē Græci ςίχον propriè appellāt. Vnde et di cha, et Tetraſticha, et Hemiſtichia quædā uocātur. Sed uē ςίχου nomine, eos dūtaxat uerſus ijdē intelligunt, i non pauciores tribus ſyzygijs, ſiue dimenſionibus bent, hoc eſt Trimetros, Tetrametros, Pentametros Hexametros. Cæteros autem qui breuiores, aut etiā minuti ſunt, cola & commata proprie uocant. Cola, æ pedem cum metro abſoluunt, ut apud Vergil. eneid. 1. Huc cur – – ſus fuit – υ υ.

Commata

Commata autem quæ pedem interſecant, & imperfectum relinquunt, quale eſt hoc apud Horatium*:*
Puluis & – υ υ umbra ſu – υ υ mus – & ſimilia. Vnde & Τομαὶ ſiue *cæſuræ nomen et originẽ ſuam trahunt.* Quanquam *& hæc differentia confundatur, ut cũ carmina dicimus, tricola, dicola, non ea tantum quæ colis conſtant, ſed & quæ commatibus trium uel duarum ſpecierum.* Generali *autem appellatione &* σίχους, *&* κῶλα, *&* κόμματα, *metra dicunt, à metiendo uidelicet, quòd ut cæteras res ſuis ac certis ſpacijs menſuramus, ita uerſus quoque pedibus ſuis metiamur.* Quanquam *interim & ipſa illa dimenſio, qua uerſum certis pedibus ac ſpacijs diſtinguimus, metri nomine appellatur:* Sic *dimetros dicimus, qui duabus dimenſionibus ſeu regionibus terminantur: trimetros, qui tribus, atque ita deinceps.*

Differt *autem* Verſus *ſeu* Metrum *à* Rythmo, *quòd uerſus finitis ac certis pedum ſpatijs includitur.* Rythmus *autem, neq; numerum finitum, aut certum habet, neque ullam in contextu uarietatem, ſed qua cœpit, eadem ſublatione ac depoſitione ad finem uſque decurrit.* Deinde *uerſus abſque ſyllabis, & quæ ex ſyllabis fiunt, dictionibus, nunquam fit.* Rythmus *autem etiam extra ſyllabas & dictiones fit, & interdum plauſu, motuq; corporis ſolum exprimitur.* Poſtremo *omne metrum fixa habet ſyllabarum tempora, ita ut perpetuò aliæ longæ, aliæ breues habeantur.* At Rythmus *ſyllabarum temporibus*

ribus promiscuè utitur, longis uidelicet pro breuibus, et contrà, breuibus pro longis, quemadmodum Hephæstio docet. Accidunt autem uersibus hæc ferè.

Quantitas, Forma, Depositio, Genus, Species, Dispositio pedum, Cæsura, & Scansio. Nam Synecphonesis, & Synalœphe, quas Aldus addit, syllabarum ac scansionis accidentia magis sunt, quàm ipsius metri, perinde ut neq; resolutio metri propriè, sed pedis accidens est. De singulis igitur his ordine tractabimus.

De Quantitate uersuum.

Quantitas uersuum, pro eo atq; hic accipi illam uolumus, ea est, quà dimensiones, seu pedes uersuum numerantur. Dimensionē uoco autem spaciū illud, quo totus uersus in certas atq; finitas partes diuiditur, quod interim unius pedis est, ut in Dactylicis, Ionicis, Choriambicis et similibus, interim duorum, ut in Iambicis Trochaicis et Anapæsticis: ut infra de Scāsione uidebimus. Quanquam illi, qui Pentásyllabos & Hexasyllabos pedes faciunt, etiam in his, qui per dipodiam scanduntur, singulis dimensionibus singulos pedes aßignare uidentur. Proinde & Monometros ijdem uersus seu metra dici propriè nolunt, eò quòd unicus pes uersum efficere non poßit, non magis quàm unica syllaba pedem, sed eosdem uel bases, uel tautopodias appellant, eò quòd quasi quædam fundamenta atq; principia aliorum uersuum existant. Et sanè non ita præter rationem etiā fuerit, ut cum in Ionico, aut in Antispástico, Hexasyllabum

aliquem, aut pentasyllabum, quales multi per resolutionem sæpe incidunt, pro uno pede ducamus, idem etiam in Iambico aut Trochaico faciamus. Nisi quòd illud incommodum interdum accidet, quòd ultra senarium syllabarum numerum, pedes excrescent, quoties uidelicet in eadem syzygia Proceleusmaticus cum Tribrachy, uel Dactylo, uel Anapæsto erit. Sed ut ad institutum redeamus, pro eo igitur, ac pedum numerus maior, aut minor in uersu erit, ita quoque Monometer idem aut Dimeter, aut Trimeter, atq; ita deinceps appellabitur. Neque tamen ultra quàm sex dimensiones seu metra, (sic enim Græci dimensionem uocant) facile ullum habere uersum inuenies, sed intra numerum hunc plerique omnes tam apud Græcos, quàm apud Latinos clauduntur. Quanquam Diomedes & Seruius, etiam Heptametra quædam Dactylica citant. Sed tamen ea rarißima inuentu sunt, præsertim apud eos authores, qui ad nostram ætatem peruenere. Proinde neq; in exemplum trahenda. Et addit ipse Diomedes etiam suo tēpore pro ridiculo habitum, si quis heptametrum uersum componi dixisset.

Monometer. Est igitur Monometer uersus, qui unica dimensione finitur, qualis est hic Anapesticus, qui à Seruio citatur.

Calidum iubar est υυ – υυ –

Cuiusmodi multos apud Græcos paßim reperias, & apud Latinos Comicos quoque nonnullos. Iambici, Trochaicíq; generis.

Dimeter uersus, dicitur qui duabus regionibus seu dimensionibus terminatur, qualis est hic Iambicus. Dimeter.

Iam lucis or ––υ– to sydere ––υυ

Trimeter, qui tribus regionibus mensuratur, talis est Horatianus ille. Trimeter

Beatus il υ–υ– le qui procul υ–υ– negocijs υ–υ–

Qui idem à numero simplicium pedum, & Senarius dicitur.

Tetrameter, qui quatuor regionibus seu metris distinguitur, ut hic Teremij. Tetrameter.

Nihil tam diffici –––υυ le, quin queren υ–––
do inuestiga ––– ri poßiet ––υυ &c.

Pentameter, qui quinque regionibus seu pedibus terminatur, quales in cæteris quidem generibus, quæ per Monopodiam scanduntur, uarij habentur. In Iambicis autem & Trochaicis & cæteris per Dipodiam scandi solitis, non facilè reperiuntur. Apud Hephæstionem tamen, Græcus quidam talis citatur. Pentameter.

πάτερ λυκάμ υ–υ– βα ποῖον ἐ ––υ–
φράσω λόγον υ–υ– τὶς σὰς παρή ––υ–
ειρε φρένας ––υ–

Et apud Plautum quoque fortaſſe quosdam, sed pau cos tamen tales reperias.

Hexameter, qui sex regionibus seu pedibus mensuratur, quales sunt omnes Heroici, ut

Nescia – ∪ ∪ mens homi – ∪ ∪ nis fa – – ti, for – – tisq; fu – ∪ ∪ turæ – –

Et hi quoque in solis ijs generibus, quæ per Monopodiam scanduntur, reperiuntur. Nam quòd Iambicos quosdam Senarios & Octonarios quoque inscriptos uidemus, ad numerum simplicium pedum pertinet, ut & suprà paulò meminimus, qui si bini sumantur, Trimetri ijdem & Tetrametr dicentur.

De forma.

Forma autem uersuum, ad compositionem pertinet. Quidam enim unius & eiusdem formæ, siue simplices sunt, quidam autem multiformes, siue compositi.

Simplices — Simplices siue uniformes dicuntur, qui uno, eodemq; genere perpetuò deducuntur, ceu sunt Heroici, Hexametri, Iambici Senarij, Tetrametri Boisci, & cæteri, qui singulorum generum tantum sunt, hi Græcis μονοειδεῖς & ὁμοειδεῖς appellantur.

Cōpositi. — Compositi autem & multiformes, illi uocantur, qui ex diuersis generibus, uel etiam ex eodem, diuersis tamen commatibus in unum metrum, quasi in unum corpus redacti sunt, Ex diuersis, ut Horatianus ille.

Soluitur – ∪ ∪ acris hy – ∪ ∪ ems gra – – ta uice – ∪ ∪ ueris & fa – ∪ – ∪ uoni – –.

Est enim ex Dactylico Tetrametro, & Ityphallico Trochaico compositus. Ex eodem, diuersis autem cōmatibus, ut illud Petronij, quod à Diomede citatur.

Anus reco ∪ – ∪ – cta uino ∪ – – tremētibus ∪ – ∪ – label

labellis υ – –   Et hoc Capellæ.
Virgo per – υ υ itæ – – præuia – υ υ fortis – υ
Quæ potu – υ υ isti – – scãdere. – υ υ cœlũ – υ etc.

Quorum alterum ex duobus Colobis Iambicis componitur, alterum ex duobus Adonijs siue Dactylicis dimetris. Vbi diuersa commata intelligemus, non ubi alterum ab altero quantitate differt, sed quæ legitimam metri scansionem atque tenorem interrumpunt. Quamuis enim in his exemplis, utrunque comma utrobique sibi, quod ad quantitatem et ad genus metri attinet, simile est, ita tamen composita, scansionis tenorem interpellant, & quasi quandam moram legitimo ductui innectunt, ut perinde atque diuersa uideantur esse, & hoc pacto etiã Pentametrum Elegiacum inter composita refertur. Nam id quoque ex duobus commatibus Dactylicis, scansionem legitimam interrumpentibus connexum est, tametsi alij planè diuersa commata ea faciunt, nempe Heroicum alterum, alterum Dactylicum; alij etiam ex Dactylico Trimetro, & Anapæstico Monometro, diuersorum uidelicet generum compositum uelint. Ex diuersis igitur huiusmodi coniuncta metra, siquidem Rythmum, & tenorem scansionis non euertunt. Pedes autem alios, atque descriptio metri generalis postulat, solum assumunt, καθ ἀντιπάθειαν μικτὰ à Græcis κατ' ἀν- dicuntur. Vt sunt quæ Epichoriambica, & Epionica τιπά- dicuntur, ex quorum genere & Sapphicum Hendeca- θειαν. syllabum illud est, cuius exemplum.

Iam satis ter - u - - ris niuis at - u u - que dirae u - - &c.

Nam hoc tametsi à Trochaica dipodia incipiat, cum cõtra descriptio Choriambici, Iambicum pro Choriambo, nõ Trochaicum admittat, quia tamẽ ijsdem temporibus Trochaeus et Iambus constant, & in progressu uersus, eũdem quoq; rythmum efficiunt, scansionem ac ductũ metri non interrumpunt, neq; parte aliqua subsistere faciunt. Sin autem eadem scansionis tenorem, ac rythmum parte aliqua impediunt, eiq; ueluti moram quandã iniiciunt, ἀσυνάρτητα ferè uocantur. Sic enim Ἀσυνάρτητα. *Hephaestio:* γίνεται δὲ ἀσυνάρτητα *inquit,* ὅπεταν δύο κῶλα μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι, μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν· ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνηται στίχου. *Et hoc pacto Archilochiũ illud, quod supra ex Horatio citauimus, compositũ est. Nã tres Trochaei in fine Tetrametri Dactylici, Dactylicum rythmum interrumpunt, & ipsum metrum in fine aliud, q̃ à principio uideri faciunt. Sic etiam in Elegiaco: semipes in medio uersus restans, scansionis tenorem intercipit, & ductum legitimum moratur. Atque in hunc modum de compositis Graeci fermè loquuntur. Nos autem omissa ista diuidendi subtilitate, seu potius curiositate et* κατ᾽ ἀντιπάθειαν μικτὰ, *& quae* ἀσυνάρτητα *ab illis dicuntur, sub uno eodemq; genere, idq; discentium causa, comprehendentes, generali nomine, composita metra, omnia dicemus, quae quomodocunque diuersis*

commatibus in unum corpus coniuncta erunt Epionica, & Epichoriambica, cum Ionicis & Choriambicis addendo, & ea quæ λογαοιδικὰ uocant, suo quæque generi subijciendo. Vt infra, cum de generibus dicemus, patebit.

De depositione.

Depositio, quæ Græcè ἀπόθεσις, & itē κατάληξις generaliter, appellatur desinentia uersus est, qua alius in perfectū pedem desinit, alius plus, minusue, q̄ pedis ratio, à quo nominatur, postulat, syllabarum habet.

Huius formæ quatuor sunt: Acatalectica, Catalectica, Brachycatalectica, & Hypercatalectica.

Acatalectici uersus sunt, qui ultimum pedem integrum habent, intellige eum, à quo ipsum metrum nominatur, ut si Dactylicum metrum fuerit, Dactylum. Si Iambicum, Iambum, atque ita deinceps. Talis est hic Tetrameter Dactylicus Pomponij Secundi, qui à Terentiano citatur. Acatalectici.

Pendeat – υ υ ex hume – υ υ ris dul – – cis Chelys – υ υ

Catalectici sunt, quibus in fine syllaba una deest ad perfectionem pedis, eius à quo metrum nomē habet. Tales sunt omnes Heroici. Nam cum Dactylus proprius eius generis pes sit, ipse uersus in Trochæum uel Spondæum, (nam ultima uersus communis est) desinit, pedem disyllabum uidelicet, cum Dactylus Trisyllabus sit. Catalectici.

Tales sunt & Tetrametri Trochaici, quibus Terentius ut plurimum utitur & Iambici, qui Septenarij inscribuntur. Atque hoc loco, illud quoque notandum, quòd cum proprius metri pes, trisyllabus erit, et una tantum syllaba in fine deerit, uersus is Catalecticus in dissyllabum uocabitur, sin uerò duo à fine deerunt, Catalecticus in syllabam uel etiam Hypocatalecticus uocabitur. prioris exemplum fuerit.

Tundite – υ υ pectora – υ υ palmis – –

Posterioris, ut & Hephæstioni placet, tale.

Puluis & – υ υ umbra su – υ υ mus υ

Ac in cæteris quidem generibus, quæ per dipodiam, simplicium pedum, aut per Monopodiam compositorum scanduntur, syllabam eam, quæ in fine imperfectum pedem relinquit, cum præcedente toto pede, κατάκλειδα uocare solent, quod nomen infra sæpe usurpatum uidebis, ut cum Iambicam κατάκλειδα, uel Trochaicam aut similem dicemus.

Brachycatalectici. Brachycatalectici uocantur, qui toto simplici pede breuiores sunt, quàm ipsa metri quantitas, à qua nominantur, requirit. Talis est hic Trimeter, quem Hephæstio citat.

ἄγ' αὖτ' ἐς οἱ υ – υ – κορτόρκλεη – – υ –
σίππω – –

Et latinus hic dimeter, qui à Seruio pro exemplo allegatur.

Venit optima Cal υ υ – υ υ – liope υ υ – &c.

Nam

Nam cum Iambica & Anapæstica metra, ut & Trochaica, per dipodiam mensurentur, habent hæc commata, pedes, utrunq;, unum, simplicem, pauciores quàm Trimetri ac Dimetri ratio requirit. Quamobrem tales καταλήξεις in Dactylico genere nullæ sunt, ut neq; in Cretico, propterea quòd Dactylica & Cretica metra per monopodiam sui generis, hoc est, per simplices pedes, Dactylos & Creticos, & qui pro illis sumuntur, scandi solent.

Notabis igitur etiam illud hoc loco, q. Catalectici et Brachycatalectici, eò ferè tantũ differunt, quòd Catalectici εἰς συλλαβήν, de Dactylicis & Creticis tantum, quos per singulos pedes simplices, & eosdem Trisyllabos scandimus, dicuntur, Brachycatalectici autem de cæteris omnibus, qui uel per binos simplices, uel per singulos compositos pedes mensurantur.

Hypercatalectici uersus dicuntur, qui syllabam unam, aut etiã duas, ut Hephæstio ait, supra legitimũ metri pedem in fine habent. Vnam, ut hoc Iambicum, quod à Seruio citatur:

Amant uene υ – υ – na parrici υ – υ – dæ – &c.

Duas autem, ut Hephestionis illud Anapæsticum, quod ipse pro exemplo adducit:

ὦ δ' Ἀρτεμισῶ – – υυ – κόρα υυ.

Habet enim hoc semipedem simplicem sui generis, hoc est, duas breues syllabas (nam ultima uersus ubiq; indifferens est) supra dimensionem integram. Quod genus

in solis, Anapæsticis reperitur. Nam cætera genera, cū legitimas syzygias, siue dimensiones suas, ultra quatuor syllabas non extendant, Hypercatalectica alia, quàm τὶς συλλαβὴν *procreare non possunt, sed quæ longius excurrūt, Brachycatalectica sequentis quātitatis fiunt.*

Porrò in Hypercatalecticis, quæ una tantum syllaba excrescunt, illud quoq; nō rarò accidit, ut uel postrema legitimi metri syllaba, cum ea, quæ excrescit, per synæresim contrahatur, ut in plerisq; Virgilianis Heroicis, quale est hoc lib. 1.

Atria – uu depen – – dent ly – – chnus laque – uu ari bus – u u aureis – – &c. Vbi aureis, quod per se trisyllabū est, aursìs disyllabicè pronunciatur. Vel rursum, ut excrescens in fine, cum prima sequentis uersus syllaba collidatur, ut apud eundem lib. 4.

Omnia – u u Mercuri – u u o simi – uu lis uo – – cemq; co – u u loremq; – –,
Et fla – – uos cri – – nes, & – – membra de – uu cora iu – uu uentæ – ⊢ &c.

Vbi, q;, syllaba extrema prioris uersus, à prima sequentis Et, uidelicet, absorbetur. Quemadmodū cōtrà quoque fit apud Comicos & Lyricos, ubi prima syllaba sequentis uersus cum fine præcedentis interim colliditur, ut apud Horatium:

Labitur ri – u – [illegible] ioue non – u u – probante,
V u – – xorius a – u u – mnis u.

Et apud Terentium in Prologo Eunuchi:

Qui bene uerten υυ – – do, & eas descri υυ – – bendo malè, – – υ –

Ex Græcis bonis – – υ – latinas fe υ – – – cit non bo nas – – υ –.

Sed de hac re latius infrà, cum de Synecphonesi, & de Synalœphe agemus. Vocantur autem ijdem uersus, ut hoc quoq; adijciamus, etiam Hipermetri à Grāmaticis.

De Genere & Specie.

Genus in uersibus qualitate pedum distinguitur. Est enim illud, quo Iambicum à Trochaico, Dactylicum ab Anapæstico, atq; ita deinceps, secernimus. Species autem ea est, quam in unoquoq; genere quantitatis & depositionis uarietas procreat. Nam pro eo, ut quiq; uersus, Catalectici aut Acatalectici, Trimetri, aut Tetrametri erunt, ita uariæ quoq; species gignũtur, quæ postea uel ab inuentoribus, uel ab argumentis quibus adhibentur, uel à numero, uel ab alia aliqua proprietate, appellationes certas accipiunt, de quibus infrà ordine docebimus.

Sunt igitur simplicium seu principalium metrorum genera nouem: Iambicum, Trochaicum, Dactylicum, Anapæsticum, Choriambicum, Antispasticum, Ionicum à maiori, Ionicum à minori, & Pæonicum, siue Creticum. Quæ omnia à pedibus, quos præcipue, & ut ita dicam, principaliter recipiunt, nominantur.

Nam

Nam cæteri pedes, quanquam & ipsi in hæc metra ua-rie incurrant, ad completionem tamen illorum magis, quasi quidam subsidiarij accedunt, per seipsos, metra haudquaquam, ut Hephestio dit, constituentes, tamen magis quàm apud Musicos, Canticorum harmonias, & quas consonantias imperfectas aut semiplenas uulgo appellant, ceu suprà quoque, cum de pedibus ageremus, à nobis dictum est. Horũ itaq; descriptiones, & quæ species sub uno quoq; genere ab autoribus celebrentur, singulas, quoad fieri poterit, ordine subijciemus.

Iambicum genus & eius species.

Iambicum metrum est, quod pedem principaliter habet Iambum, quem omnibus regionibus recipit, ut

Beatus il ᴗ – ᴗ – le qui procul ᴗ – ᴗ – negocijs ᴗ – ᴗ –. Pro Iambo autem, locis quidem paribus, Tribrachum, imparibus autem etiam Spondæum, Dactylũ & Anapæstum, ut:

Ibis Liburnis – – ᴗ – – inter alta – ᴗ – ᴗ nauiũ – ᴗ –. Et

Canidia breui – ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ bus implica ᴗ – ᴗ – ta uiperis ᴗ – ᴗ.

Huius purum aliud, aliud Comicum siue Mixtũ uocatur. Ac purum quidem est, quod (ut dictum est) Iambum accipit locis omnibus. Pro Iambo autem locis quidem paribus, interim Tribrachum: interim, ut Hephe-

Iambicum mixtum si Comicũ.

stio

ſtio addit, etiam Anapæſtum, quanquã hoc rarò omninò fieri puto, præſertim apud Latinos. Imparibus *autẽ, præter hos iam dictos, etiam Spondæum, Dactylum & ex reſolutione, nonnunquam & Proceleuſmaticum. In fine uero, quia ultima cuiuſq; uerſus communis eſt, etiam Pyrrhichium. Atq; hoc genere & Tragici poëtæ, & Iambici, quos propriè hoc nomine uocant, et à quibus etiam pleræq; huius generis ſpecies, appellationes ſuas habent, uſi ſunt. Quales apud Græcos fuerunt: Euripides, Sophocles, Archilochius, Lycophron &c. Apud Latinos Catullus, Horatius, & alij.*

Comicum autem ſeu mixtum Iambicum dicitur, quo Comici maximè utuntur, qui dum quotidiano ſermoni quàm ſimillima dicere uoluerunt, omnibus locis excepto ultimo, ubi ſemper Iambus, aut Pyrrhichius ponitur, promiſcuè quinq; his pedibus, Iambo ſcilicet, Tribrachy, Spõdæo, Dactylo, & Anapæſto uſi ſunt. Id quod & apud Latinos, P. Terentium & Plautum, & apud Ariſtophanem, qui ſolus ex Græcis manſit reliquus, paßim uidere eſt. Scãditur autem per dipodiam hoc genus, hoc eſt, iunctis duobus pedibus ſimplicibus, ſub unam dimenſionem, quo pacto & Trochaicum & Anapæſticum ſcandi ſolent.

Typus Iambici metri puri.

I Dimenſio.		II.		& Vltima.	
u –	u –	u –	u –	u –	u –

– –		– –	&c.	– –	
υυυ	υυυ	υυυ	υυυ	υυυ	υυ
–υυ		–υυ		–υυ.	
υυ–		υυ–		υυ–	
υυυυ		υυυυ		υυυυ	

Huius ſpecies uariæ ac multæ ſunt, quæ ſecundum quantitatis gradus, & formas depoſitionis, ut ſupra dictum eſt, diſtinguuntur. Quanquam autem ex his aliæ alijs magis uſitatæ ſunt, neq; omnes, præſertim apud Latinos, in communi uſu habentur: quia tamen iam inde ab initio huius operis cauendum illud propoſuimus, ne quid meritò à nobis deſiderari queat, quorumcunq; exempla, ſiue apud Græcos, ſiue apud Latinos, hactenus reperiuntur, eas partim ex Hephæſtione, partim etiam ex Seruio petitas, ordine deinceps recenſebimus.

Monometrum Brachycatalecticum. Monometrum Brachycatalecticum, quod uno tantū pede ſimplici conſtat, ſiue is Iambus fuerit, ſiue etiam Spondæus ut ἆ ἆ υ– Et φῦ φῦ – –. Cuiuſmodi commatibus Ariſtophanes ſubinde utitur. Si modo pro metris numerandæ ſunt huiuſmodi acclamationes, & non potius pro interpellationibus metrorum, ex affectu aliquo factis, quemadmodum & Monoſyllaba interim quædam, eodem modo ſeorſim poſita uidemus, ut in Iphigen. Eurip. τὸ φεῦ, aliquoties. Et apud Terentium τὸ, Hem, & ſimilia. Ob quam cauſam, & Seruius uidetur huius non meminiſſe, ut neq; ſequentis.

Monometrum Catalecticum est, quod pedem habet unum simplicem, & syllabam, quale est hoc Aristophanis in Pace. ὢ εἶα υ – υ. *Et in Lysistr.* ἰὼ Ζεῦ υ – – *etc. quod ipsum quoq; interpellatio seu acclamatio quædam magis, quàm metrum dici posit. Conuenit aut hoc cum Bacchiaco monometro, de quo infrà dicetur.*

Monometrum Acatalecticum constat integra dipodia, hoc est, pedibus simplicibus duobus, ut:
ἴα ἴα υ – υ –, quo *Aristophan. in Pace usus est. Et*
παραγρῶν γὰρ – – υ –. *Item:*
φρίξαν χύτες – – υ υ, *apud Pindarum Isthmijs.*
Hoc idem & basis Iambica, & Tautopodia dicitur. hoc, quia idem pes geminatur, ut in ἴα ἴα υ – υ –.
Et ἴου ἴου υ – υ –.

Basis autem, quia sit quasi quoddam fundamentum, atq; principium reliquorum sui generis metrorum.

Monometrum Hypercatalecticum. Hoc demum inter metra recensetur à Seruio, habetq; certam appellationem. Vocatur enim Aristophanium, ab autore uidelicet, quòd usus eius apud Aristophanem multus sit, uel quòd ille primus hoc dederit. Constat autem, supra dipodiã, seu dimensionem integram, syllaba una reliqua. Tale est illud in Acharnensibus.

Σίγα χάθι υ – υ – ζε υ.

Et illud in Medea Euripidis.

Αἰγουσι μού υ – υ – σας –. &c.

Item

Item Latinum hoc, quod à Seruio citatur:

Valles per i – – υ – mas.

Dicitur idem autẽ & Penthemimeres Iambica, eò quòd post pedes duos, simplices uidelicet, semipes restat, de qua re infrà.

Dimetrum Brachycatalecticum, quod Euripodeum eadem opinor ratione, ut suprà, uocant, ex tribus pedibus simplicibus, seu tota & dimidia syzygia componitur, unde & Hemiolium nominatur; cuiusmodi sunt illa ex supplicio Euripidis. Hemiolium.

Τίγὰρ μεδεῖ υ – υ – παιδων – –. Et

Ἰὼ ἰώ υ – υ – μοι μοι – –.

Seruius citat hoc Latinum:

Deæ decus υ – υ – meum υ υ. Apud Terentium autem & mixtum tale est:

Ah quanto sati – – – υ υ us est.

Et apud Plautum in Amphitryone, ut & Prisciano placet, illud:

Hoc noctis à – – υ – portu – – &c.

Dimetrum Catalecticum, quod Anacreonteum dicitur, constat pedibus simplicibus tribus, & syllaba, tale est hoc Aristophanis in Auib.

Φέρων γλυκ υ – υ – εῖαν ὠδὴν υ – –.

Et hoc in Achernensibus:

Τις σπωίας – – υ – σπένδευε υ – υ

Hoc metri genere totum Theocriti Idyllium scriptum est, cuius initium:

Ἀδει

Ἀδώνιμῷ ‿-‿- κυθήρη ‿--ὡς· εἶδέ τι --‿-
χερὸμ ἥδη ‿-- &c. Quod iisdem numeris ab Eobano nostro Latinè redditum extat. Scriptus est eodem & totus ille Prudentii hymnus, qui incipit:

Ades pater ‿-‿- supreme ‿-‿.

Quem nemo ui ‿-‿- dit unquam ‿-‿ &c.

Dimetrum Acatalecticum, celebre illud Archilochium, ab Iambico poëta Archilocho cognominatum, quẽ Lacedæmonii ob linguæ dicacitatem, urbe eiecisse dicũtur, constat pedibus simplicibus quatuor, seu duabus dipodiis integris, qualia sunt Anacreontia illa, quæ ab Hephæstione citantur.

Ἐρῶτε δ᾽ ἦ ‿-‿- τα κ᾽ οὐκ ἐρῶ ‿-‿-.

Καὶ μαίνομαι --‿- κ᾽ οὐ μαίνομαι --‿-.

Et apud Horatium.

Fortuna non --‿- mutat genus --‿-. Et similia.

Hoc metri genere quidam tota carmina absoluerunt, ut Ausonius, cum alia nonnulla, tum illud, quod incipit:

Perge ô libel --‿- le Sirmium ‿-‿-,

Et dic hero --‿- meo ac tuo ‿-‿-.

Et Sedulius hymnum in Natalem Domini:

A solis or --‿- tus cardine --‿‿.

Et Prudentius plerosque τῶν καθημερινῶν et περὶ στεφάνων inscriptorum.

Comici quoq; interim mixto hoc utuntur, quale est Terentii illud:

Miseram me quod ‿‿--- uerbũ audio --‿-.

Dimetrum Hypercatalecticum, quod Alcaicum, ab Alceo poëta Lyrico uocant, constat pedibus simplicibus quatuor, seu duabus dipodijs, et syllaba, ut apud Horatium lib. 1. Ode 9.

Syluæ labo – – u – rantes, gelu – – u – q; u &c.

Et apud Pindarum in Nemeis.

Φόρμιγγ᾽ Απόλ – – u – λων ἑπτάγλωσ – – u – σον u &c. *Sunt qui hoc quoq; pro Alcaico, Archilochium nominent.*

Trimetrum Brachycatalecticum, Alcmaniũ ab Alcmane poëta itidem Lyrico, appellatum, pedibus constat simplicibus quinq;, seu dipodijs duabus, et dimidia, quale est Aristophanis illud in Auib.

Φρονῶν ξύνῳ u – u – δαμὴ πολὺν u – u – χρόνον u u.

Et Latinum quod Seruius pro exemplo allegat.

Spernis deco – – u – ra uirginis – – u – thorũ u u.

Trimetrum Catalecticum, quod Hipponacteum ab Hipponacte Iambico poëta dicitur, pedibus constat simplicibus quinq; & syllaba una. Tale est Euripidis illud in Hippolyto.

Αδουμελαι – – u – ναι, νυκτερός τ᾽ u – u – ἀνάγκη u – –.

Et illud in Epitaphio Archilochi poëtæ, quod inter Theocriti Epigrammata numeratur.

Δινᾶλθε κῆ u – u – πὶ νύκτα κὴ u – u – πρός

πρόσαῶ υ – –. Et
ἐπεάτε ποι υυυυ– εἶν πρὸς λέγαν – – υ –
τ᾽ ἀείδειν υ – –.

Tale item apud Latinos Horatianum illud:

Trahuntq; sic υ – υ – cas machinæ – – υ – cari nas υ – –. Quanquam hoc compositum quidam uelint esse, ex Penthemimere Iambica uidelicet, et Hemiolio Trochaico. Sed causam non uideo, cur compositum censeri debeat, cum nihil uetet, quo minus simplex idem habeatur. Ac Diomedes quoque pro simplici ducit, & Colobum uocat, quasi dicas dimirutum aut mutilatum, citato eiusdem Horatij exemplo, quod modo posuimus.

Trimetrum Acatalecticum, quod ipsum quoq; Archilochium, eadem ratione, qua suprà Dimetrum, appellatur, cõstat dipodijs tribus integris, pedibus simplicibus sex, quale est, quod suprà quoq; posuimus.

Beatus il υ – υ – le qui procul υ – υ –
negocijs υ – υ – &c.

Celebre & hoc est, non minus quàm Dimetrum, & eo quoq; tota poëmata quidam composuerunt, ut Prudẽtius apud Latinos, & alij quidam: apud Græcos etiam Lycophron, obscurum illud poëma Alexandram, cuius Lucianus quoq; meminit in Lexiphane. Præterea & Comici plerasq; scenas, & Tragici tota etiam dramata, præter cãtica, hoc metri genere perfecerũt, cuius

rei exempla tam apud Latinos, quàm apud Græcos passim obuia sunt, nisi quòd Comici mixto magis genere hoc utuntur, cæteri autem Iambici, ut et Tragici, puro.

Choliambicum seu Scazon. Porrò Trimetrum Acatalecticum etiam illud est, quod Choliambicum, siue Scazon uocant, Hipponactis, ut alij uolunt, inuentum, ut alij, Ananiæ cuiusdam. Differt autem à superiore, quòd Archilochium, ut cætera Iambica, ultimam dipodiam in Iambum uel Pyrrhichium desinit, ante illum autem in eadem syzygia indifferenter Iambum, Spondæum, Tribrachyn, Dactylum uel Anapæstum recipit, Choliambum autem in Spondæum, aut Trochæum desinit, & ante eum propriè Iambum, aut pro Iambo (quod tamen rarißimè inuenias) Spondæum accipit. Tale est Martialis hoc lib. 8.

Titulle mone --υυυ o, uixe sem --υυ per, hoc serum est υ---.

Sub pædago --υ- go cœperis --υ- licet, serum est υ---.

Tale & Græcum illud in Epitaphio Anacreontis.

Θᾶσσα τὸμ ἀμ --υ- δριαντα τὸ υ-υ- τομ ῶ ξεῖνε υ--υ.

Et quod Hephæstio citat:

Ακούσαθ' ἱππ υ-υ- πώνακτ☉ ὀυ --υ- γὰρ ἀλλ' ἥκω υ---.

Εἰς ἄκρομ ἥ --υ- κωμ ὥσπερ ἀλ --υ- λαντα ψύχωμ ----.

Vbi penultimo loco Spondæus ponitur, quare & τραχύτερον τὸ μέτρον, ut idem inquit, γίνεται. Conuenit hoc genus insectationibus potißimum, quare multus eius usus apud Martialem est.

Trimetrum Hypercatalecticum, constat dipodijs tribus et syllaba. Huius exemplum Hephæstio tale fingit:

πάτερ λυκάμ υ–υ– βα ποῖον ε – –υ– φράσω λόγον υ–υ– τις υ. *Latinè sic:*

Pater Lycam υ–υ– be quale uer – –υ– bum protuli – –υ– sti –. Ad quam formam & Terentianum illum uersum legit Erasmus in Phormione.

Non possum adess – –υ– se quid agis, quo a υυυ υυυ bis Antipho ma – –υυυ ne –.

Quanquam idem ad sequentem speciem referri quoque posse uidetur.

Affine est huic metro illud, quod Saturnium Terentianus uocat, de quo infrà in compositis dicetur.

Tetrametrum Brachycatalecticum, quod à Seruio Aristophanium cognominatur, dipodijs constat tribus & dimidia, seu pedibus simplicibus septem, quale est, quod idē Hephæstio affingit, addita ad superius syllaba.

πάτερ λυκάμ υ–υ– βα ποῖον ε – –υ– φράσω λόγον υ–υ– τίς σᾶς – –. *Latinum tale ponit Seruius. Marcent Lucer – –υ– na, sol propin – –υ– quat, non tamen – –υ– uacas υ–.*

Tetrametrum Catalecticum, Anacreonteum appellatū, cōstat septem pedib. simplicibus et syllaba. Tale est.

Portum petens – – υ –, auram rela – – υ – xa, uela sol – – υ – ue malo υ – –. Et Hipponactis illud:

Εἰ μοι γένοιτο – – υ – τὸ παρθένον υ – υ – καλή τε καὶ υ – υ – τέρεινα υ – –.

Vtuntur hoc crebrò Comici, sed ut suprà dictum est, mixto, ut Terentius.

Nam qui amat, cui o – υυ – υυ dio ipsus est, υ – υ – bis facere stul – υυυ – tè dico – – –.

Laborem ina υ – υ – nem ipsus capit, & – – υυυ il li mole – – υ – stiam affert υ – –.

Rufinus hoc genus Hipponactæum appellare uidetur. Sic enim ait:

Creticon Archilochus Trimetro superaddidit ingẽs,
Amphibrachum Trimetro Hipponax supponit Iãbo.

Ex quibus uersibus etiam illud apparet, fuisse alterã quoque speciem huius depositionis, quæ ultimam dipodiam in Creticum, siue Amphimacrum desineret. Cuius tamen exemplum, quod sciam, non extat, nisi quis fortè ex Comicis, huc mixta & confusa illa, quæ promiscuè Iambicas & Trochaicas dipodias habent, referre uelit &c.

Tetrametrum Acatalecticum, quod itidem Aristophanium uocat Seruius, ut superius Brachycatalecticũ. dipodijs constat quatuor integris, seu pedibus simplicibus octo, ut est, quod ex Alcæo citant, Græcum illud:

ἀλέξας

Δεῖξαι μὲ καὶ – – υ – μαζόντα δ' ἐ – – υ – ξαι λίσσομαι – – υ – σὲ λίσσομαι υ – υ – ;

Et Latinum:

Ludos amat – – υ – puella no υ – υ – bilis pudi υ – υ – cos & leues – – υυ.

Frequentißimus huius usus est apud Comicos, sed mixti, ut apud Terentium in Adelphis:

Omnes quibus res sunt – – υυ – minus secun – υυυ – do, magis sunt ne – υυ – – scio quomodo υ υ – υ –. Suspicio – – υ – si, ad contume – – υ – liam omnia ac υ – υ – cipiunt magis υυ – υυ.

Propter suam im – – υ – potentiam υ – υ – se semper cre – – – – dunt negligi – – υυ.

Idem hoc metrum ab alijs Octonarium appellatur, ab octo pedibus simplicibus uidelicet, et Boiscum à Boisco, ut opinor, inuentore, cuius & Rufinus de metris Comicis meminit, hoc modo:

Tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus &c.

Reperiuntur autem & sub hac specie Scazontes, quales suprà Trimetros illos fieri diximus, cuiusmodi est.

Amor puel υ – υ – læ triste pe – – υ – ctus improbus υ – υ – fatigabat υ – υ υ.

Et mixti illi apud Plautum in Amphitryone.

Frater trude – – – – bat fratrem hasta & – – – – galea & nostræ au υυ – – – torem gentis – – – –. Et

Vt iacui exur – υυ – – go, ardere cen – – υ – sui ædes, ita υ – – υυ tum fulgebant – – – –.

Et similes, nisi quòd dubitare quispiam non immeritò posset, utrum tales inter Trochaicos potius, an inter Iābicos censeri debeant, propter compositionis affinitatē. Sed nos ita anxiè de ijs laborandum in præsentia non putauimus, cum exempli loco liceat uel his, uel alijs uti.

Tetrametrum Hypercatalecticum, quatuor dipodijs constat & syllaba, quale est quod Hephæstio, quanquam parum integrū, ut uidetur, ex nescio quo allegat.

Ουκ ἄρ γὼ ἐι – – υ – κὸς τὴν φάτλαν – – υ – πα φυεμένην υ – υ – ψυχὴν γεως – – υ – γεῖν –.

Quale item Plautinum illud in Amphitryone.

Ecquid aliena

Fabulor, in no – υυ – – stro olim Theba – – – – no genere plus – υυυ – quàm mira memo – – υυυ rant – &c. Quanquam & hoc Trochaicum alicui uideri queat eiusdem quantitatis.

Pentametrum Brachycatalecticum, pedibus constat simplicibus nouem, cuius exemplum Hephæstio in hunc modum fingit:

Πάτερ λυκάμ υ – υ – βα ποῖον ἦ – – υ – φράσω λόγον υ – υυ τίς σὰς παρή – – υ – ειρε – –.

Apud Plautum mixta huiusmodi multa habentur, qualia esse hæc quoq; in Amphitryone non immeritò quispiam existimarit, in quib. excepta prima syzygia, quæ ex Spondæo & Trochæo facta est, cætera Iambicorū rationi satis respondent.

Dij uestrā – – – υ fidem, quæ intemperi – – – υυ æ nostrā agēt – – υ – familiam υυυ – – mira – –. Video

Video postquam ad uu--- uenio pere uu-u- gre, nam ueru'st---- quod olim est au-----ditū--.
Eiusdem rationis & Terentij illud.

Et illam simul uu-u- cum nuncio --u- ti bi hic ego af u-u- futuram hodie u-uu- scio u-

Pentametrum Catalecticum, quinque constat dipodijs, dempta una è fine syllaba, quale hoc est, ab Hephæstione ut uidetur, effictum.

πάτερ λυκάμ u-u- ϐα ποῖον ἐ --u- φρά σω λόγον, u-u- τίς σὰς φρένας --u- σ' ἀφεῖλεν u-u Latine sic:

Pater Lycam u-u- be quale uer --u- bum dicis: aut --u- quis abstulit --u- tibi mentem: uu-u

Pentametrum Acatalecticum, quinq; constat dipodijs integris, seu pedibus simplicibus decē, quale fuerit.

πάτερ λυκάμ u-u- ϐα ποῖον ἐ --u- φρέσω λόγον u-u- τίς σὰς παρή --u- ειρε φρένας --uu Latine sic:

Pater Lycam u-u-be, quale uer --u- bū dicis: aut --u- quis abstulit u-u- mentem tibi --u-

Tale esse & Plautinum illud in Amphitruone, uideri alicui poßit.

Blephare disperream, si aut intus adhuc fui.

Aut si hūc miserim --u- dic ubi me li -uu-- quisti: Domi, --u- cum Alcume u-u- na coniuge --uu

Nisi quòd, τὸ, cum, absque elisione atque integrè legendum, id quod in similibus uocalium congreßibus cum apud hunc, tum etiam apud Terentium fieri nō raro uidemus. Nam τὸ, Aut, quòd à principio uersus ponitur, cum fine præcedentis connectendam. Atq; hæ species, Iābici metri sunt, ex quibus tamen omnibus potißimum celebrantur Catalectica, Dimetra, Trimetra & Tetrametra, Acatalectica eiusdem rationis, et quæ Choliambica uocantur. Et ut singularum specierum exēpla simul, et quasi in eadē tabula spectari possent, libuit hymnum hunc subijcere, in quo à Monometro Brachycatalectico, ad Pentametrum Acatalecticum usque, tota metri huius quantitas uariata, assurgit.

Exempla et typi singularū Iambici metri specierum.

Salue,

-- Monom. Brachycat

Deorum

υ-υ Monom. Catalect.

Caducifer,

--υυ Basis.

Nepos Atlantis,

υ-υ-,υ Monom. Hypercat.

Quem Maia candida

--υ-,υυ Dimeter Brachycat.

Peperit Ioui tonanti

υυ-υ-,υ-- Dimeter Catalect.

Inte

Interpretem cœlestium,

– – ∪ –, – – ∪ ∪ Dimeter Acatalect.

Et eloquentiæ parentem,

– – ∪ –, ∪ – ∪ –, ∪ Dimeter Hypercat.

Qui ludicrum testudinis nouæ

– – ∪ –, ∪ – ∪ –, ∪ – Trimeter Brachycat.

Fratri repertum Apollini dedisti,

– – ∪ –, ∪ – ∪ –, ∪ – – Trimeter catalect.

Quo fretus ille, oblectat alta sydera

– – ∪ –, – – ∪ –, ∪ – ∪ ∪ Trimeter Acatalc.

Fidibus & arte Musicæ blandæ canora,

∪ ∪ – ∪ –, ∪ – ∪ –, – – ∪ –, – Trimeter Hypercat.

Vnde omnis ætheris suauitate personat

– – ∪ –, ∪ – ∪ –, ∪ – ∪ –, ∪ ∪ Tetram. Brachycat.

Domus, & amœna cœlitum atria, Vertices olympi

∪ ∪ – ∪ –, ∪ – ∪ –, ∪ ∪ – ∪ –, ∪ – – Tetra. Catalect.

Frequente gaudio, & pedum crebris resultant plausibus

∪ – ∪ –, ∪ – ∪ –, – – ∪ –, – – ∪ ∪ Tetram. Acatal.

Dum gratulantes & fauentes uoce Pieriæ sorores

– – ∪ –, – – ∪ –, – – ∪ –, ∪ ∪ – ∪ –, – Tetra. Hyper.

Ducunt leues circum patris solia aurea facili pede choreas,

– – ∪ –, – – ∪ –, ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪, ∪ – ∪ ∪ ∪, – – Penta. Brach.

Et Gratiæ iuxtà manu sese tenentes, ore stant auerso,

– – ∪ –, – – ∪ –, – – ∪ –, – – ∪ –, – – – Penta. Cata.

Qua non alia maior ciet lætitia matris Memoriæ pia pectora.
– – uuu, – – u –, – uuu –, – uuu –, uu – uu. Pēta. Acā.

Trochaicum & eius species.

Et huius generis purū aliud, aliud Comicum seu Mixtum appellatur. Purum est: quod pedem principaliter recipit Trochæum locis omnibus, aut pro Trochæo, locis quidem imparibus, Tribrachyn, et nonnunquam Dactylum & , ut Hephestio addit, etiam Iambum, quanquā hoc rarius fieri puto, præsertim apud Latinos.) Paribus autem, ultra hos quos diximus Spondæum quoque & Anapæstum, & per resolutionem etiam Proceleusmaticum. In fine autem si quidem Catalecticum fuerit, penultimum pedem Trochæum propriè postulat, aliquando tamen & Tribrachyn recipit. Sin autem Brachycatalecticum, penultimum uel Trochæum, uel Tribrachyn, nunquam autem τετράσημον aliquem, hoc est, quatuor habentē tempora, ut Hephæstio ait. Et hæc constitutio eius est, quo Iambici, Tragiciq; poetæ utuntur. Alterum autem Comicum, seu mixtum, appellatum, promiscuè Dactylum, Anapæstum, Tribrachyn, Spondæum & Trochæum omnibus locis accipit, præterq ultimo. Id quod paßim apud Terentium & Plautum uidere est. Cæterum magna affinitas est inter Iambicū & Trochaicum. Nam Trochaico siue præponas, siue adimas à principio syllabam, in Iambicum transit, & contrà

contrà: ut uerbi gratia Tetrametro huic:

Tolle thyrsos – u – – ærapulsa – u – – nam Lyæus – u – u aduenit – u –: si præponas syllabam aliquam, ut. Quin, uel similem, Iambicum quadratum redditur, ut

Quin tolle Thyr u – u – sos, ærapul – – u – sa nam Lyæ – – u – us aduenit u – u –

Eodemq; pacto se habent, & Dactylicum cum Anapæstico, & Choriambicum cum Antispastico & duo Ionica inter se. Quare hoc loco illud quoque notandum uidetur, has metrorum affinitates, & mutuas transitiones, à Græcis ἐπιπλοκὰς dici, eò quòd ex implicatione hac mutua, alia atque alia metrorum genera nascuntur. Sunt autem epiplocæ præcipuæ tres, quæ ab ijsdem his uerbis nominantur, τρίσημος διαδική, τετράσημος διαδική & ἑξάσημος τετραδική. Ac primam quidem, τὴν τρίσημον uidelicet in duas species diuidunt, Iambicam & Trochaicam. Secundam, τὴν τετράσημον item in duas, Dactylicam & Anapæsticā. Tertiam autem τὴν ἑξάσημον in quatuor, Choriambicam, Antispasticam, & duas Ionicas. Quæ ob id τρίσημοι, uel τετράσημοι, uel ἑξάσημοι dicūtur, quòd pedes ipsi uel trium, uel quatuor, uel sex temporū sunt, διαδικαὶ autem, uel τετραδικαὶ, quòd in duas uel quatuor species diuiduntur. Atque hæc de epiplocis hoc loco addidisse sufficiat, qui plura requirit, ex Hephæstione petat.

De Epiplocis quas Græci uocant.

Typus

Typus Trochaici metri puri.

I.Dimensio		II.	&c.	Vltima.	
–υ	–υ	–υ	–υ	–υ –υ	Si fuerit
uel	υυυ	uel	– –	υυυ – –	Acata
υυυ	– –	υυυ	–υυ		lecticũ.
	–υυ		υυυ		
	υυ–		υυ–		
	υυυυ		υυυυ		

Huius species totidẽ ferè numerantur, quot Iambici generis, uariata per gradus quantitatis depositione ut Monometrum brachycatalecticum, (sequitur. constat Trochæo, quale est, qd'Hephæstio ponit. Ζευς με –υ. & illud Euripidis in Iphigen. εἶεν –υ

Monometrũ Catalecticũ, cõstat sesquipede simplici, seu ut plurimum, tribus syllabis, quarum media breuis est, prima longa. Vt apud Terentium, in Eunucho. Occidi –υ–, tametsi Erasmus hoc ad Creticum genus retulerit, & in Phænißis apud Euripidem.

ὦ πόλις –υυ &

κλύετέ μου υυυ– ubi pro Trochæo Tribrachys ponitur, quanquam & hoc pro Pæonico censeri poßit,

Monometrum Acatalecticum, constat duobus pedibus simplicibus, seu integra syzygia, quale est:

σεῖχε, σείχω –υ– – apud Euripid. Iphigen. &

καὶ σὺ μάτερ –υ–υ in Phenißis &:

καλλινίκου –υ– –, & similia apud Pinda.

Pythijs

Pythijs Ode 1. Idem hoc Basis Trochaica, & Tautopodia dicitur.

Monometrum Hypercatalecticum, constat dipodia una, & syllaba, quale est, quod Seruius citat.

Author opti -υ-υ mus -, & illud in Phœnißis αὐτόσημα -υ-υ νεῖ -, uocatur hoc cognomento Pancratium.

Dimetrum Brachycatalecticum, quod & Ithyphallicum, ab obscœnis phallorum imagunculis puto, quas in Dionisijs cum cantu circumferebãt, appellatum est, constat tribus Trochæis, tale est illud:

Αρπάσασα -υ-υ φεύγοι -- apud Aristoph. in Acharnen. &.

Ζεῦ, τεαὶ γὰρ -υ-υ ὧραι -- apud Pindarum in Olymp. Latini ferè cum Dactylico Tetrametro componunt, ut Horatius:

Soluitur -υυ acris hy -υυ ems gra -- ta uice -υυ Veris & Fa -υ-υ uoni --

Dimetrum Catalecticum, quod & Euripideum uocant. Constat tribus pedibus simplicibus & syllaba, talia sunt illa in Hippolyto

οὔτ᾽ ἐπαίζε -υ-υ ορκακῶν -υ- &, οὐδ᾽ ἐν ἄτας -υ-- ἄιζον -υυ

Apud Latinos Prudẽtius hoc, Acatalectico epodi loco subiunxit. Vt in hymno, qui incipit.

Scripta sunt cœ -υ-- lo duorum -υ-υ

Martyrum uo -υ-υ cabula -υυ &c.

Græci

Græci etiam λεκύθιον *hoc metrum uocant, ut est uide re apud commentat.* Euripidis,*qui hoc nomine aliquoties utitur.*

Dimetrum Acatalecticum,quòd integris duabus syzygijs constat,pedibus simplicibus quatuor. Vt est Prudentij illud,quod suprà citauimus,& illa Aristophanis in Ranis:

Ταῦτα μὲν πρὸς – υ – υ ἄνδρας ἐστὶ – υ – υ
Νῶν ἔχοντας – υ – – καὶ φρένας, καὶ – υ – –

Et quæ sequuntur in eodem cantico. Vocatur hoc Alcmanicum à Grammaticis.

Dimetrum Hypercatalecticum, quod & Bacchilideum, à Bacchilide, qui & ipse inter nouem Lyricos, unus fuit, appellatur, constat duabus dipodijs & syllaba, quale est Aristoph. illud in Auib.

ἐγγὺς, ὥς οὐ – υ – – φευκτέον νῶ – υ – – ἵ υ Et
εἰ γάρ ἐστι – υ – – χρῶτας ἥρω – υ – – ἵ –

Tale faciunt quidam & Comicũ illud in Adelphis:

Emisse, id anus – – υ υ – *mihi indicium fe* – υ
υ – – *cit* –

Purum autem tale ponit Seruius.

Floribus co – υ – – *rona texi* – υ – υ *tur* –

Trimetrum Brachicatalecticum,quod & Sapphicum dicitur, constat pedibus simplicibus quinque, tale fuerit.

σὺ γάρ ἠμέτε – υ – υ υ ρος λες ἐστ' ἐ – υ – υ
κεῖνος – –

Et

Et Latinum hoc.

Iuppiter rex – υ – – & pater de – υ – υ orũ – –

Trimetrum Catalecticum, quod Archilochiũ cognomento uocatur, constat quinq; pedibus simplicibus, & syllaba. Vt est Archilochi illud, quod Hephæstio citat.

Ζεῦ πάτερ γὰ – υ – υ μορ μὲν ἐυκ' – υ – υ ἐδεσάμην – υ –. & quod Seruius citat.

Nox amoris, – υ – υ & quietis – υ – υ conscia – υ υ. Vocatur idem Iambicũ Acephalon. Nam si primam Senarij Iambici tollas, fit Trimetrum hoc Catalecticum, ut in hoc exemplo Plauti:

Non omnis æ – – υ – tas ad perdi – – – – scendum sat est – – υ –

Tolle Non, fietq; Trochaicum Catalecticum.

Omnis ætas – υ – – ad perdiscen – – – – dum sat est – υ –

Trimetrum Acatalecticum, quod & Sotadicũ Seruius appellat, constat tribus integris dipodijs, pedibus simplicibus sex. Huius exemplum Hephæstio tale citat.

νῦν δὲ μοι πρὸ – υ – υ τείχεων θεοῦ – υ – υ φίλος ἄρης – υ – –. Et talia censeri posse, uidentur etiam comica illa Terentij, & Plauti, Terentij in Andria, ut,

Nunc primum fac – – – – isthæc ut la – – – υ uet, post deinde – – – –

Quod iussi ei da – – – υ re bibere & quan- υ υ υ – – tum imperaui – υ – –

Date &c. Plauti in Truculento.

Adfores au – u – – scultate atque as – – – –
seruate ædes – – – –
Nequis aduen – u – – tor grauior abeat – u u, u u
u u atq; aduenìat – – u u u &c.

Tametsi Priscianus aliter illa digerat, & inter confusa, de quibus infrà dicemus, referat. Videtur autem Sotadeum appellari, propter affinitatem, quam cum Sotadeo Ionico habet. Nam si pro Ionico pede, ubiq; Trochaicam syzygiam ponas, id quod metro illi familiare est, fit Trochaicum eiusdē quantitatis, ut in hoc Ionico,

Palmam cape – – u u uicisti amor – – u u immerentem – u – u, muta priores duas Ionicas in Trochaicas, fietq; Trochaicum, ut

Palmam amor ca – u – u pe, euge uincis – u – u immerentem – u – u

Trimetrum Hypercatalecticum, quod Sapphicum uocatur, constat tribus dipodijs, & syllaba, tale est Græcum hoc quod Hephæstio ponit.

ἔρχεται πο – u – u λύσμεν αἰγᾶ – u – – ομενανή – u – – ξας – &c.

Et Latinum illud quod citat Seruius.

Splendet aurum – u – – gemma fulget – u – – sed placet for – u – – ma –.

Tale fortaßis & mixtum hoc Plauti.

Sed quid ais? quid – u u – u Amphitruoni a – u u – – Telebois da – u u – u tum est – u. In Amphit.

Terra-

Tetrametrum Brachycatalecticum, quod iisdem Sotadicum uocatur, ut superius Trimetrum, eademq; ut opinor, ratione, constat pedibus simplicibus septem. Huius exemplum tale citant Græci.

οὐδ' ἀμείψι – ᴗ – ᴗ ας δ' ἐρᾶτε – ᴗ – ᴗ τῆ(σ)
χόρδοντ' ἐφ' – ᴗ – ᴗ ἡμῖν – –

Seruius autem tale.

Thracium ne – ᴗ – ᴗ fas renarrat – ᴗ – – catu
lis hi – ᴗ – – rundo – –

Inuenias & mixtos quosdam eiusdem rationis apud Plautum.

Tetrametrum Catalecticum, quod & Archilochiū uocant, constat pedibus simplicibus septem, & syllabas seu dipodijs tribus, & Cretico, ut apud Aristopha. in Equitib. ubi de Cleone, inquit.

ὅστις ἡμῆν – ᴗ – – τὰς ἀθλίας – ᴗ – – ἐκκο
κώφη – ᴗ – – κας βοῶν – ᴗ –
κἀπὸ τῶν πε – ᴗ – ᴗ τρῶν ἄνωθεν – ᴗ – –
τοὺς φόρους θυν – ᴗ – – νοσκοπῶν – ᴗ –

Et in Epitaphio Epicharmi, quod inter Theocriti Epigrammata refertur.

ἅτε φωνά – ᴗ – – δώριος χ' ὡ – ᴗ – – νὴρ
ὁ τὰν κω – ᴗ – – μωδίαν – ᴗ –, Εὑρὼν &c.

Et paulò post in eodem carmine.

πολλὰ γὰρ ποτ – ᴗ – – τὰν ζωὰν τοῖς – ᴗ
– – παισὶν εἶπε – ᴗ – ᴗ χρήσιμα – ᴗ ᴗ &c.

Plurimus huius usus est, cum apud cæteros poëtas, tã apud Comicos, tam Græcos, quàm Latinos, id quod ex Latinis Terentio & Plauto, & apud Græcos, quẽ modo citauimus, Aristophane, apparet, qui paßim atque præcipuè hoc metro usi sunt.

Hoc eodem metro Terentianus maiorem carminis sui partem de syllabis absoluit quoque, quorum alterum ita incipit:

Nulla uox hu – ᴗ – – mana constat – ᴗ – ᴗ
absq; septem – ᴗ – – litteris – ᴗ –.

Alterum autem sic

Syllabas quæ – ᴗ – – rite metro – ᴗ – – congruunt He – ᴗ – – roico – ᴗ – &c.

Proprium huius metri est, ut secundam syzygiã, seu quartum pedem, unà cum dictione finiat. Est autem & aliud Catalecticum Tetrametrum huius generis, quod asistaton. Eupolideum uocant, quod quarto loco Iambũ recipit, quale est hoc Aristophanis in Nubib.

Trochaicum asystaton.

ὦ θεώμε – ᴗ – ᴗ νοι κατερῶ – ᴗ ᴗ – πρός γ'
ὑμᾶς ἐ – ᴗ – ᴗ λευθέρως – ᴗ –
τἀληθῆ νὴ – ᴗ – – τὸν διόνυ – ᴗ ᴗ – σον
τὸν ἐκθρε – ᴗ – – ψαντά με – ᴗ ᴗ &c.

Vbi uides & primo loco pro Trochæo Spondæum poni, Comico more. Et huc fortaße pertinet, quod Hephæstio in descriptione generis, pro Trochæo etiam Iambum poni interim dicit. Exemplum huius metri & Latini imitati uidentur, apud quos eodem pacto, nulla

tamen

tamen certa lege, ut hic, Trochaica mixtis Iambis, & contrà, Iambica mixtis Trochæis crebrò reperiuntur, cuiusmodi multa exempla Priscianus ex antiquis poëtis, in libro de uersibus Comicis, recenset. Et nos infra, ubi de mixtis & confusis generibus, dicemus, nonnulla quoque afferemus. Porrò inter Catalectica, Tetrametra, & Scazon illud seu claudum genus, quod Hipponacteum uocant, Hephæstio refert, quòd penultimo loco Spondæum, ut ipse, ait, recipit, hoc est, quod ad tres dipodias. Molossum, aut Antibacchium adijcit, cuius exemplum idem tale citat.

μὴ προτίμω – υ – – δὴτ᾽ ἐμὲ χρὴ – υ – –
τῷ σκότῳ δὴ – υ – υ κάζεσθ᾽ – – –

Tale item Seruianum hoc exemplum.

Pelle tonsis – υ – – terga Ponti – υ – – uela tende – υ – υ pergamus – – υ.

Tetrametrum Acatalecticum, Anacreontæum à Seruio uocatum. Constat quatuor integris dipodijs Trochaicis, quale est hoc Anacreontis.

κλῦθι μεῦ γέ – υ – υ ροντος εὐέ – υ – υ θεῖρα χρυσό – υ – υ πεπλεκοῦρα – υ – –

Tale item illud quod ipse Seruius allegat.

Parce iam Ca – υ – υ mœna uati – υ – – parce iam tene – υ – υ υ ro furori – υ – –

Huius rationis multa apud Plautum reperias, sed mixta, qualia Comicorum solent esse, ut in Amphyt.

Res parentes – u – – patria, & pro – u – – gra ti tutan – – – – tur, seruantur – – – – &c.

Virtus omni – – – u a in se habet, omni – u u – u adsunt bona, quem – – u u – penes est uirtus u u – – – &c. Tametsi & hoc ex confusis illis esse uideri queat.

Tetrametrum Hypercatalecticum, quatuor constat dipodijs & syllaba. Huius exemplum à Seruio non ponitur, neque ipsa metri ratio, sed Graecum tamen Hephaestio tale effingit.

κλῦθι μευ γὲ – υ – υ ϱοντος ἐυὶ – υ – υ θα ϱα χρυσό –υ– υ πεπλευῦμκού –υ– – ϱα –

Neq; dubito apud Plautū quoq; multa eiusdē rationis comica tamē reperiri. Tale.n. et hoc uidetur esse in Amp.

Vbi cū uxore do uu– –uu mi redisti in – u – – gra tiā. Bac – u – – chus te irritas – – – – fit –

Et quod mox sequitur.

Nec Bacchum sa – – – u lutē hodie, nec – u u – – Cererem, tu pur u u – – – gari iusse – – – u ras –

Et apud Terentium, ut in Heautont.

Tu fortasse – – – u quid me fiat – – – – par ui pendis, – u – – dum illi consu – – – u las –

Pentametrum Brachycatalecticum, constat dipodijs quatuor, & pede uno simplici, quale est hoc Hephaestionis exemplum.

ἔρχεται πο – υ – υ λύς μεγ' αἰγαῖ – υ – – ον δια τὴ – υ – – ξας ἀπ' ὀινα – υ – – ϱᾶς δ' ὲ – υ.

Cui

Qui responderit hoc Latinum.

Multa adest ma – υ – υ nus per Aegæ – υ – – um natans à – υ – – fertili Chi – υ – υ o orta – υ

Rarum genus nisi sicubi apud Comicos confusum ac mixtum reperias.

Pentametrum Catalecticum erit, si ad superius exemplum syllabam adijcias, ut

ἔρχεται πο – υ – υ λὺς μεγὶ αἰγαῖ – υ – – ον δίαν ἡ – υ – – ξας ἀπ᾽ οἴνη – υ – – ρᾶς χίου – υ – Latine sic:

Multa adest ma – υ – υ nus per Aegæ – υ – – um natans, à – υ – – uite fæcun – υ – – da, Chio. – υ –

Pentametrũ Acatalecticũ, quod quinq; dipodias habet, pedes simplices decẽ, quale fingit Hephæstio hoc.

ἔρχεται πο – υ – υ λὺς μεγὶ αἰγαῖ – υ – – ον δίαν ἡ – υ – – ξας ἀπ᾽ οἴνη – υ – – ρᾶς χίοο – υ – υ Latine sic.

Multa adest ma – υ – υ nus per Aegæ – υ – – ũ natãs, à – υ – – fertili Chi – υ – υ o profecta – υ – υ

Atq; hæ Trochaici generis species, ab Hephæstione, ac Seruio memorantur, ex quibus maxime usitatæ sunt, Dimetrum Brahycatalecticum, Catalecticum & Acatalecticum, item Trimetrum Catalecticum quod & Acephalum Iambicũ dicitur, et Tetrametrũ Catalecticum, quod ab Archilocho inuentore cognominatum est.

Quod igitur suprà fecimus circa Iambicum genus, idem hic quoque conabimur, ut in uno, eodemque carmine, omnium specierum exempla simul oculis spectanda subijciamus. Id tale fuerit.

Hei mihi
–∪– Monometr. Catalecticum
Quanta uis est
–∪–∪ Monometr. Acatalect.
Mortis inuidæ,
–∪–∪, – Monometr. Hypercat.
Quàm saeuera fati
–∪–∪, –∪ Dimetrum Brachycat.
Nos premit necessitas,
–∪–∪, –∪– Dimetrum Catalect.
Quàm leuant preces nec ullæ,
–∪–∪, –∪–– Dimetrum Acatalect.
Nec merens uirtus precantium,
–∪––, –∪–∪, – Dimetr. Hypercat.
Sed uelut Adamante uincta duro
–∪, ∪∪∪, –∪–∪, –∪ Trimetr. Brachycat.
Perstat immota, atq; firma, nec loco
–∪––, –∪–∪, –∪– Trimetr. Catalect.
Cedit usquam, aut destinatam soluit horam.
–∪––, –∪––, –∪–∪ Trimetr. Acatalect.
Hæc Alexandrum peremit, orbis unicum
–∪––, –∪–∪, –∪–∪, – Trimetr. Hypercat.

Vindi-

Vindicem & uictorem, & à summo satum tonante.
–υ– –, –υ– –, –υ–υ, –υ. Tetram. Brach.
Hæc & Alcidem subegit, perdomantem publicè
–υ– –, –υ– –, –υ– –, –υ–. Tetram. Catal.
Bellu as & quicquid homini noxium uiuebat usquam,
–υ– –, –υ, υυ–, –υ– –, –υ–υ. Tetrame. Acata.
Nec fuit uenictúe quisquã, cuius hæc colum resoluerit
–υ–υυ, –υ– –, –υ–υ, –υ–υ, – Tetra. Hyp.
Quiq; posset addere unum ad pensa fusis aggregata filũ.
–υ–υ, –υ– –, –υ– –, –υ–υ, –υ. Pent. Brach.
Pergit, & uincit maligna, quicquid usquam uirium tentaueris.
–υ– –, –υ–υ, –υ– –, –υ– –, –υ–. Pent. Cata.
Et Ioue, una maior ipso, sacra pariter & profana cuncta miscet.
–υ–υ, –υ– –, –υυυυ, –υ–υ, –υ–υ. Pent. Aca.

Dactylicum & eius species.

DActylicum genus est, quod Dactylum recipit locis omnibus & præcipuè, pro Dactylo autẽ promiscuè & Spondæum, ut

Stat sua –υυ *cuiq; di* –υυ *es, breue &* –υυ *irrepa* –υυ *rabile* –υυ *tempus* –υ.

Omnibus –υυ *est ui* – – *tæ &.* Quanquam interim & Anapæstum & Proceleusmaticum, per resolutionem uidelicet, pro Spondæo aut Dactylo positos reperias. Anapæstum, ut apud Virgilium.

Pluuio uu – rum rex – – Erida – u u nus,cam – –
posque per – u u omnes – – &c.

Proceleusmaticum, ut apud eundem.

Genua la u u u u bant, ua – – stos quatit – u u æ-
ger an – u u helitus – u u artus – –. Lib. 12. Et

Labat u u ariete u u u u crebro – –
Ianua – u u emo – – ti pro – – cumbunt – –
ne – u u postes – –. Lib. 2.

Vltimo autem loco, si Catalecticus uersus erit, ut sunt Heroici generaliter omnes, Trochæum quoq; communiter admittit, ut in superiori exemplo patet. Sin autem Acatalecticus fuerit, etiam Creticum, propter ultimã, quæ indifferens, cuius rei exempla infrà patebunt.

Huius metri differentias tres faciunt Græci. Vocant enim quoddam Dactylicum commune, quoddam Æolicum, & quoddam λογαοιδικόν. Dactylicum commune illud est, quod, ut suprà dictum, Dactylo præcipuè constat, pro Dactylo autem et Spondæũ recipit, ut

Puluis & – u u umbra su – u u mus –.

Æolicum autem uocatur, quòd à pede disyllabo incipit, siue is spondæus, siue quicunq; alius ex quatuor disyllabis fuerit, cæteros autem pedes, Dactylico communi similes habet, ut

Sappho – – composu – u u it malè – u u casta po
– u u emata – u u &c.

Tertium, quo λογαοιδικὸν appellant, quasi quod canticis & sermoni soluto propius quodammodo sit, in Trochaicam dipodiam exit, cætera par Dactylico &

ipſum communi, quale eſt, quod Alcaicum apud Diomedem uocatur.

Vſq; me –υυ is pluui –υυ oſque uemis –υ–– &c.

Quod tamen genus alij inter compoſita referre malunt. Et ſanè non immeritò adeò inter ἀσυνάρτητα *cenſeri poterat (ſic enim uocant Græci cõpoſita metra, quæ nulla temporum, aut rythmi cognatione mutuò cohærent) Quæ enim conuenientia Dactylo cũ Trochæo? Sed tamen quia à Grãmaticis ſub genere Dactylico recenſentur, nos quoq; eundem ordinem, eandemq; tradẽdi rationem ſecuti ſumus.*

Principio igitur de Dactylico communi, & eius ſpeciebus agemus. Quod ipſum quoq; ſunt, qui bifariam diſtinguant. Alterum enim Dactylicum purum uocant, alterum Heroicum. Purum, quod ex ſolis Dactylis componitur. Heroicum, quod Dactylos & Spondæos indifferenter accipit. Et hoc modo Pentametrũ Elegiacũ ex duobus diuerſis cõmatibus cõponi dicunt, altero uidelicet Heroico, et altero Dactylico puro, quod utut dicitur, in medio hic relinquemus et ad inſtitutũ pergemus.

Typus Dactylici communis.

I. Pes.	II	III.	&c.	Vlti.
–υυ	–υυ	–υυ	–υυ	–υυ
––	––	––	––	–υ, Si catalecticum fuerit.

Huius ſpecies paulò pauciores numerantur, quàm ſuperiorũ generũ, eò q. Brachycatalecticos uerſus nullos habet, ſcãditur. n. per monopodiã, ſed tantũ Catalecticos,

Acatalecticos & Hypercatalecticos, quos alij tamē Hypocatalecticos, uel Catalecticos εἰς συλλαβὴν, in hoc genere, appellare malunt, de qua re Hephestionem uide. Præterea neq; monometra huius generis à Grammaticis traduntur: primum quòd per dipodiam non scanditur, deinde etiam differentiæ causa, ne illa cum Iābicis Trochaicis, & cæteris similibus in idem incidentes, inter se confunderentur, ut ait Hephæstio. Hæc enim uerba ipsius sunt: Μονόμετρα δὲ inquit de Dactylico loquens, οὐκ ἔχει τῷ μὴ βαίνεσθαι κατὰ διποδίαν, συνεμπίπτει σφισὶ γὰρ ἐνίοτε τῶν τοιούτων μέτρων πρὸς τὰ τροχαϊκὰ καὶ ἰαμβικὰ &c. Quanquam apud Virgilium reperias multa huius quantitatis, ut uerbi gratia, libro tertio Æneid.

Rumpite – u u. Et lib. 10.
Cui Liger – u u. Item lib. 1.
Dardani – u u dæ – Et lib. 2.
Stat cir – – cum –. Et id genus alia. Quæ cum in Heroico carmine ponantur, alienum puto fuerit, pro Trochaicis Iambicis aut Choriābicis ducere. Sed tamen quia neq; Seruius, neq; cæteri horum meminere, nos quoque innouare aliquid noluimus. Proinde à Dimetro, ut illi, exordiamur.

Dimetrum Catalecticum constat Dactylo & Spondæo, ut

Νύνεμος – u u αἰθὴρ – –. Et
Turbine – u u uersat – –.

Voca

Vocatur ab alijs Adonicum, à Terentiano autem etiam Sapphicum. Et in idem cadit cum Choriambico monometro Hypercatalectico, quam & Penthemimerem Choriambicam uocant. Plurimus usus eius est, & apud Comicos Græcos, & cæteros. Latini ferè Epichoriambico trimetro Saphico subiungunt, quæ causa uideri potest, ut ipsum quoq; pro Choriambico accipi potius debeat. Exempla apud Horatium, et Senecam in Tragœdijs ubiq; obuia sunt.

Inuenias autem apud Virgilium & dimetrum tale, ubi priore loco Spondæus ponitur, ut & suprà in Monometro. Quale est hoc lib. 5.

Hæc ef – – fata – υ &c.

Dimetrum Acatalecticum, quod Hymenaicum uocant, fortaßis quòd Hymenæi hoc genere decantari aliquando solebant. Constat duobus Dactylis, ut

Δαιμονὶ – υυ αι τροφαὶ – υ –. Et

Μαινομέ – υυ ναις φρέσι – υυ. Apud Pindarum Pythijs. Incidit in idem & hoc cum Choriambico Dimetro Brachycatalectico, siue Hemiolio. Virgilius autem Dimetrum huius rationis priore pede Spondæo dedit, lib. 1. ut

Huc cur – – sus fuit – υ υ.

Dimetrum Hypercatalecticum, seu, ut Græcis placet, trimetrum Hypocatalecticum, aut etiam Catalecticum εἰς συλλαβήν. Cōstat duobus Dactylis & syllaba. ut

Vt: Puluis et – uu umbra su – uu mus – &c.
Vocatur autem Archilochium à Grammaticis, quòd is primus, ut quidam uolunt, eo usus sit in Epodis. Plurimus eius usus est & apud cæteros poëtas & præcipuè apud Lyricos, ut apud Pindarum Pythijs.

Ἀστὴρ – uu οὐρανί – uu ου –. Et

Ὑψιστε – uu τῶρ ἀνέ – uu μωρ –.

Vocatur idem & Pentemimeres Dactylica. Virgilius Heroicum quoq; tale aliquoties dedit, ut lib. 2.

Numina – uu concla – – mant –. Et lib. 3.

Stans cel – – sa in pup – – pi –. Et lib. 4.

Germa – – niq; mi – uu nas –. &c.

Trimetrum Catalecticum, seu ut Græcis placet, Catalecticum, εἰς δυοσύλλαβον, constat pedibus tribus, quorum ultimus Spondæus, uel Trochæus est, cuius exemplum est, quod Hephæstio ponit, puta:

Οὐλομέ – uu νηρ ἣ – – μύρι – u &c. Hemistichium Homeri, Seruius Alcmanicum uocat, eiusq; exemplũ tale ponit: Tundite – uu pectora – uu palmis – –. Inuenies aũt et apud Aristop. & apud Pind. similia, ut

Ηνίχ' ὁ – uu κραιπαλό – uu κωμος – – Et

Τοῖς ἱε – uu ροῖσι χυ – uu τροισι – u. In Ranis

Et, Ευθα μὴν – uu εὔφρονες – uu ἴλαι – –. Et

Αιακί – uu δας ἔγερ – uu αιρεν – u. In Nem.

Ode ult. Idẽ hoc Pherecratium uocãt quidã, sed cũ primum pedẽ Spondæũ habet, cuius exempla paßim apud Horatiũ et cæteros inuenies. Eoq; modo compositum in

idem

Idem cadit cum Antispastico Dimetro Catalectico.

Trimetrum Acatalecticum, quod Seruius Simonideum uocat, constat pedibus tribus integris, hoc est, quorum ultimus Dactylus, uel Creticus est, quale est hoc, quod idem Autor allegat.

Indue – υυ pallia – υυ serica – υυ. Et Græcũ hoc Eur. Ἀλλ' – υυ ὑφᾶ – υυ ἡμέρας –υ–. Et γαῖατε – υυ κὐμελά – υυ θρωυ σῖγαι –υ–. In Alcest. Quòd si à principio Spondæũ posueris, idem erit cum Gliconico, quali Horatius uti solet, ut

Sic te – – diua po – υυ tens Cypri – υ –. De quo infrà inter Antispastica dicetur.

Trimetrum Hypercatalecticũ, siue Hephthemimeres Dactylica, constat pedibus tribus & syllaba, ut

Munera – υυ lætiti – υυ amq; di – υυ i –. Æne. ii.
Auden – – tes for – – tuna iu – υυ uat – Lib. 10.

Vocatur Alcmanium, ab autore, cuius etiã uersum hũc Græci citant pro exẽplo.

Ταῦτα μὲν – υυ ὡς ἂν ὁ – υυ δῆμος – υυ ἅπας –. Vtitur & Aristoph. interdũ eodẽ, ut in Ran.

Ηνίκ' ἂν – υυ ὀψίλα – υυ λον περὶ – υυ δ'ου –.

Et Ενθεν – – δὴ σομα – υυ τουργὸς ὁ – υυ πῶν – &c.

Terentianus Tragicum quoq; uocat hoc, eò quòd in Tragœdijs interdum admisceri Ianbicis alijsq; diuersis solet, eius uersus sunt:

At cum Hephthemimeres fuerit diuisio uersus,

In Tragicis plerunq; choris deprehenditur unũ,
Insertus multis, non una lege creatis.
Fabula sic Euripidis inclyta monstrat Orestes:
Nam tali uersu cunctis trepidantibus intus,
Argiuum fugiens Eunuchus clamitat ensem &c.

Videtur autem uersum intelligere hunc.
Ἀργεῖ -- ον ξίφ⁹ -υυ ἐκθανά-υυ του -.
πέφευγα &c. Quem similis mox alter sequitur.
Ἴλιον -υυ ἴλιον, -υυ ὤ μοι -- μοι - &c.

Tetrametrum Catalecticum, constat pedibus quatuor, quorum ultimus Spondæus uel Trochæus est. Tale est Horatij illud:

Ibimus -υυ ó soci -υυ i, comi -υυ tesq; -υ.

Et illud Archilochi, à quo & ipsum metrũ appellatur.

Φαινόμε -υυ νον κακὸν -υυ οἴκαδ' ἀ -υυ γεσθ -- . Affine est huic Dactylicum Sereni, de quo itidem apud Terentianũ metio fit, quod pedes quidem quatuor, penultimam autem syllabam breuem habet, cuiusmodi & Hexametri quidam μείουροι reperiuntur, de quibus infrà. Sereni exemplum tale est:

Vitis & -υυ'ulmus u -υυ ti simul -υυ eant υ-
Nam nisi -υυ sint pari -υυ bus fruti -υυ cibus υυ
Vmbra ne -υυ cat tene -υυ ras ami -υυ neas υ-

Vide apud Terentianum. Despauterius Ithyphallicum hoc genus uocat. Vtitur autem & Boëtius lib. 3. Car 1.

Qui serere -υυ re ingenu -υυ um uolet -υυ agrũ υυ.

Li-

Liberet -uu arua pri -uu us fruti -uu tibus uu.

Falce ru -uu bos fili -uu ceq; re -uu secet uu &c.

Tetrametrum Acatalecticum, quod eodem modo ut Trimetrum superius, ab Alcmane cognomentum habet, constat pedibus quatuor, ita ut postremus semper sit trisyllabus. Tale est Alcmanicum hoc, quod citant.

Μῶσ' ἄγε -uu καλλιό -uu πα θυγά -uu τηρ Διὸς -uu.

Ἀρχ' ἔρα -uu τῶν ἐπέ -uu ων, ἐπὶ -uu δ' ἵμερον -uu &c.

Tale item est Virgilianum illud Heroicum:

Dardanis -uu & di -- ua Vene -uu ris mu-rus -uu. Lib. 2. Et.

Bella -- torq; ani -uu mo deus -uu incidit -uu Libro Æneid. nono.

Tetrametrum Hypercatalecticum, quod ipsum quoque Alcmanium Seruius uocat, constat pedibus quatuor & syllaba. Huius exemplum Græcū Hephæstio tale dat:

Ὡς ἔφα -uu τ' οὐδ' ἀπί -uu θησεν ἄ -uu ναξ ἀν -- δρῶν -. Ex Homerico uidelicet Hexametro, ablato ultimo sesquipede. Cui simile hoc Euripidis. Ἀέρι -uu ον σκότον -uu ὄμμασι -uu σοῖσι βα -uu λών - In Phenis.

Latinum autem Seruius tale ponit:

Vita qui -uu etiam -uu miscerit -uu ingeni -uu o -.

Rarum genus, & cuius alibi apud Latinos exemplum non facile, ut puto, inuenias.

Pentametrum Catalecticum, quod Simmieum Græci uocant, à Simmia Rhodio poëta, de quo infrà quoq; mẽtio fiet, constat quinq; pedibus, quorum postremus Spõdæus uel Trochæus est. Tale est hoc Græcum.

χαῖρε ἄν -υυ αξ ἔτα -υυ ερ ζαθέ -υυ ας μάκαρ -υυ ἥβας --.

Tale item illud:

Multa homi -υυ nem docu -υυ it mala -υυ turpis e -υυ gestas --. Seruius Stesichorum hoc metrum uocat.

Pentametrum Acatalecticum, Simonideum à Seruio appellatum, constat quinq; pedibus integris, hoc est, ut postremus quoq; Creticus uel Dactylus sit, quale est, quod idem author citat:

Partheno -υυ pæus e -υυ rat puer -υυ Ar cadi -υυ æ decus -υυ.

Hephæstio Homericũ hoc pro exemplo ponit, dempto à fine Heroici, pede uno.

Εὗδον -- παννύχι -υυ οι, δ'ία -υυ δ' οὐκ ἔχε -υυ νήδυμ@ -υυ. Deest enim ὕπνος.

Tale item est Euripidis illud in Phœnissis.

Ητίνα -υυ μουσοπό -υυ λοιρ σοναι -υυ χάριτι -υυ δάκρυσι -υυ.

ITEM.

πάντα

πάντα δ' ἐν –υυ ἤματι –υυ τῶν δ' ἐσσῶ –υυ ἠγαγεν –υυ ὦ πάτερ –υυ. Ibidem.

Pentametrum Hypercatalecticum, constat pedibus quinq; & syllaba, ut

Pulchra pu –υυ ella co –υυ mas cin –– git sibi –υυ palmiti –υυ bus –.

Huius metri meminit quidem Hephæstio, sed tamen exemplum non ponit, fingere autem ad eundem modum licebit, ut si dicas:

Τὴν δ' ἄπο –υυ μειβόμεν –υυ ὁ προσέ –υυ φηνεφε –υυ λιγυρέ –υυ τα –.

Seruius Chærileum hoc genus uocat, si modo locus integer est &c.

Hexametrum Catalecticum, quod & Heroicum, & ἔπος *à Græcis dicitur, unde & Epici poëtæ nomen habent, omnium communissimum simul & præstantissimum, constat pedibus sex, quorum quisq; Dactylus uel Spondæus esse potest, excepto ultimo, qui Spondæus uel Trochæus est, & penultimo, qui Dactylus cõmuniter esse, præcipuè apud Latinos poëtas solet, ut*

Multa di –υυ es, uari –υυ usq; la –υυ bor mu –– tabilis –υυ æui ––

Rettulit –υυ in meli –υυ us. &c. Verg.

Nam Græci in hoc uariando liberiores paulò sunt, ut apud Homerum.

Ἐκ γὰρ ὀρ –υυ ἐσα –– οτίσις –υυ ἔοσετς –υυ Ἀτρί –– δαο –υ. Et

Ω πάτερ -υυ ἡμέτε -υυ ρεκρονί -υυ ἀλ ὕπα -υυ τεκρει -- ὄντωρ --.

Quod tamen exemplum etiam Virgilius interim secutus est, ut:

Chara de -υυ ûm sobo -υυ les ma -- gni Iouis -υυ incre -- mentum -υ. Et

Tu ne il -- le Æne -- as, quem -- Dardani -υυ o An -- chisæ -- &c.

Quos uersus uulgò Spondaicos uocant, faciuntque ad dignitatem carminis, & grauitatem rerum exprimendam.

Bucolicū metrum. Huic metro rursum duas alias species subijciunt quidam Bucolicum, uidelicet Hexametrum, & Miurum, & Bucolicum quidem uocant, quando pedes ita dispositi sunt, ut quartus dictionem diuidat, reliqui duo, uelut nouum comma sequantur. Cuiusmodi multos Theocritus dedit, ut

Αδύτι -υυ τὸ ψιθύ -υυ ρισμα κὴ -υυ ἁ πίτυς -υυ αἰπόλε -υυ τήνα --.

Απετί -υυ ταὺς πα -- γᾶισι με -υυ λίς δεται -υυ ἀδὺ δε -υυ κὴ τὺ -υ &c.

Et Virgilius:

Dic mihi -υυ Damœ -- ta, cu -- ium pecus -υυ an Meli -υυ bœi? --. Et

Namq; erit -υυ ille mi -υυ hi sem -- per deus -υυ illius -υυ aram -υ &c.

Miurū autem, quando pœnultima uersus syllaba prolon-

longa, breuis fuerit, ut apud Homerum Iliad α.

Τρῶες -- δ' ἐῤῥί -- γησαν ὅ -υυ πως ἴδον -υυ αἴλον -υυ ὄφιν υυ.

Quem uersum Terentianus Latinè sic reddidit:

Attoni -υυ ti Tro -- es, ui -- so ser -- pen te pa -υυ uitant υ-.

Huius generis idem ex Liuio uetusto poëta citat quosdam, ex quibus hic quoq; unus est:

Dirige ò -υυ doris e -υυ quos ad -- certa cu -υυ bilia -υυ canes υ-. Et

Balteus -υυ & reuo -υυ cet uolu -υυ cres in -- pectore -υυ sinus -υ.

Sed has alij paßiones Hexametri appellare malunt, ipsosque uersus, quibus uel in fine, uel in medio, uel in principio, tempus aliquod deest, aut etiam superest. Χωλοὺς generali nomine appellant, quorum exempla & species, quoniam & ipsa ad cognitionem Heroicorum, præsertim Græcorum, nonnihil pertinent, non alienum putaui, hoc loco subijcere. Sunt igitur species χωλῶν. hoc est, claudicantium uersuum sex: Quidam enim προκέφαλοι dicuntur, quidam, ἀκέφαλοι, quidam προκοίλιοι, quidam λαγαροὶ, quidam δομχόσυροι, & quidam μείουροι.

Paßiones Hexametri.

Species claudorũ uersuum.

Procephali sunt, quibus à principio tempus uel syllaba superest, ut in hoc exemplo:

προκέφαλοι.

Ἠὸυχ ἅλις υ-υυ ὅπ' ἐγυ -υυ νῶϊκας ἅ -υυ πάλακέδας -υυ ὑπερο -υυ πένεις --. Abun

dat enim τὸ κ. Talis est & Virgilianus ille 3. Geor.

Misceue – υ – runtq; her – – bas & – – non in – – noxia υυ uerba – υ.

Ἀκέφαλοι. Acephali, quibus à principio tempus deest, qualis est hic:

ὅς ἥ – υ δ᾽ ηκτάτ᾽ ἐ – υυ οντα, τά – υυ τ᾽ ἐσσόμε – υυ να πρότ᾽ ἐ – υυ οντα – υ.

Est enim τὸ ὅς, unius temporis, cum Spondæus uel Dactylus in Arsi duo requirat.

Huic similis est & ille apud Lucretium libro 1.

Reficit υυυ æter – – no de – – uictus – – uulnere a – υυ moris – υ &c.

Tametsi alij hoc loco Refficit, duplici ff, scribant. Hephæstio autem ἀκεφάλους etiam illos dici ait, qui quacunq; ratione primam uersus syllabam breuem habent. Qualis est hic Virgilij:

Fluuio υυ – rum rex – – Erida – υυ nus – &c. Et

Genua la υυυυ bant &c.

In qua sententia & Macrobium fuisse uidemus, qui eodem modo Acephalos citat hos:

Arietat υυυυ in por – – tas &c. Et

Parieti υυυυ bus te – – xtum coe – – cis iter – υυ &c.

Libro Saturnalium quinto, capite decimo quarto. Nã in his & similibus, tametsi per resolutionem eadem pri

mi

mi pedis tempora sunt, quæ in Dactylo, uel Spondæo, ipsi tamen uersus acephali uidentur, quia à breui incipiunt &c.

Procœlij sunt, quibus in medio syllaba uel tempus abundat. Syllaba, ut in hoc, quem Hephæstio citat: προκοίλοι

Θώρα -- κας ςὴ.-- ξάν δη -- ἰωναμ υ-- φί ςὴ -- τεοσι -υ. Abundat enim sylla ba ι in δηίων. Tempus autem, ut hic:

Ἀτρεῖ -- δαίτεικ -υ- ἄλλοις -υυ ὑκνὴ -- μιδ'ες ά -υυ χαιοί --, Abundat enim tempus in καὶ diphthongo. Item.

Τὸν δ'ἐκα -υυ ταχέι -- νημόρσι -υυ μορ δέοι -υ- ἐς' ἀλέ -υυ αδαι --. Iliad. 20.

ET IBIDEM.

Ουτοι -- τούνεκα -υυ γε Γρία -υυ μος γέ ρας -υυ ἐγχεσὶ --υ θήσα --.

Lagari communiter, qui ijdem et σφηκοσδῆ uocantur, quasi dicas, uespparum in morem uentre graciles, sunt quibus syllaba uel tempus in medio deest, ut hic: λαγαροὶ

Δῶρα πάρ' -υυ Αιό -υ λου μεγα -υυ λήτο ρ@ -υυ ἵπποτα -υυ δάο -υ.

Et rursum.

Βῆν ἐις -- Αιο -υ λου κλυτὰ -υυ δώματα -υυ τὸν δ' ἐκὶ -υυ χανον -υ. &c. In his enim circa o in Αιόλȣ syllaba uel tempus desideratur. Cuiusmodi & apud Latinos nõnullos reperias, ut apud Virgil. lib. 12. Æneid.

Chlorea -uu que Siba uuu rimq; Da -uu retaq; -uu
Therſilo -uu chumq; -u. Et
Eccęma -uu ris in u- gens clau -- dit nos -- obiece uuu Pontus -u. Lib. 5.

Quemadmodum rurſum et ſuperioris generis quoſdam in quibus tempus in medio abundat, ut
Et lon -- gum for -- moſę ua -uu le uale -u-, inquit I -uu ola --. Et
Obſtupu -uu i ſtete -u- runtq; co -uu mæ &, uox -- faucibus -uu hæſit -u.
Et ſimiles.

δολιχόουροι Dolichouri, in quibus ſyllaba in fine ſupereſt, ut τῆνδ', ὅτ' ἐ -uu λαφρὸν ἐ -uu θηκε κρό -uu νου παῖς -- ἀγκυλο -uu μήτεω -u-. Quos uerſus etiam Hypermetros Grammatici uocant, qualis eſt ille apud Virgilium quoq;:
Atria -uu depen -- dent ly -- chni laque -uu aribus -uu aureis -u-. & id genus alij.

De Miuris ſuprà dictum eſt. Sed tamen hi defectus et pleonaſmi temporum atq; ſyllabarum, figuris alijs, ut ſunt: Synecphoneſis, Synalœphe, Syæreſis, Syſtole, Diaſtole & ſimiles, compenſari atque defendi uulgò ſolent. De quibus cum alibi apud Grammaticos paßim traditur, tum nos infrà, ubi de ſcanſione agemus, nonnulla quoq; adijciemus.

Porrò quia ſemel in has uerſuum paßiones incidimus

mus, non omnino præter rem uidetur, etiam cæteras Hexametri differentias, quæ à Grammaticis, Græcis pariter & Latinis commemorantur, breuiter hic recensere, quorum quidem aliæ, ad hoc metrum, de quo hic agitur, peculiariter ac propriè pertinent, aliæ autem etiã ad cætera accõmodari posse uidentur. Quæ igitur differentiæ propriæ ad Hexametrum Dactylicũ pertinent hæ sunt, quibus alij Catenoplij, alij Periodici, alij Sapphici, alij Bucolici appellantur. Ac de Bucolicis quidem, qui quarto loco Dactylum pedem cũ dictione pariter finiunt, suprà paulò dictũ est. Ex reliquis autẽ.

Differentiæ, & uariæ appellationes Hexametrorum.

Catenoplij dicuntur, qui post duos Dactylos Spondæum habent sequentem, ut

μῆνιν ἄ -υυ ειδε θε -υυ ἀ πη -- ληϊά
-υυ δου Αχι -υυ λῆος --

Et apud Vergilium.

Multa mo -υυ uens ani -υυ mo, nym --
phas uene -υυ rabar a -υυ grestes, & similes.

Periodoci, qui τῶν περιόδων more se habent, hoc est, qui Dactylũ & Spondæum alternis positos habent, ut

ὀυλομέ -υυ νην ἣ -- μυρί ἀ -υυ χαιοῖς --
ἄλγε ἔ -υυ θηκεν --. Et:

Itali -υυ am fa -- to profu -υυ gus La -- ui
naq; -υυ uenit -- &c.

Sapphici, qui Aeolico more à disyllabo pede, hoc est, Spondæo incipiunt, & in eundem exeunt, ut

ἄλλοι -- μεν ῥα θε -υυ οἱ τε καὶ -υυ

ἄνερες -υυ ἱπποκο -υυ ρισαί --
Vt ab Hephæstione citatur. Et apud Vergil.

Vrbs an -- tiqua fu -υυ it, Tyri --υ i te-nu -υυ ere co -υυ loni.

Et hoc, quantum ad numeros attinet. Nam ipse Sapphicum cum potißimum acceperim, qui non tantum pedem disyllabum, sed etiam dictionem disyllabam utrobique habeat, qualis hic foret.

Vrbem -- quam statu -υυ o, ue -- stra est, sub -- ducite -υυ classem -υ

Nisi quòd hic in medio etiã Spondæos habet, quod tamen et ipsum Aeolici cæteri faciunt, quemadmodum infrà patebit.

At quæ communes etiam aliorum uersuũ uidentur, ex ijs quidam uocantur ἰσόχρονοι, quidam ἰσόσχημοι, quidam ἰσόλεκτοι, quidã ἀπηρτισμένοι, quidam ἀπηλεγεῖς, quidã ἄζυγοι, quidã ῥαχεῖς, quidam μαλακοειδεῖς, quidã κακόφωνοι, quidã ὑπόῤῥυθμοι, quidã λυγοειδεῖς, quidam τέλειοι, quidam etiam ϖηδομερεῖς siue fistulares, ut ipse Diomedes interpretatur, quorum omnium exempla & descriptiones, quàm breuißime fieri potest, subijciã: Neq; enim puto hic lõgius immorandum esse in his, quæ ad uirtutes & uicia metrorum magis, quàm ad quantitatẽ & numeros pertinent.

Ισόχρονοι igitur, siue æqualium temporum uersus sunt, qui eundem pedem per omnes regiones habent. Vnde & alio nomine Ισόποδες à Diomede uocantur,

tur. Talis est Ennianus ille:

Ciues -- Roma -- ni tunc -- facti -- sunt Cam -- pani -- Et Græcus ille:

Τῶδ' ἐν -- μεσσὶ -- νῃ ξυμ -- βλήτην -- ἀλλή -- λοίϊν --. Quod genus & Spondaicos uocant. Vt contra Dactylicos, qui ex solis Dactylis conficiuntur, qualis est hic Vergilij:

Panditur -uu intere -uu a domus -uu omnipo -uu tentis o -uu lympi -u

Et Homericus ille.

Βῆ δ' ἐ δι -uu ὰ προμά -uu χων κεκο -uu ρυθμένος -uu αἴθοπι -uu χαλκῷ.

Ισοσχήμοι, siue æquiformes dicuntur, qui una ac simplici figura siue forma constant, hoc est, qui non amplius una cæsura habent, ut Diomedes exponit. Qualis est hic:

Vrbe fuit media, Laurentis regia Pici.

Habet enim Semiquinariam duntaxat. Talis & ille uidetur esse.

μῆνιν ἄειδε θεὰ, πηληϊάδου ἀχιλῆος.

Nam & ipse non amplius una cæsura habet.

Ισόλεκτοι siue Aequidici, uocantur in quibus duo cōmata diuersa, siue etiam ἀντίθετα, singulas dictiones inter se oppositas habent. Qualis est hic in Bucolicis.

Alba ligustra cadunt, uaccinia nigra leguntur.

Nam & alba Nigris, & cadere τῷ legi opponuntur. Απηρτισμένοι, hoc est, absoluti & pleni

dicun-

dicuntur, qui plenam atque perfectam sententiam per se absoluunt, ut

ὣς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ. Et

Sic fatur lachrymans, classiq; immittit habenas, &c.

Ἀπηλεγεῖς siue illibati, ut à Diomede uertitur, sunt qui nulla syllaba, aucta uel amputata, aut aliàs mutata uiciantur, ut sunt omnes, in quibus nulla Synæresis, uel Dieresis, Systole uel Diastole, Aphæresis uel P[illegible]osthe[illegible]s, Syncope uel Epenthesis, Apocope uel Paragoge, aut similes figuræ committuntur.

Ἄζυγοι siue Iniuges uocantur, in quibus multi articuli orationis, & continui, inter se nulla coniunctione copulantur, ut apud Vergilium.

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis, quod genus & ἀσυνδέτους puto, appellant.

Τραχεῖς, quos Fragosos Diomedes uocat, sunt qui illeuigato, atque incondito sono uariantur. Talis est Homeri hic:

Τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διέτρυφεν ἔκπεσε χειρός.

Et Verglij ille:

Monstrum horrendum, informe, ingens &c.

Μαλακοειδεῖς, quos teretes & rotundos uocare Diomedes uidetur, sunt qui uolubilem & cohærentem dictionem efformant, ut sunt:

Aurea purpuream subnectit fibula uestem, Et:

Ἀντίθεον θεράποντα ποδώκεος Αἰακίδαο. Et simil.

Κακόφωνοι, ut ex nomine apparet, dicuntur, qui la

floribus & durioribus aliquanto uocalibus exasperan tur, qualis ille apud Vergilium fortaßis fuerit.

Aeoliam uenit, loca fæta furentibus Austris.

Et id genus alij, ut rursus sonori dicuntur, qui concinna uocalium sonoritate uariantur, qualis est:

At tuba terribili sonitu procul ære canoro, &c.

Videntur autem eo solo inter se distare Cacophoni & fragosi, Sonori et Teretes, quòd hi ex uocalibus magis, illi ex compositione numerorum æstimantur.

ὑπόῤῥυθμοι, quos ipsos quoque numerosos uocare licebit, uocantur à Grammaticis, qui singulos pedes, singulis dictionibus claudunt, qualis est Homericus ille.

ὕβριος –υυ εἵνεκα –υυ τῆς δὲ σὺ –υυ δ' ἴσχεο –υυ πείθεο –υυ δ' ἡμῖν ––

Talis etiam Verglianus ille foret, si ordinem dictionum mutes hoc modo.

Eheu –– quàm macer –υυ est mihi –υυ pingui –– taurus in –υυ aruo ––

Sed tamen ὑποῤῥύθμους ego accipio, non tantum qui singulis pedibus singulas uoces tribuunt, sed etiam qui quocunq; modo ad rythmi similitudinẽ efformãtur.

τέλειοι, siue perfecti uocantur ab ijsdẽ grãmaticis, qui omnes orationis partes in se habent, qualis est hic:

Hei mihi, si toties lachrymans ad funera cogar.

Habet enim omnes octo partes, quemadmodum & Græcus hic:

Πρὸς τ' ἐμὲ τὸ μὴ δύσηνον ᾗ ζεφρονέοντ' ἐλέαιρε.

Πρό'ω

Ὑποδομεῖς siue Fistulares, dicūtur in quibus proxima quæq; dictio, priorem syllabarū numero superat, ut

Rem tibi cōceßi doctißime dulcisonoram. Quem uersum Seruius citat, apud quem hoc genus, corrupto ut puto uocabulo, Euripallicum appellatur. His quidā addunt et Reciprocos, quo nomine uocātur ij, qui tā antrorsum lecti, q̄ retrorsum, metrū efficiūt, qualis est hic:

Musa mi – υυ hi cau – – sas nemo – υυ ra quo – – numine – υυ læso – – Nam hunc si retro agas, eiusdem generis Hexametrum dabit, ut

Læso – – numine – υυ quo nemo – υυ ra cau – – sas mihi – υυ Musa – υ

Ad quē modum Hexametra quædā periodica etiā in Sotadeos Ionicos transeūt, syllaba una aliqua elisa, ut hic

Arma pu – υ υ er po – – nas, fuge – υυ lites – – abijce – υυ tela. Nam elisa ultima syllaba, Sotadeum Brachycatalecticum redditur, hoc modo.

Tela abijce – – υ υ lites fuge – – υ υ ponas puer – – υυ arma – υ

Talis est & ille qui à Diomede ponitur.

Esse bo – υυ nus si – – uis cole – υ υ diuos – – optime – υυ Pansa – υ

Nam conuersus eodem numero Sotadæum efficit.

Pansa optime – – υυ diuos cole – – υυ si uis bonus – – υυ esse – υ

Verū hæc reciprocatio nō in Hexametris tantū contingit, sed & in alijs metrorū generibus. Nā et Elegiaca

quædam

quædã in lãbica hoc modo retroacta cõuertuntur, ut hic

Aurea -uu subli -- mi - tecta ni -uu to-
re mi -uu cant -

Conuersus enim Senarium reddit, ut

Micant nito u-, u- re tecta sub u-u- limi au-
rea u-uu

Et Ionicum à Minore in Ionicum à Maiore, ut hic

Volo liber uu-- tua prædi uu-u centur acta
-u-u, Qui conuersus ita decurret.

Acta prædi -u-u cētur tua --uu liber uolo --uu

Sed de his qui plura uolet, ex ipso Diomede petat.

Atque hæc de Hexametro Heroico, apud Grammaticos traduntur, in cuius descriptione eò longius uersati sumus, quòd ex omnibus metris, hoc unum & celeberrimum, & præstantißimum semper habitum fuit, utpote quo uno olim & responsa oraculorum, tradita fuere, ut Pausanias quoque testatur, & pleraq; etiam sacrorum & rituum ab initio tractata.

Supra Hexametrum Heroicum, siue Catalecticum, Hephæstio numerat etiam Acatalecticum, quod uideli cet ultimum pedem integrum, siue trisyllabum habet, quale inter Heroica nonnunquam reperitur, sed à Grammaticis tamen Hypermetri nomine plerunque appellatur, qui ijdem postremam syllabam per Ecphonesin aut synæresim cum penultima contrahere solent. Perinde ut et in superioribus exemplis, ubi de Dolichouro dictum est, apparet, et in hoc ipso quod ab Hephæstione ex

ue ex Homeri Odiss. 9. citatur, ut:

κύκλωψ -- τῆ πίε -υυ οἶνομ ε -υυ πεὶ φάρεῖ -υυ ἀνδρόμε -υυ α κρέα -υυ.

Nam α postremum in κρέα, cum penultima ε contrahunt, et una syllaba, in scansione κρα pronunciant. Seruius autem peculiare metrum hoc facit, ab Heroico discretum, suoq; ipsum ac certo nomine appellat. Vocat enim Iphicum siue Ibicũ, ab Ibico, opinor, poëta, à quo & Ibici grues dicti sunt, eiusq; exemplum tale ponit.

Sydera -υυ pallida -υυ diffugi -υυ unt face -υυ territa -υυ luminis -υυ

Vbi in fine nulla neque contractio, neque synecphonesis fieri potest.

Vltra Acatalecticum atque completum Hexametrũ, Hephæstio Dactylicum metrum non extendit, sed tamen & Seruius & Diomedes Heptametrum quoq; addunt, quapropter & cætera ordine subiungemus.

Hexametrũ Hypercatalecticum, quod & Alcmaniũ à Seruio dicitur, constat pedibus sex, & syllaba, ut

Alma Ve -υυ nus Paphon -υυ ingredi -υυ tur, rosa -υυ luceat -υυ ex ady -υυ tis -

Tale & Sereni illud est apud Diomedem, quod ipse quidem compositum ex Dimetro Heroico, & dimidio Elegiaci dicit: sed ut hactenus legitur, ita enormiter uiciatum est, ut neq; numeros, neq; uerba integra habeat, quare neq; apponendũ putauimus, sed qui uolet, ex ipso Diomede requirat lib. 3.

Hepta-

Heptametrum Catalecticum, quod idem & Stesichorium uocatur, constat pedibus septem, quorum postremus Spondæus uel Trochæus est. Huius exemplum Diomedes tale citat.

Clio -- cui dedit -uu ingeni -uu um de
-- mente li -uu bidine -uu uictam -u

Heptametrum Acatalecticum, quod Iphicum seu Ibicum eodem modo, ut superius illud, appellant, constat pedibus septem integris, hoc est, quorum ultimus Dactylus uel Creticus est. Huius exemplum Seruius ponit hoc.

Carmina -uu docta Tha -uu lia ca -uu net
prope -uu rătius -uu huc ades -uu ô puer -uu

Heptametrum Hypercatalecticum, quod ipsum quoque eodem cognomine Seruius appellat, tale est.

Versicu -uu los tibi -uu dactyli -uu cos ceci
-uu ni puer -uu optime -uu quos faci -uu as -

Atq; hæc Dactylica communia sunt. Cæterum neq; illud prætereũdum, etiam alias, præter has iam dictas, species Dactylicorũ communium, à Diomede recẽseri, nempe quæ fiunt à principio Trimetri, uel Tetrametri syllaba ablata, qualia sunt quæ Archilochia ille uocat, ut

Ex - littori -uu bus prope -uu rătes, --
Et. Noua uu munera -uu diuum -u

Et Sereni illud, quod idem compositum uult esse.

Cui - si uir -- go fer -- uen rese -uu ret
cdua -uu claustra pu -uu erperi -uu i -

Sed hæc rectius, opinor, Anapæstica dixerimus, alioqui & Iambica pro Trochaicis, & rursum Trochaica pro Iambicis eodem modo censeri possent.

Exempla cōmunium Dactylicorū à monometro ad Hexametrum usque (nam supra eam quantitatem rarissime aliquam inueneris, ut & supra adnotauimus) habes in Syringe siue fistula Theocriti, quod carmen ut cætera eiusdem poëtæ Idyllia, Hessus noster latinis uersibus reddidit, quos hic apponendos curauimus, ut quod in superioribus generibus fecimus, idem hic quoque seruaremus, omnesque generis huius species una quasi figura, unoq; typo inspiciendas proponeremus.

FISTVLA THEOCRITI, IN LATINVM CONVERSA

per Hel. Eobanum Hessum.

Fistula es, ipsa tibi inspirat sapientia melos.
–uu –uu –– –uu –uu uu   Hexamet. μείουρος.
Neminis ô coniux longi genitrix Ptolomæi
–uu –– –– –uu –uu ––   Hexam. catalect.
Nutricis celerem hostipatris genuisti actorem
–– –uu –uu –uu –– ––
Non cornutum illum nutritum taurigenis.
–– –– –– –– –uu –   Pentam: Hypercat.
Sed quem linquis onustum umbone grauis clipei.
–– –uu –– –uu –uu –

Quemq;

Quemq; biformem Geriones amor usserat

-vv -- -vv -vv -vv Pentam. Acatalect.

Virginis aëriæ Meropis genere editæ

-vv -vv -vv -vv -v-

Qui Musæ obtulit bulcera florigeræ

-- -vv -vv -vv - Tetramet. Hypercat.

Suauia, amoris cordis ab igne sui

-vv -- -vv -vv -

Per quem fracta auicidæ consona

-- -vv -- -vv Tetram. Acatalect.

Et Tyri iacet alta potentia

-vv -vv -vv -vv

Nunc animam, bona Perigerûm,

-vv -vv -vv - Trimet. Hypercat.

Cui Paris affert Simichides.

-vv -- -vv -

Gratum opus ó uiricalca

-vv -vv -- Trimet. Catalect.

Lydæ flamma puellæ

-- -vv --

Furigena absq; patre

-vv -vv - Dimetr. Hyperca.

O solidungule aue

-vv -vv -

Dulceq; canta

-vv -- Dimet Catalect.

Virgine muta
-uu--
Calliopa
-uu-
Occulta
--, -

Monomet. Hypercat.

Secundum genus Dactylicorum, quod Aeolicum uocant Grammatici, per omnia simile communi est, nisi quòd à fronte semper habet pedem ex disyllabis unum, siue is Spondæus, siue Iambus, siue Trochæus, siue etiam Pyrrhichius fuerit. Quare & per depositiones easdem uariatur, eademque dimensionum quantitate, à Dimetro ad Hexametrum usque, accrescit. Sed tamen quia huius generis exempla, præsertim apud Latinos, qui extant, in promptu non sunt, neque etiam à Græcis de singulis metris afferuntur, nos quoque ea tantum, quæ communiora sunt, & quibus poetæ potissimum usi reperiuntur, persequemur.

Monometra igitur in hoc genere Græci nulla ponunt, ut neque in superiori, uelut ostendimus. Deinde neque Dimetri alicuius, neque Trimetri exempla afferunt, tametsi Hephæstio ea quoque per incrementa dimensionum fieri tradat, sed protinus à Tetrametro Catalectico ordiuntur. Est igitur Tetrametrum Catalecticum, quod eodem modo, ut suprà, pedibus constat quatuor, quorum ultimus Trochæus uel Spondæus est.

Primus

Primus autem ex quatuor disyllabis unus. Cæteri promiscue Dactyli uel Spondæi. Cuius exemplum tale citat Hephæstio, si modo rectè legitur.

Θυρώ υ– ρω πόδες –υυ ἑπτῳρό –υυ γυιοι* ––
Τὰ δὲ υυ σάμβαλα –υυ πεντεβό –υυ ἰα –υ *
Πίσυγ –– γοι δὲ δὲ –υυ κ' ἐξεπό –υυ ναζαν –υ

Quod Latine hoc modo, utcunque uertimus.

Septē æ –– quat cume –υυ ras pede –υυ custos ––
Quinq; –υ terga bo –υυ um, crepi –υυ dæ, quas ––
Decem –υ suto –– res faci –υυ ebant ––

Verbo ἑπταρόγυιοι, ab ἑπτὰ καὶ τῶν ὀργυῶν, quæ uox σιβδολῶνας, hoc est, cumeras, seu capsas frumentarias significat, deducto, quanquam dubij nonnihil affert diphthongus υι in penultima posita, quæ in eodem exemplo alibi per ι legitur. Sed de hoc alij iudicauerint.

Tetrametrum Acatalecticum, quod pedem ultimum Dactylum uel Creticum habet, cæteros superiori similes, tale est.

Παίζοντες, ὃν – – ∪∪ ὄλβιαι – ∪ –.
Μάκαρ εὖ ξυνὰ – – ∪∪ γουσι – ∪. Quorum ultimu hoc Hemiolium est. Simile est hoc Latinum:
Virtute pa – – ∪∪ ra uiam – ∪∪
Qui tendis ad – – ∪∪ æthera – ∪∪.
Habes huius generis totam stropham & antistropham in Equitibus Aristophanis, quarum prior incipit:
Ω δ᾽ ἥμεκα – – ∪∪ λόγγ᾽ ἔχεις – ∪ –. &c. Nisi quòd & Brachycatalectica siue Hemiolia quædam admixta sunt.

Dimetrum Acatalecticum, quod Cleomachæum appellatur, constat syzygijs duabus integris, sed quarum, quæ pari loco ponitur, id est, posterior sæpe in Molossum, sæpe item in Choriambū, ut ait Hephæstio, uertatur. Eius exemplum tale ponit idem author.
Τίς τὴν ὕδρι – – ∪∪ αν ἡμῶν – – –.
Ἐψόφησ᾽ ἐ – ∪ – ∪ γὼ πίνων – – –. Vbi in posteriore, utpote mixto etiam Ditrochæus pro Ionico, à principio ponitur. Reperitur tamen & tale Acatalecticum huius quātitatis, quod in Trochaicam syzygiā exeat, quale est hoc in Hecuba Euripidis.
Τῷ δουλόσυν – – ∪∪ ὧ πρὸς οἶκον – ∪ – ∪.

κτήθεισ' ἀϋΐ --u- ξομαι; u- Iamb. Dimet.
ἠλώγειδ'ος --uu ὀρμονᾶιας -u-- &c.
Sic enim & commentator ibidem digerit. Simile proximo est hoc Latinum.

Nemo uolet --uu impudico -u--
Seruire di --uu u tyranno -u--

Trimetrum Brachycatalecticum, quod & Praxilleum uocant, constat duobus Ionicis & Trochæo, siue etiam Spondæo, ut Seruio placet, cuius hoc exemplum.

Fortis Iuue --uu nis sumeco --uu ronã -u

Hephæstio autem secundo loco Ditrochæum quoq; accipere hoc genus tradit, eiusq; exempla plurima esse apud Sappho, ex quibus & hoc citat. (να --

πληρὴς μὲν ε --uu φαινέθ' ἁ σε -u-u λά
αἰ δ' ὡς περὶ --uu βωμὼν ἐκτά -u-u θη
σαν -u &c.

Quod Latine sic uertas, licet.

Iam Cinthia --uu lucet orbe -u-u pleno --
Illæ tamen --uu ocio su -u-u pinæ --
Tanq̃ pecu --uu des, iacent ad -u-u aram -u

Trimetrum Acatalecticum Aeolicum hoc bifariam, ut inquit Hephæstio, componunt Aeoles, primum, ut post duos Ionicos, Trochaicam basim ponant, ut

Κρῆσσαι νύπο --uu θ' ὧδ' ἐμμελὲ -uu-
ως πόδεσσι -u-u
Ωρχευντ' ἄπα --uu λοῖς ἀμφ' ἐρο --uu
εντα βῶμον -u-u

Altero autem modo, ut syzygiæ Ionicæ uni, duas Trochaicas subiungant. Tale est.

Ah quàm graue --uu quæ assequi ne -u-u quis amare -u-u

Et quod ipse Hephæstio ponit.

τριβωλετὲς --uu οὐ γὰρ ἀρχαῖ -u-u δ' ἐσ σι λώβα -u--

Vbi tamen & illud in commune notandum, quod pro prima Ionica, sæpenumero etiam Pæonica poni solet, secunda uidelicet, de qua supra quoq; in descriptione generis meminimus, hoc meminimus.

πόας τέρεν u-uu ἄνθος μαλα --uu κὸν μα τοῖσαν -u-- &c.

Vocant autem hoc quoque Sotadæum nonnulli.

Tetrametrum Brachycatalecticum, quod Sotadæum uocant, constat tribus syzygijs, promiscue Ionicis uel Trochaicis, & ultimo Spondæo, siue Trochæo, patiturq; resolutionem, tam in Ionicis, quàm in Trochaicis, ita ut interim una syzygia ad sex usque syllabas excrescat, cuiusmodi exempla apud Terentianum passim obuia sunt, qui totum illud carmen de literis, hoc metri genere conscripsit, cuius initium:

Elementa ru uu-uu des quæ pue --uu ros docent ma -u-u gistri --,

Vocalia --uu quædam memo --uu rant, consona --uu quædam -- &c.

Sotadæum autem à Sotade; quòd is plurimum hoc

metro

metro usus est, dicitur, ut idem Terentianus ostendit, ubi de Ionico pede, ter repetito, sic ait:

Metrumq; sa --uu cit Sotadi --uu cum quod uoci --uu tarunt --.
Qui multa se --uu runt hoc pede --uu Sotaden lo -u-u cutum -u.

Eodem hoc metro & δίστιχον quoddã apud Martialem in Zoilum scriptum, extat lib. 5.

Has cum gemi --uu na compede --uu dedicat ca -u-u thenas --
Saturne ti --uu bi Zoilus --uu annulos pri -u-u ores --.

Græcum exemplum Hephæstio tale ponit.

ἤρην ποτὲ --uu φασὶν δία --uu τὸν τερπικέ --uu ραυνον -u &c.

Tetrametrum Acatalecticum, quod ipsum quoque Aeolicum uocatur, eo quòd Sappho frequenter eo usa fuerit, duobus modis itidem, ut superius Trimetrum, componitur. Aut enim tribus Ionicis syzygijs, Trochaica postrema subiungitur, ut

Εὔμορφοτε --uu ρα τὰς ἅπα --uu λᾶς χαῖρε κό --uu ρα γυρίνω -u--

(Ita enim exempli causa, explere interim libet uersum, qui apud Hephæstionem defectuosus legitur.)

Latine sic:

Rana tene --uu ra uirgo ma --uu gis pulchra ni --uu tensq; salue -u-- &c.

Aut

Aut, si mixtum erit, pro Ionica Pæonicam secundam à principio interdum habet, deinde Ionicis & Trochaicis uicißim positis, in Ditrochæum finitur. Cuius exemplum illud est, quod suprà quoque in descriptione generis posuimus.

Δέδυκε μὲν υ-υυ ἀσελάνα -υ-- καὶ
πληϊά --υυ δες, μέσαι δὲ -υ-υ
Νύκτες, παρὰ --υυ δ' ἔρχεθ' ὥρα -υ-υ
ἐγὼ δὲ μο υ-υυ να καθεύδω -υ--

Recipit autem idem pro Ionica, etiam in medio Pæonicam secundam, ut hic in posteriore uersu, quod cum sit, sequentem Trochaicam puram in Spondæum plerunq; desinit, ut ex eodem exemplo apparet, & suprà quoque admonuimus. Porrò Græcis illis uersibus respondent hi nostri.

At occidit υ-υυ ecce Phœbe, -υ-- noctis me
di --υυ um peractum est -υ--
Tempus fugit υ-υυ & thoro ua -υ-υ cuo
ince υ-υυ o relicta -υ-υ.

Atque hæ species Ionici à maiore, tanquam frequentiores à Grammaticis traduntur.

Hypercatalectica Dimet. & Trimetr. Item Catalectica Trimetr. & Tetrame. in hoc genere nulla recensentur, Quanquam apud Euripidem & Aristoph. Hypercatalectica Dimetra, & Catalectica Trimetra, ut quidem à commentatoribus digeruntur, aliquando reperiantur. Sed tamen quoniam eadem rara, & præterea mixta con

fusaq;

cõfusaq́; ferè sunt, eorum exempla hic prætermisimus, & communem traditionem Grammaticorum, ut alibi quoq́; secuti sumus. Illarum autem specierum exempla quas hactenus commemorauimus, habes in hoc carmine, quod sequitur.

Virtus iacet omnis
--uu, -u Dimetr. Brachycat.
Atque ardor honesti,
--uu, -- Eiusdem rationis.
Aurum regit omnia,
--uu, -uu Dimetr. Catalect.
Auro premitur fides,
--uu, -u- Eiusdem rationis.
Aurum superat pudorem,
--uu, -u-u Dimetr. Acatalect.
Aurum subigit castas,
--uu, --- Dimetr. Cleomachæum.
Auro capiunt oppida reges.
--uu, --uu, -- Trimet. Brachicata.
Auro redimuntur hostis arma,
--uu, -u-u, -u Eiusdem rationis.
Aurum reserat mœnia proditori.
--uu, --uu, -u--, Trimetr. Acatalc.
Aurum facit exules domum redire,
--uu, -u-u, -u-u Eiusdem rationis.
Aurum parit artes, & easdem moderatur.
--uu, --uu, --uu, -u Tetram. Brachyca.

Aurum

Aurum dat & ingenia, & honores & amicos,
--vv, -vvvv, --vv, -- Eiusdem rationis.
Iam quicquid habet terra, mare, & quicquid olympus ingens.
--vv, --vv, --vv, -v-- Tetram. Acatal.
Aurum fer, & aufres simul omnia, quæ uolebas.
--vv, -v-v, v-vv, -v-- Eiusdem rationis mixtum.

Epionicũ Est autem & affine huic alterum quoddam genus Ionicorum, quod Epionicum peculiariter uocant, quod ut Epichoriambicum Trochaicam Dipodiam, ita ipsum Iambicam, à principio assumit, cætera Ionicis per omnia simile. Cuius species à Grammaticis tres numerantur.

Trimetrum Catalecticum, Alcaicum, quod & Hendecasyllabum, à syllabarum numero appellatur. Constat syzygia prima, Iambica, Hexasema uel etiã Heptasema, hoc est, ubi prima uersus indifferenter longa uel breuis esse potest, deinde Ionica pura, & in fine Cataclide Trochaica, hoc est, Dactylo uel Cretico, ut

Ἀναξ ἄπολ v-v- λον ϖαῖ μεγά --vv λοῦ διος -vv Et:

Αἰδὼς μελάγ --v- χρως ἄξιος --vv εἰς ϖόλιν -vv Cuiusmodi multa & apud Horatium paßim leguntur, ut

Vides ut al v-v- ta stat niue --vv candidum -vv

Sord-

Sōracte nec – – υ – *iam ſuſtine* – – υυ *an* *onus* – υυ

Et mixtum illud, de quo ſuprà quoque meminimus.

Nec Martia – – υ – *les hœdi* – – – *lia lu* *pos* υυυ –.

Quod pro Ionica Moloſſum, & ut ſyllabarum nume *rus conſtet, in fine Pæonem habet.*

Trimetrum Acatalecticum dodecaſyllabum, Alcai *cum etiam ipſum appellatum, conſtat ſyzygijs, à princi* *pio Iambica, ut ſuperius metrum, in medio autem Ioni* *ca pura, & in fine Trochaica, ut*

ἰὸ πλόκ' ἐᾶ υυυυ – γνὰ μελιχό – – υυ με *δ'εσαπφοῖ* – υ – –.

ita enim in noſtris codicibus habetur, cum tamen à *principio non incommodè etiam ita legi poſſet.*

ἰὸ πλόχ' ἁ υ – υ – γνὰ &c.

Huic reſpondet Latinum hoc.

Quid ò *miſer* υ – υ – *te perdis a* – – υυ *more* *fruſtra* – υ – –

Odit *Venus* – – υ – *te, odit Vene* – – υυ *ria* *Cupido* – υ – – &c.

Tetrametrum Catalecticum, cuius cognomentum *Hephæſtio non addit, à principio habet ſyzygiam Ioni* *cam, eiuſdem rationis, cuius & ſuperiora, ſecundo autē* *loco, uel Ionicam puram, uel etiam Pæonicam ſecun* *dam, tertio, Trochaicam, ἑξάσημον uel ἑπτάσημον,*

hoc

(hoc est, quæ in Spōdæum uel Trochæum exeat, sed tā men ἑπτάσημον frequētius, quoties Pæanica præcessit) & in fine καταληκτικὰ Trochaicam, hoc est, Creticum uel Dactylum. Huius exempla sunt ut ab Hephæstio. citantur (nā apud Latinos hactenus non legi) talia.

τοιοῦδέ εἰς --υ- θήβας παῖς --υυ ἁρμάτεσσ' ὁ -υ-υ χούμενος -υυ Et

Μόλις μὲν γὰρ υ-υ- ἠλέπτομεν --υυ χεὶς ἐπ' ἄστρα -υ-- κτωλίνον &c.

Hactenus de Ionicis à maiore & eius speciebus.

Ionicum à minore & eius species.

Ionicum autem à minore, quòd dicitur, eodem modo pede constat principaliter Ionico suo, si purum fuerit, locis omnibus, ut apud Horatium Ode 12. lib. 3.

Miserarum est, υυ-- neque amori υυ-- dare ludum υυ-υ &c.

Mixtum uerò, Trochaicas dipodias recipit, perinde ut Ionicum à maiore, sed ita tamen, ut Ionica syzygia, quæ Trochaicam præcedit, quinque duntaxat temporum sit, hoc est ex Pæane tertio iuncta. Vt rursum Trochaica, quoties Ionicam præcedit, septem temporum, hoc est ex Epitrito secundo. Patitur autem & contractiones eodem modo, & Resolutiones, ut Ionicum alterum. Proinde & Pæon ille tertius, quem pro Ionico poni diximus, sæpenumero in Palimbacchium contrahitur, quod cum fit, Trochaica quæ sequitur, plerunq; pri-

primam in duas breues resoluit, Tribrachumq́; à parte priore habet. Præterea incidunt & Moloßi in hoc genus, sed, ut suprà locis paribus, ita hic imparibus ferè ponuntur. Et hæc generalis huius metri descriptio est, ex Hephæstione, ut cæteræ quoque, sumpta.

Typi Ionici à minore.

I. pes.	II.	III.		Vltimus.
υυ--	υυ--	υυ--	&c.	υυ--
				υυ-υ

Sin mixtum fuerit.

υυ--	υυ--	υυ--	&c.	υυ--
υυ-υ	-υ--	υυ-υ		-υ-υ
-υ--	υυ-υ	-υ--		
υυ-υ	--υ	υυυ-υ		
---		---		

Huius species hæ traduntur.

Dimetrum Catalecticū, quod & Hephthemimeres, & à Timocreonte poëta, Timocreonteum appellatur, eò quòd ille tota carmina hoc genere composita dederit, constat Ionico minore & Anapæsto, ut

Σικελὸς κομ υυ-- ψὸς ἀνὴρ υυ-
Ποτὶ τὰν μαν υυ-- τέρ' ἔφα υυ-

Seruius, apud quem corruptè Timocratium pro Timocreontio legitur, hoc exemplum ponit.

Rosa Veris υυ-- specimen υυ-

Dimetrū Acatalecticum, Anacreonticū, quod et Ana

clomenum à Grammaticis dicitur, constat duabus syzygijs integris, sed ijsdem mixtis ferè, & , ut Hephæstio ait, κατὰ τὸν ἀνακλώμενον χαρακτῆρα, formatis, hoc est, (ut & exempla indicant, & ipse alio loco, uidelicet ubi de Sapphico Epionico agit, testatur) Pæanica altera, altera Trochaica existente, ut

Anaclomenum.

Πάρα δ' ὄνυτε υυ–υ πυθόμανδρον –υ–υ.

Κατέδυν ἔ υυ–υ ρωτα φεύγον –υ––,

Sonat enim τὸ ἀνακλώμενον, idem quod κατηχούμενον, alicubi, hoc est, uoce repercussum atque refractum cuiusmodi quiddam etiam referunt uersus in hunc modum ex Pæanicis ac Trochaicis uicißim locatis, compositi. Semper enim sequentis pedis principium, siue Arsis, depositionem præcedentis imitatur, eundemque temporum, ac syllabarum numerum, ut ita dicam, repræsentat. Quod eò potißimum hic addendum putaui, quod & sequentium specierũ quædam eodem ἀνακλωμένου nomine appellantur, quibus tum eadem hæc descriptio applicanda erit. Porrò eodem hoc metro & apud Latinos quidam usi sunt, ut Boetius, apud quem rationis huius extat totũ illud carmen li. 3. Cuius initiũ.

Habet hoc o υυ–υ mnis uoluptas –υ––

Stimulus a υυ–υ git fruentes –υ–– &c.

Quos uersus sunt qui Anacreonticos Iambicos esse uelint, non animaduertẽtes ubiq; duas breues à principio poni, quod semper et continue fieri, ab Iambico genere alienum est, quanquã etiam ipse Hephæstio eodem nomine

uos alibi appellat. Seruius autem etiam purum huius depositionis exemplum affert, uidelicet ex duobus Ionicis compositum, ut

Sapientes υυ-- deus audit υυ-υ &c.

Quale etiam est, quod Boëtius eodem libro 3. dactylicæ Hephthemimeri, uelut ἐπωδὸν subiungit, ut

Omne homi -υυ num genus -υυ in ter
-- ris,
Similis sur υυ-- git ab ortu υυ-- &c.

Et quod Trochaico Dimetro subiungit lib. 4. Car. 1.

Quos uides se -υ-υ dere celso -υ--
Solij cul υυ-- mine reges υυ-- &c.

Nisi quòd idem à principio, pro Ionica interim Molossum quoque ponit, quod tamen familiare huic generi est, ut suprà exposuimus. Reperiuntur autem & apud Græcos huius quantitatis pura. Vt apud Aristophanem in Vespis.

Ἀγε νῦν ὦ υυ-- πάτερ, ἦν μὴ υυ--
Τὸ δικαστῇ υυ-- ριον ὦρχων υυ--
Καθίσῃ νῦν υυ-- πόθεν ὤνη υυ--
Σόμεθ᾽ ἄρα υυ-- σομ᾽, ἔχεις ἐλ υυ--
πίδα χρηστὴν υυ-- ἵνα νῷν ζῇ &c.

Et Alcmanis illa, quæ ab Hephæstione citantur.

ἔκαβον μὲν υυ-- Διὸς υἱοὶ υυ-- Et:
Τάδε μῶσαι υυ-- κροκόπεπλοι υυ-- etc.

Quo genere tota etiam poëmata idem poëta absoluisse traditur. Quare licet pura hæc Alcmania uoce-

mus, superiora autem illa mixta, Anacreontea, utraque à suo authore.

Trimetrum Catalecticum, quod itidem ut superius Anacreonteum, à Lyrico poëta Anacreonte dicitur, constat syzygijs duabus & Anapæsto, secundum Seruij descriptionem, ut

Fuge uirgo, υυ-- fuge munus υυ-- Veneris υυ-.

Tale est & Græcum illud, quod Hephæstio ex ipso Poëta, à quo metrum hoc nomen habet, allegat.

Διονύσου υυ-- σαύλαι βαι υυ-- σάκεσι υυ-.

Vt σαύλαι pro σαῦλαι tribus syllabis legamus, si modò integrè ac rectè scriptum quoque est.

Trimetrum Acatalecticum Sapphicum, syzygijs cōstat integris tribus, sed ut suprà in Dimetro, ita hic quoque bifariam figurari solitis. Nam quod Sapphicū propriè apellatur, & quo poëtria illa tota adeò carmina absoluisse traditur, Ionicas puras omnes habet. Quale est: Τίμε παιδὶ υυ-- ονὶς ὥρα υυ-- νὰ χιλιδών υυ-- &c.

Et, quod Seruius pro exemplo allegat:

Sonat alta υυ-- trabe fixus υυ-- tibi Nisus υυ-υ (Vel ut alij legunt Tmolus, quanquam hic parum referre arbitror, utrum legas, cū exempli causa tantum ponatur.) Ad quam rationem et tota illa Horatij ode composita est, quæ incipit.

Misera

Miserarum est υυ-- *neque amori* υυ-- *dare ludum* υυ-- *&c.*

Alterum autem genus, quod Anacreonti magis familiare fuit, prioribus duobus locis, Paeanicas & Trochaicas uicißim positas habet, ultimo autem Paeanicam uel Ionicam indifferenter. Tale est, quod ex ipso Anacreonte adducit Hephaestio:

Ἀπὸ μοι θαν υυ-υ τί γὰρ ἂν γένοιτ᾽ ἄλλη -υ-- γὰρ υυ--

Λύσις ἐκ τῶν υυ-υ τοῦ γένοιτ᾽ ὅυ -υ-- δ᾽ ἅμα τῶνδε υυ-υ *&c.*

Tale item Sapphus illud.

Προσελέξα υυ-υ μηδ᾽ ὄναρ χαι -υ-- περι φρόνεαρ υυ-υ

Quare & hoc metrum alibi ἀνακλώμενον *uocari puto eadem ratione, qua superius Dimetrum. Caeterum neque illud hoc loco, tametsi fortaßis* παρεργότερον, *omittendum uidetur, quod Hephaestio tradit, à Graecis aliquãdo compositas fuisse Odas siue strophas quasdam* δωδεκάκωλους *octo uersuum. In quibus priores sex* οἶκοι *appellati fuerint, reliqui autem duo* κουκούλλιον. *Atque* οἴκους *quidem constitisse Dimetris Ionicis Anacreonteis habentibus priore loco Paeanem tertium, posteriore Epitritum secundum, siue Ditrochaeum, qualis est quem idem author citat.*

Ἀπὸ τοῦ λί υυ-υ θεοῦ τὸ ῥεῖθρον -υ-υ *&c.*

ἀπὸ τῆς Θεοῦ υυ-υ λῆς ἐρήνυης -υ-- &c.
Cucullium autem uersus habuisse eiusdem generis Trimetros Acatalecticos, de quibus proxime iam dictum, quales sunt.

Ἀρετῆς ἐμ υυ-- στεφάνου ἄν υυ-- θεαδέλ-
φεσυυ-υ Et:

Ζαχαρίου υυ-- μεγάλου πάγ υυ-- κλυ
τὲ κόρε υυ-υ

Quanquam eosdem hos trimetros alij, ut inquit idē, ἀνακλωμένους quoque fecere, seruata etiam tome, siue cæsura Hephthemimere, ut

Ἀρετῆς ἐρ υυ-- γαφέρε ἐμ υυ-- πονῶ-
ηδη υυ--

Vbi posterior τῦ, φέρε propter cæsuram (si modo uerè scriptum) extenditur, quanquam in eodem exemplo quod ad cætera attinet, τοῦ ἀνακλωμένου ratio non seruatur, quæ tamen & ipsa præstari poterat, si idē metrum in hunc modum poneretur.

ἀρετῆς δέτ' υυ-υ ἔμπονος ἐρ -υ-- γα
φέρ' ἤδη υυ--

Περὶ παντὸς υυ-υ ἡ μόνη χρῦ -υ-- ματός
ἐστὶ υυ--

Alij autem etiam Choriambum à principio posuere, seruatis per cætera loca Ionicis puris. Caius rei idem hoc exemplum allegat.

Χριστιανῶν -υυ- μακάρων ἐλ υυ-- θετε
ταῖς ἐς υυ-υ

Vt igitur appareat totius cōpositionis forma aliqua, libuit hic integram στροφὴν à nobis utcunq; deliniatam subijcere, ut, quoniam apud nostros aliâs, quod sciam, similis non extat, uel hinc liceat ijs, qui hoc studio tenentur, exemplum imitandæ illius capere.

In amore υυ–υ multa acerba –υ–υ εἰ οἶκοι.
Toleranda υυ–υ sunt amanti –υ––
Neq; tempe υυ–υ rat Cupido –υ––
Stimulis ei υυ–υ ere captos –υ––
Fugite ergo υυ–υ dum potestas –υ––
Fugite immi υυ–υ nens periclum –υ–υ
Animus qui υυ–υ etus & li –υ–– ber amoris υυ–υ
Precio æquat υυ–– duplicis tem υυ–– pora uitæ υυ––

Atque hæc περὶ οἴκων καὶ κοινοῦ λίου, hoc loco παρέργως addidisse, satis sit.

Tetrametrum Brachycatalecticum, quo Anacreon usus maxime traditur, totis uidelicet eo mètro carminibus deductis, componitur ex tribus syzygijs & dimidia, ex quibus prima ferè Ionica, secūda Pæanica, et tertia Trochaica solet esse. Dimidia autem, eademq; postrema, Trochæo, siue etiam Spondæo, propter ultimam cōmunem constare. Huius exemplum tale est.

Μεγάλῳ δὴ νὺ υυ–– τέ μ' ἔρως ὡ υυ–υ κόψεν ὥστε –υ–υ χαλκεύς, πελέκει, χει υυ–– μερίῃ δ' ὃ υυ–υ λουσεν ἐν χα –υ–υ ράδρῃ ––

Cui simile Latinum hoc.

Veneris uis ∪∪-- inimica ∪∪-∪ perditum co -∪-∪ quit me --

Neque mentem ∪∪-- patitur le ∪∪-∪ uaresse ua -∪-∪ curis -- &c.

Tetrametrum Catalecticum purum, quo Phrynichus uterque, Comicus puta & Tragicus, usi fuerunt, constat tribus syzygijs Ionicis & Anapæsto, siue etiam Tribracho. Quale est hoc Tragici, quod Hephæstio citat.

Τόγε μὴν ξεῖ ∪∪-- νιαδ' οὔσαις ∪∪-- λόγος ὥσπερ ∪∪-- λέγεται ∪∪-

Ολέσαι καὶ ∪∪-- ποτὲ μικρὸ ∪∪-- ξεῖ χαλκῷ ∪∪-- κεφαλὴν ∪∪-

Et quod idem ex Comico citat.

ἀλλ' ἀνάγκασθ' ∪∪-- ἱερεῦσι ∪∪-∪ καθαρεύειν ∪∪-- φράσομεν ∪∪∪

Tale item est Seruij.

Tibi ueris ∪∪-- fero domum, ∪∪-- sola quod dant ∪∪-- Veneris ∪∪∪

Quod genus ipse Phalæcium uocat, corrupto opinor, nomine, pro Phrynichio. At quod Galliambicum, et Μητρωακὸν & Anaclomenũ item appellatur, eò quòd plurima hoc genere carmina Deorum matri decantata fuerint, mixtum est, easdemq; pedum uarietates recipit, quas & Trimetrum ἀνακλώμενον siue mixtum, Paeonem scilicet tertium, pro Ionic o, & Epitritũ secundũ, pro

Galliambicum.

pro Ditrocheo, & rursum pro Paeone, Palimbacchiũ, &c. obseruata uicißitudine quoq; illa, de qua à principio dictum est. Nempe ut Paeanicam Trochaica sequatur, post Bacchium autem, Trochaeus proximus in Tribrachum resoluatur. Huius exemplum est Catullianum illud:

Super alta υυ–υ uectus Attys –υ–– celeri ra υυ–υ te maria υυυυ &c. Antepenultima uidelicet longa, in duas breues resoluta. Quam legem Catullus per totum illud carmen seruauit. Graeci autem etiã polyschematiston faciũt, ut ex ijs uersibus apparet, quos citat Hephaestio uidelicet:

Γαλλαὶ μητρὸς ––– υ ὀρείης ––– φιλόθυρ σοι υυ–– δρομάδες υυυ.

Αἷς ἔντεα ––υυ παταγεῖται –υ–– καὶ χάλ κεα ––υυ κρόταλα υυυ. In quibus & Molossus, & Epitritus quartus, ut in priori, & Ionici maiores pro Molossis, ut in posteriore, ponuntur. Ad quem modum & hymnus Marulli, in Bacchũ compositus est, cuius initium:

Agedum cani υυ–υυ te patrem Thes υυ–– pia des mi υυ–υ hi bromium υυυυ.

Sobolem igne υυ–υ am Iouis, quem –υ–– pe perit bo υυ–υ na Semele υυυ–.

Puerum co υυ–υ ma praesignem –––– radian ti υυ–υ bus oculis υυυ– &c. Vbi omnibus reso-

lutionibus & commutationibus Ionicorum *usus est. Quos uersus Despauterius, non animaduertens naturā metri, Anapæstici generis putabat esse.* Veteres autē La*tinorum Grammatici, etiam compositum dixerunt. ut est apud Diomedem & Seruium uidere.*

Tetrametrum Acatalecticum, *purum, quod à Seruio Alcmanium dicitur, syzygijs constat quatuor* Ionicis, *quale est, quod ipse ponit:*

Timor omnes υυ-- *docet artes,* υυ-- *timor auget* υυ-- *bona mentis,* υυ-υ. Et quod ex ipso Alcmane citat Hephæstio:

Εκατὸν μὲν υυ-- διὸς υἱοὶ υυ-- τάδ' ἐμοῦσαι υυ-- κροκόπεπλοι &c.

At quod Alcæo ab eodem attribuitur, mixtum est, Pæanicasque syzygias, & Trochaicas, præsertim ultimo penultimoq; loco, pro Ionicis accipit. Vt in hoc exemplo, quod ex ipso Alcæo adducit Hephæstio.

Εμὲ δείλαν υυ-- ἐμὲ πᾶσαν υυ-- κακότητα υυ-υ παῖδ' ἔχοισαν -υ-- &c.

Superioris formæ metrum apud Latinos & Hora*tius dedit, lib.3. Carm. Ode 12. ut*

Simul unctos υυ-- *Tiberinis* υυ-- *humeros la* υυ-- *uit in undis* υυ--. Et

Studium aufert υυ-- Neobule υυ-- Liparei υυ-- *nitor* Hebri υυ-- &c.

Et post Horatium, *Martianus Capella quoque, libro quarto, ut:*

Vere

Venerandos υυ-- *mihi fatus* υυ-- *reueren-dos* υυ-- *quæ secuta* υυ-υ. Et

Referam iuf υυ-- *sa pedem,atq; il* υυ-- *licet exor* υυ-- *sa silebunt* υυ-- *&c.*

Posterioris autem tale fuerit:

Puer audi υυ-- *fugit ætas* υυ-- *uelut unda* υυ-υ *mors propinquat* -υ--.

Nisi discis υυ-- *ueniet mox* υυ- *tibi sera* υυ-υ *pœnitudo* -υ--.

Atq; hæ simplices Ionici species à Grammaticis nu-merantur. Nam Hypercatalectica,ut & Brachycatale-ctica, excepto Tetrametro Anacreonteo, nulla in hoc genere recensentur.

Omnium igitur illarũ exempla, & uelut typos quos-dam in hoc,quod sequitur, carmine,spectare licet.

At egestas homini
υυ--, υυ- Dime. Catalect.
Miserum & triste malum,
υυ--, υυ- Eiusdem ration.
Docet hæc fallere uerbis,
υυ--, υυ-- Dimet. Acatale.
Docet hæc amare fraudes,
υυ-υ, -υ-- Eiusdẽ rationis. Anacreontecũ.
Eadem furibus addens stimulos,
υυ--, υυ--, υυ- Trimet. Catalect.
Eadem addens homicidis animos,
υυ--, υυ--, υυ- Eiusdem rationis.

Docet

Docet hæc insidias arte parare,
uu--, uu--, uu-u. Trimet. Acat.
Docet ore polliceri simulato,
uu-u, -u--, uu--. Eiusdē rationis. Anacreont.
Neq; sic ingeniosus est in orbe quisquam,
uu--, uu-u, -u-u, -u. Tetram. Brachy.
Neq; tam durus, & impudens uir, atq; egenus,
uu--, uu-u, -u-u, -u. Eiusdem rationis.
Natat hic per fluuios, iusseris & per maria
uu--, uu--, uu--, uuu Tetram. Catal.
Volat idem adusq; cœli niue consita latera,
uu-u, -u--, uu-u, uuuu. Galliambicum.
Nihil illum neq; flamme, neq; fluctus remorantur,
uu--, uu--, uu--, uu--. Tetram. Acatale.
Neq; manes timet imos, neq; dæmonum cateruas.
uu--, uu--, uu-u, -u--. Eiusdem rationis.

Porrò autem ut suprà, circa Ionicum à maiore diximus, Epionica quædam uocari, uidelicet, quæ à fronte Iambicam dipodiam præpositam habent: ita & in hoc genere Epionicum quoddam dicitur, quod eandem illā combinationem, proprijs atq; Ionicis syzygijs præpositam habet: Cuius species duæ à Grammaticis tradūtur, Alcmania altera, pura: altera Sapphica, mixta.

Trimetrum Acatalecticum Alcmanium purum, est quod syzygijs constat tribus, prima pro more Epionicorum, Iambica, ἑξασήμω, uel etiam ἑπτασήμω, secunda & tertia Ionicis. Tale est.

Περιοσοῦ

Περιοσόμαι υ-υ- γῷ Ἀπόλλων υυ-- ὁ λύκειος υυ-υ. Et hoc Latinum.

Salue puer --υ- Veneris na υυ-- te Cupido, υυ-- &c.

Trimetrum Acatalecticum mixtum, quod cognomento Sapphicum appellatur, constat syzygiis tribus, quarum prima Iambica, secunda Pæonica, tertia, ut plurimum, Trochaica solet esse, ut

Ἐχθ μὲν αὖ υ-υ- δρομέδα κα υυ-υ λάμ κυδ βᾶν -υ--. Et

O impudi --υ- ce, quid hanc ma υυ-υ nu teris rem -υ-υ. &c. Quod metrum & ἀνακλώμενον ab ea parte, qua Pæonicas & Trochaicas uicissim postas habet, appellari consueuit.

Est præterea & Comicum quoddam Epionicum, Eupolidæum cognominatum, Tetrametrum Catalecticum πολυσχημάτιστον, quod non solum à principio Iambicam dipodiam recipit, sed & in medio, præcipue loco tertio eandem admittit. Deinde illam etiam contra communem legem figurat, uidelicet, ut locis paribus, quibus alioqui Iambus solus poni solet, interdum & Spondæum accipiat, hoc est, pro Dijambo uel Epitrito, Dispondæum, ut in hoc exemplo apparet:

Ὦ καλλίστη ---- πόλι πασῶν υυ-- ὅσας κλέων υ-υ- ἐφορᾷ υυ-.

Ὡς εὐδαίμων ---- πρότερον ἦν υυ-- δα νῦν δ' ἐμᾶλ υ-υ- λογεῖς υυ-.

Cui

Cui respondet hoc Latinum quoq;, quod ad imitationē illius composuimus, quando aliàs, quod sciam, apud Latinos, simile nullum extat.

Fortuna res --u- hominum tem uu-- perat suo ar u-u- bitrio uu-.
Nec quicquam to ---- tus habet mun uu-- dui certum uel ---- stabile uuu &c.

Hactenus de Ionicis. Restat, ut de Pæonicis quoq;, ultimo metrorum genere, agamus.

Pæonicum & eius species.

Vltimum metrorum genus Pæonicum est, apud Latinos quidē poëtas non ita frequens, aut usitatum, quare neq; Seruius illius meminit, cū tamen cætera omnia diligenter prosecutus fuerit. Apud Græcos autem multus eius usus est, præsertim apud Aristophanem, nam ex cæteris Comicis, qui eodem usi traduntur, ad nostram ætatem nullus peruenit.

Diuiditur autem genus hoc trifariam. In id quod propriè Pæonicum appellatur: In Creticum, & in Bacchiacum. Pæonicum, pedem principaliter recipit pæonem primum, uel quartū locis omnibus, nisi quòd ultimo loco, longiora quæ sunt, pleraq; in Creticum uel Dactylum fermè finiuntur, quale est hoc Aristophanis, in Georgis, ut citat Hephæstio.

Ὦ πόλι φίλ -uuu Κεκροπίας -uuu αὐτοφυὲς -uu u Ἀττική -u- Et similia.

Creticum

Creticum autem pedem capit principaliter Creticũ, siue Amphimacrum locis omnibus, si purum fuerit (nã hoc quoq; eodem modo ut superiora, purum aliud, aliud mixtum reperitur) Tale est Simmiæ illud:

Μᾶτερ ὦ –υ– πότνια –υ– κλῦθι νυμ –υ– φᾶν ἁβρᾶν –υ– &c.

Sin autem mixtum fuerit, pro Cretico, Pæonem primum uel quartum, & per resolutionem etiam Orthiũ, quem uocãt, ex Pyrrhichio, & Tribracho compositũ, interdum admittit, ut infrà in exemplis patebit. Et huiusmodi Græcorum mixta reperiuntur. Apud Latinos autem, qui Comica illa, quæ sunt apud Plautũ passim: apud Terentium autem in Andria, scena prima, Actus quarti, Cretica esse uolunt, ultra Pæones, etiam Molossum, & Choriambum, & similes pedes recipiant, necesse est. Quemadmodum & in his uersibus apparet.

Tanta ue –υ– cordia in –υ– nata cui –υ– quam ut siet –υυ.

Vt malis –υ– gaudeant, –υ– atq; ex in ––– commodis –υ–.

Alterius –υυ– sua uti υυυ– comparent –υ– commoda ah –υ–.

Id ne ue –υ– rum est, imò id ––– genus homi num est υυυυ– pessumum –υ– &c.
Et nos infrà latius ostendemus.

Tertium

Tertium genus, quod Bacchiacum dicitur, ex solis Bacchijs uel Antibacchijs cōponitur, tale est hoc, quod Hephæstio allegat:

Ὀστάυρος υ-- δ' ἔοικεν κορύξην υ--
τιν' ἀρχὴν υ--. Et item illud, quod à Diomede citatur:

Nati be --υ ati pa --υ rentes, ne --υ potes, --. Sed tamen rarißimè idem, et apud eos poëtas, qui extant, nusquam per se, aut solum usurpatur. Itaq; neque de quantitate, aut depositione eius quicquam à Grāmaticis traditur. Sed de hoc quoq; infrà uidebimus. Atq; hæ peculiares ac propriæ cuiusq; differentiæ, seu metri notiones sunt. Generali autem nomine Pæonicorum & Cretici & Pæonici, & item Bacchiaci uersus, ea, ut puto de causa appellantur, quòd & Creticus & Bacchius in Pæonem resoluantur, pedesq; Pæonici, uelut commune diuerticulum reliquorum duorum habeantur, uel etiam, quia ex omnibus his speciebus Pæonicorum communißima, maximeq; usitata sit.

Porrò autem, quoniam tanta Cretici, Pæoniciq; metri cognatio est, ipsiq; pedes ita inter se cōmutantur, ac uices alter alterius subeunt, ut interim uerum ac proprium cuiusq; metri genus discernere facilè nō poßis, Grāmatici ueteres, ut & Hephæstio, communi nomine utrumq; ferè complexi sunt, Creticumq; uel Pæonicum promiscuè idem metrum appellarunt. Proinde & nos, qui uestigia illorum sequi statuimus, utriusq; species & incremen

incrementa, quæ tamen perquàm paucæ ab illis traduntur, promiscuè atq; coniunctim prosequemur.

Typi Pæonici Creticiq; metri.

I. Pes	II.	III.	&c.	Vltim.
-uuu	-uuu	-uuu		-uu
uuu-	uuu-	uuu-		-u-. Com
-u-	-u-	-u-	muniter, tā etsi et Pæo	

nem reperias, præsertim in breuioribus.

Et si mixtum fuerit.

---	---	---	---
-uu-	-uu-	-uu-	-uu
uuuuu	uuuuu	uuuuu	uuu-
uu--	uu--	uu--	

Ac species quidem in hoc genere, tres dumtaxat ab Hephæstione recensentur, Tetrametrum uidelicet Aristophanium, siue Comicum, Tetrametrum Theopompeium, & Hexametrum Alcmanium. Nos uero, quia ex fabulis ueterum, præsertim autem Aristophanis, etiam inferiora, utpote Monometra, Dimetra, & Trimetra quædam deprehendisse uidemur, illorum quoq; descriptiones atq; exempla, eodem ordine, quo in superioribus generibus usi sumus, persequemur. Et quia Monometra huius generis, ceu sunt illa ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.

Αμα δὲ καὶ uuu-. Et

Αλλὰ χρὴ -u-. Et similia, quibus Aristophanes passim utitur, cum aliorum generum, ut Trochaicorum & Dactylicorum, æqualibus cōmatibus in idem ca

dunt, relictis his, protinus à Dimetro initium faciemus.

Dimetrum Brachycatalecticum, Paeonicum (quod solum huius depositionis in hoc genere, quòd sciam, reperitur) constat Paeone integro, & altera eius parte, hoc est, si prior, Paeon quartus fuerit, Pyrrhichio, uel Iambo, eò quòd ultima uersus communis est: sin autem, primus, Trocheo uel spondaeo. Talia sunt haec Aristophanis in Auibus, ex Paeone quarto:

Πόλεμος αἰ ∪∪∪– ρεται ∪–.
πόλεμος οὐ ∪∪∪– φατός ∪∪.
Πρὸς ἐμὲ καὶ ∪∪∪– θεούς ∪–.

Et quae in Antistropha his respondent. Talia item illa in Lysistrata, ex Paeone primo.

Τοῖς ὄρεσιν –∪∪∪ ᾤκει ––.
Κᾆτ᾽ ἐλαγο –∪∪∪ θήρει ––.
Πλεξάμενος –∪∪∪ ἄρκυς ––.
Καὶ κυνά τι –∪∪∪ ν᾽ εἶχεν –∪. &c.

Quae Latinè sic uertas licet:

Hic iuga co –∪∪∪ lebat –∪,
Atq; inibi –∪∪∪ uenans ––
Cum cane, quem ha –∪∪∪ bebat –∪,
Retia pli –∪∪∪ cabat –∪.

Quae eadem etiam Cretica Catalectica dici poterant, quando Creticus in Paeonem communiter resoluitur. De propria autem appellatione huius, nihil habeo, quod afferri poßit, ut neq; de sequentibus, quando de ijs ab alijs nihil traditur. Nisi si quis fortè Aristophanium hoc & sequentia uocare

uelit

uelit, ab authore uidelicet, quemadmodum et cætera ple raq; solemus. Conuenit autem & hoc cum Iambica Penthemimere, sed tamen quia Iambica continuè, & ubiq; à Dactylo incipere, ab ipsius generis natura alienius paulò uidetur, inter Pæonica hæc & similia referenda magis esse putaui.

Dimetrum Catalecticum Pæonicum, constat pedibus duobus, quorum prior Pæon primus uel quartus est, alter autē Dactylus uel Creticus, aut rursum, si prior, Pæon quartus fuerit, Tribrachus, uel Anapæstus.

Prioris formæ exempla sunt hæc in Equitibus:

Ἀλλ' ἐπιθι –υυυ καὶ στρόβει –υ–
Μηδ' ἐρ ὀλί –υυυ γορ ποίει –υ–
Νῶυ γάρ' ἔχε –υυυ τοῦ μέσ☉ –υυ &c. His similia sunt hæc Latina:

Qui sapit is –υυυ inspicit –υυ.
Quicquid ali –υυυ i gerunt –υ–.
Siue bene –υυ seu secus –υυυ. Quæ tamen & Cretica Acatalectica appellare aliquis poßet, quando pro Cretico, Pæon, ex resolutione poni solet.

Posterioris autem rationis, sunt hæc in Ανιb.

Πότερα μαι υυυ– νόμεν☉; υυυ.
Ἄφατορ ὡς υυυ– φρόνιμ☉ υυυ.
Ἐνι σοφὸρ υυυ– τί φερεί; υυυ.
Πυκνότατορ υυυ– κίναδ☉ υυυ &c.

Talia sunt & hæc Latina.

Bibere mul uuu– *ta nocet* uuu.
Bibere pau uuu– *ca iuuat* uuu.

Cretica autem Catalectica, neque huius quantitatis neque superiorum, exceptis Hexametris Alcmanijs facilè inueniuntur, ut neq; Hypercatalectica ulla in hoc genere. Tametsi inter Terentiana & Plautina illa, quæ doctiores nostræ ætatis sub hoc genus referunt, nonnulla speciem Hypercatalecticorũ, aut etiam Brachycatalecticorum quandam præ se ferunt, uelut hoc Dimetrum in prima scena Amphitryonis.

Vicimus –u– *ui ferro* –u– *ces* –.

Et illud in Andria, siue Trimetrum, siue Tetrametrum appellare uoles.

Et tamen –u– *res cogit* ––– *denega* –u– *re ibi* uu. *Et alia non pauca apud utrunq; poëtã, sed de ijs & similibus, quid mihi uideatur, alio loco exponam.*

Dimetrum Acatalecticum Pæonicum, pedibus constat duobus, Pæonicis puris, aut posteriore utiq; Pæone, altero Cretico, quod tamen rarius est, ut

Ὦ μιαρὲ –uuu καὶ βδελυρὲ –uuu In Equitib.

& illa in Pace, cum Catalecticis eiusdem rationis permixta.

Πολλὰ γὰρ ἐ –uuu πάσχομεν –uu.
Πρίν ποτ' ἐπὶ –uuu σοῦ γλυκεῖα –uuu.
Καὶ δάπανα –uuu καὶ φίλα –uu.
Ὦ σὲ σέ γε –uuu τ' ἀμπέλια –uu.
Καὶ τὰ νέα –uuu συκίδια –uu.
Προσγελάσονται etc. *Quib. respõdent hæc Latina.*

Nunquam

Nunquam animus -υυυ optat idem -υυυ.

Estq; leuis -υυυ omnis amor -υυυ. Atq; in his uterq; pes Pæon est. Illa autem, in quibus posterior tantum Pæon, prior Creticus est, talia sunt;

Τοῦτ' ἐρωτᾷς, ἀναί-

χυντος εἰ -υ- καὶ βδελυρὸς -υυυ. Et

Σοῦγ' ἀκού -υ- σομ' ; ἀπόλει υυυ-. Apud eundem poëtam in Acharnen. Et hæc Latina.

Quæ decent -υ- pauca facis -υυυ.

Quæ nocent -υ- cuncta cupis -υυυ.

Totus er -υ- go pereas υυυ-. Nisi quis hæc mixta potius, quàm Pæonica pura accipere malit, cui neq; ipse ualde repugnabo.

Dimetrum Acatalecticum Creticũ est, quod pedes ambos habet Creticos, aut posteriorem utiq;, priore in Pæonem per resolutionem diffuso, ut

Ἐκπέφευ -υ- γ' οἴχεται -υ-.

Φροῦδος οἱ -υ- μοι τάλας -υ-.

Τῶν ἐτῶν -υ- τῶν ἐμῶν -υ-. Et

Αὐτὸς αἰ -υ- ρεῖ λέγειν -υ-.

Ὠν σιδή -υ- ρους τ' ἀνὴρ -υ- &c. In Acharnensib. Item in quib. pro priore Cretico Pæõ ponitur.

Βορβοροτα -υυυ ραξι, καὶ -υ-.

Τὴν πόλιν ἅ -υυυ πασαν ἤ -υ-.

Μῶν ἀνατε -υυυ τυρβακῶς -υ-, &c. In Equitibus. Prioribus respondent hæc Latina.

Huc ades -υ- conditor -υ-.

Alme mor –υ– *talium* –υυ,
Et tuis –υ– *fubueni* –υ–
Quos premũt –υ– *impij* –υ–. *Posterioribus au*
Certa manet –υυυ *impios* –υ–. *(tem hæc.*
Pœna, neq; –υυυ *castitas* –υ–.
Releuat hanc, υυυ– *nec preces* –υ–. *Inueniuntur autem & Dimetra huius generis, in quibus prior pes, Pæon: posterior Bacchius uel Scolius est. Talia sunt hæc apud Aristophanem in Ranis.*
Ανθοφόρον –υυυ ἀν᾽ ἄλσΘ- υ–υ.
Θεοφιλοῦς υυυ– ἑορτῆς υ––
Φέγγ Θ- ἰε. –υυυ ῥὸν ὄισων υ–– *&c. Sed hæc alij inter Trochaica referre malunt, quandoquidem & alia apud eundem poëtam Trochaica reperiuntur, quæ eodem modo à Tribrachis continuis atq; perpetuis incipiunt, qualia sunt hæc in Equitibus:*
Αποθανεῖσθον υυυ, –υ αὐτίκα μάλα –υ, υυυ
Τριπλάσιον κε υυυ, –υ κεκράξομαι σε –υ––
Καταβοήσω υυυ, –υ καὶ βοῶν σε –υ––. *Et quæ eodem loco sequuntur. Quod utut sit, in medio relinquemus, tametsi mihi eadem cognatio & conuenientia Pæonum & Bacchij, quæ Choriambi, Antispasti, Ditrochæi & Dijambi esse uideatur. Cæterum reperias & apud Latinos Comicos alicubi Dimetrum, Pæonico huic simile. Quale est, quod in prima scena Amphitryonis Trimetrum eiusdem generis præcedit.*
Ita pere υυυ– *gre aduenıens* –υυυ.

Hoſpitio -υυ- publicitus -υυυ accipiat -υυ-
Reperias item, quæ Creticis ſuperioribus reſpondent, ut apud eundẽ in Ciſtellaria, hæc, quæ Trimetro atque Tetrametro eiuſdem generis præpoſita ſunt.

Ille nunc -υ- lætus eſt -υ-,
Quiſquis eſt, -υ- qui illam habet -υ-
Quia neq; il υυυ- la illi quic --- quã uſui eſt -υ-
Mihi poteſt υυυ- eſſe, ſed -υ- nunc ego me -υυ-
met moror -υ- &c. Niſi quòd poſteriora duo Trimetrum uidelicet & Tetrametrum, etiã Moloſſum & Choriambum recipiunt, quos tamen pedes conceſſerunt huic generi, qui Comica talia Terentij, Plautiq; inter Cretica recenſent. De qua re & ſuprà monuimus quædam, & infrà pluribus agemus.

Trimetrum Catalecticum Pæonicum eſt, quod pedes habet priores duos Pæonicos integros, ultimum autem ſi priores duo, Pæones quarti fuerint, Tribrachũ. uel Anapæſtum: ſin autem, Pæones primi, Creticum uel Dactylum, cuiuſmodi ſunt hæc Latina, ex Pæone quarto.

Pópulus im υυυ- proba amat, at υύυ- q; iubet υυυ,
Modica nul υυυ- la probat aut υυυ- media υυυ.

Et hæc ex primo.

Cuncta regit -υυυ atq; tenet -υυυ unus hic -υ-,
Ipſe ſibi -υυυ qui grauiter -υυυ imperat -υυ.

Quibus & Ariſtophanis hæc in Acharnenſibus reſpondent, Acatalecticis eiuſdem rationis ſubiecta.

Λεῦσσο μᾶνον ἐλθὲ φλογερὸν πυρὸς ἐν

χρυσαμένος -υυυ ἔντονος -υυ. χαρνικὴ -υυ

Ταῦτα πῶς εἰκότα γεροντ' ἀπολέ-

σαι πολιὸν -υυυ ἄνδρα περὶ -υυυ κλεψύ-

δραν -υ-. Prioris autem formæ, puta, ex Pæone quarto, nullum huc usq; repperi, quanquam non dubitem etiam ipsum ueteribus in usu fuisse.

Trimetrum Pæonicum Acatalecticum, pedes habet tres Pæonicos integros, quorum ultimus ubiq; tetrasyllabus, ut hic in Equitibus.

Ἦν ἄρα πῦ -υυυ ρός γ' ἕτερα -υυυ θερμότερα -υυυ. Et hic, in Acharnensibus.

Σπονδοφόρος -υυυ ὄντος ὑπ' ἐ -υυυ μοῦ, τότε δὴ -υυυ.

ὠχόμενος ἐξέφυγεν &c. In quibus omnes tres pedes Pæonici. Item mixta illa ex Pæonicis pedibus et Creticis, quæ suprà paulò citauimus.

Δεῦρο μοῦ -υ- σ' ἐλθὲ φλογε -υυυ ρὸν πυρος ἐ -υυυ.

Χρυσαμένος &c. Et

Ταῦτα πῶς -υ- εἰκότα γε -υυυ ροντ' ἀπολέ -υυυ

σαι πολιὸν ἄνδρα &c. Priorib. respondent hæc latina.

Serò puer -υυυ incipe sè -υυυ qui Venerē -υυυ

Sponte si qui -υυυ dem properat -υυυ omne malum -υυυ. Posterioribus autem hæc:

Siquid erit -υυυ effici -υ- quod sit opus -υυυ

Cōsule di -υυυ u breui -υ- q; exequere -υυυ.

Trime

Trimetrum Acatalecticum Creticum, constat tribus pedibus, Creticis omnibus, si quidem purum fuerit, ut

ὥςδὲ πρός -υ- παρ ἄναι -υ- δεῦρό -υ-
Κοῦμεθί -υ- σκοτοῦ -υ- χρώματος

In Equitibus. Sin autem mixtum, prioribus duobus Creticis uel Pæonicis indifferenter, ultimo autem solo Cretico uel Dactylo. Tale est hoc in Acharnensib.

Ουδ' ἂν ἔλα -υυυ φρῶς ἀπε -υ- πλίξατο -υυ Et item hoc.

Προςτάδετις -υυυ αὐτερεῖ μαργίας υ-υ

Huius generis sunt & Latina hæc:

At bonis -υ- optime -υ- conuenit -υυ
Improbis -υ- nulla cer -υ- ta est fides -υ-
Nam quod huic -υ- perplacet, id -υυυ alteri -υ-
Displicet -υ- quod ait il υυυ- le, hic negat -υ-

Conuenit posterius hoc genus cum Pæonico Catalectico ex Pæone primo.

Tetrametrum Catalecticum Pæonicum, quod & Aristophanium suprà, & Comicum appellauimus, eò quòd Aristophanes, & alij quidam ueterum Comicorum præcipuè eò usi sunt, constat pedibus prioribus tribus, Pæonibus ut plurimum, primis, postremo autem Cretico uel Dactylo. Talia sunt hæc Aristophanis in Acharnensibus.

ὥς κάλομ' ἔ -υυυ χουσαῖο πρό -υυυ σ… πομ' ἄρ' ἐ -υυυ λάνθανες -υυ.

Πῶς ἄρ' ἐμὲ -υυυ καὶ σὲ Ζεῦ ἔ -υυυ ρως ξαυα γά -υυυ γοι λαβὼμ -υ-

ὥσπερ ὅ γε -υυυ γραμμένος ἔ -υυυ χωμ στέφανομ -υυυ ἀνθέμωμ -υ-.

Et quæ eodem loco sequuntur, ut plurimum autem addidi: propterea quòd & talia reperiuntur, in quibus priores tres pedes, Pæones quarti sunt, postremus autem Creticus, ut

Θυμελικὰν υυυ- ἴθι μάκαρ υυυ- …λο φρόνως υυυ- εἰς ἔριμ -υυ.

Quod exemplum ab Hephæstione citatur. Quanquam eundem pedem Aristophanes etiam promiscue cum primo Pæone interdum posuisse reperitur, ut in Georg. ex qua fabula idem Hephæstio hoc quoque exemplum allegat.

Ἐμ ἀγορᾷ υυυ- δ' ἂν πλάτανομ -υυυ εὐ διαφυ -υυυ τεύσομεν -υυ &c.

Quod genus mixtum puto, non incommode appellauerimus, quemadmodum & Cretica mixta dicimus, in quibus Pæon uteruis pro Cretico ponitur. Porrò superioribus Græcis respondent hæc Latina quoque.

Mens hominis -υυυ impetesu -υυυ o penetrat -υυ omnia -υυ

Massa uelut -υυυ acta per in -υυυ ane, secat -υυ aëra -υυ &c.

Tetrametrum Acatalecticum Creticum, quod à Simmia poeta

poeta, qui plurimum atque praecipue hoc metro usus est, Summiaeum appellare licet. Constat pedibus quatuor, Creticis, si purum fuerit, omnibus, ut illud, quod suprà citauimus quoq;.

Μᾶτερῶ – υ – πότνια – υ – κλῦθι νυμ – υ – φᾶν ἀβρῶν – υ –

Et hoc quod sequitur:

Σοι μὲν ἐυ – υ – ιππ☉ ἐυ – υ – πωλος ἐν – υ – χέασαλος – υυ. & similia.

Hoc metri genere, tota adeò carmina composita fuisse tradit Hephaestio, ut à Bacchilide, alijsq; nonnullis. At idem si mixtum erit, pro Cretico, prioribus locis promiscue, Paeonem primum aut quartum, aut etiam orthium, quem dicimus per resolutionem accipit, ultimo autem, cõmuniter Creticum uel Dactylum. Talia sunt haec Aristophanis in Thesmophorijs prioribus, ut quidem à Graecis citantur.

Μήτε μου – υ – σας ἀνακα – υυυ λεῦ ἐλ κο – υυυ βοστρύχους – υ –

Μήτε χάει – υυυ τας βοᾶν – υ – ἐις χόρον ὁ – ῡυυ λυμπίας – υ –

Atque huius rationis pleriq; docti hodie uolunt & Latina illa comica apud Terentium, quae suprà citaui, esse, & item Plautina ea, qualia cum alibi passim, tũ in prima scena Amphitryonis à Sosia decantantur: Quorũ alia Cretica pura retulerunt, alia mixta. Pura, ut haec,

Cõuenit – υ – uicti utri – υ – sint eo – υ – pretio – υ –

Vrbem

Vrbem, agrum, a -υ- ras, focos, -υ- seq; uti -υ- dederent -υ- Mixta, ut hæc:

Disperti --- tiuiri -υ- disperti --- ti ordines -υ-

Nos nostras --- more no -υ- stro & modo in -υ- struximus -υ-

Quod equidem concedam, in his et similibus uerum esse, qui omnino mensionem eandem recipiunt, quique Græcorum descriptionibus atque exemplis respondent. Sed tamen quia multis illorum non Molossum & Choriambum modò, quos eodem modo huic generi, ut Iambico & Trochaico, Spondæum aut Dactylum, permiscerim, uerum etiam Bacchium utrunq;, utrunq; Ionicũ, & longiores quoq; ut, Parapæonem, & qui ex Pyrrhichio & Anapæsto componitur, Pyrrhichianapæstum uocatum, in scansione dari necesse est: deinde & quædam, quæ cum illis in eodem contextu, codemq; cantico ponuntur, Bacchiacis similiora, quàm Creticis, reperiuntur, neq; tamen de ijs, neque Diomedes, neque alij, qui Bacchiacorum exempla afferunt, quicquam meminere, cum tamen credibile sit, illos quoque hos non raro, & legisse, & mensos esse: postremò, quædam etiam á toto Pæonico genere abhorreant, qui tamen cum Creticis ijs, quos illi uolunt esse, pariter & in eadem rerum atq; sententiæ serie ponuntur, ea de causa, in eam ipse opinionem adducor, ut Priscianũ ac ueterum traditionem de his, sequendã magis existimem, qui, uersus eiusmodi, Mi

xtos atque confusos, ex Iambicis & Trochaicis pedibus promiscue positis, esse dixerunt. De quibus infrà ubi de compositis & Mixtis agemus, plenius ac fusius tractabimus. Porrò reperitur apud eundem Simmiam, à quo superius metrum hoc, appellatum diximus, & tale Tetrametrum in quo per resolutionem, ut indicat Hephæstio, omnes pedes quinque syllabarum sunt, hoc est Orthij omnes, excepto ultimo, qui Pæon quartus, ut puto, relictus fuit, ne uersus in breuem syllabam consideret. Cuius exemplum hoc est:

Σέ ποτε δὸς υυυυυ ἀνὰ πύματε υυυυυ
πεαρὲ κόρε υυυυυ νεβροχίτωρ υυυ-.

Quod metrum siue Pæonicum, siue Creticum malueris, appellare licebit. Atque hactenus de Tetrametro dixisse sufficiat, quod ut maxime uarium ac multiplex: ita omnium reliquorum sui generis communißimum ac nobilißimum est. Itaque & τὸ πολυθρύλλητον ab Hephæstione uocatur.

Pentametrũ Theopompeium, quod Comicus poëta Theopompus dedit, tale est, in quo post quatuor Pæonicos pedes, sequitur Creticus siue Dactylus, ut

Πάντ' ἀγαθὰ -υυυ δὴ γέγονεν -υυυ ἀνδράσι
πρὶ -υυυ μὴς ἀπο συν -υυυ ουσίας -υ-.

Cui simile hoc Latinum.

Cunctafaci -υυυ unt bene, qui -υυυ bus comes
a -υυυ dest modus, & -υυυ æquitas -υ-

Licet igitur inter Catalectica Pæonica, hoc quoque recenseas.

Hexametrum Alcmanium, quod & Catalecticũ Hephæstio uocat, pedibus cõstat sex, omnibus ut idem ait, Amphimacris siue Creticis, præter ultimum, quem necesse est, si quidem Catalecticum sit, Trochæum uel Spondæum esse. Quale est hoc Latinum.

Artifex –υ– *optima est* –υ–, *& magi* –υ– *stra omnium* –υ– *sola na* –υ– *tura* –υ

Rebus hæc –υ– *formam, & hoc* –υ– *quod ui des* –υ– *esse dat* –υ– *qualibus* –υ– *cunq;* –υ

Nam Græca illa, quæ ab Hephæstione pro exemplo afferũtur, ut quidẽ in nostris codicibus uulgo legũtur, mensioni præscriptæ haudquaq̃ respondent. Sunt autẽ hæc.

Αφροδί –υ– τατα μέρουκ –υυ– ἐσι μάκρ –υ– γος δὲ ὅρως –υ– οἰα παῖς –υ– δα –

Ακρ' ἐπ' ἀν –υ– θηκαβαί –υ– νωρᾶ μί –υ – μοιθίγης –υ– τῷ κυπαρί –υυ– σκω –.

Quæ ideo huc ascripsi, ut quisque per se colligat quid uel addendum, uel adimendum illis sit, pro descriptione metri, cuius exemplo adhibentur. Atque hæc de Pæonicis comperta habemus, quorum quædam ipsi lectione et obseruatione Græcorũ poëtarum deprehendimus, alia autẽ ex Hephæstione accepimus. Nã Seruius, ut à principio admonui, huius generis in uniuersum non meminit.

Exempla Pæonicorum omnium.

Te canimus

–υυυ *Monometr. Pæonicum.*

Summe

Summe rex,
-v- Monometr. Creticum,
Qui regis & astra,
-vvv, -v Dimetr. Brachy. Pæon.
Volucribus uaga,
vvv-, vv Eiusdem rationis.
Qui regis & æquora,
-vvv, -vv Dimetr. Catal. Pæon.
Ratibus horrisona,
vvv-, vvv Eiusdem rationis.
Quem metuit omne solum,
-vvv, -vvv Dimetr. Acat. Pæon.
Pecus, & omne generans,
vvv-, vvv- Eiusdem rationis.
Quem tremunt impij,
-v-, -v- Dimetrum Creticum.
Totaq; Erebi domus
-vvv, -v- Eiusdem rationis.
Aspice, precor, genitor optime,
-vvv, -vvv, -vv Trimetr. Catal. Pæon.
Miseriam, atque humilitatem inopum,
vvv-, vvv-, vvv Eiusdem rationis.
Atque populi miserere tui,
-vvv, -vvv, -vvv Trimet. Acata. Pæon.
Morte de morte reparati iterum,
-v-, -vvv, -vvv Eiusd. rationis mixtum.

Neo

Nec sines opprimi denuo,

-υ-, -υ-, -υ- Trimetr. Creticum.

Noxiæ & sceleribus deditum

-υ-, υυυ-, -υ- Eiusdem rationis mixtum.

Quem genitus ille tuus asseruit ætheri,

-υυυ, -υυυ, -υυυ, -υ- Tetram. Catal. Pæon.

Nec ristrum tricipitem pede premens cerberum,

υυυ-, υυυ-, υυυ-, -υυ Eiusdem rationis.

Viq; facta uia regna per deuia,

-υ-, -υ-, -υ-, -υυ Tetram. Creticum.

Imperia rescidit terrifica Tartari,

-υυυ, -υ-, -υυυ, -υ- Eiusdem rat. mixtum.

Vnde remeans placidum ad astrifera pandit iter atria

-υυυ, -υυυ, -υυυ, -υυυ, -υυ Pent. Theopom.

Quod parens Heua quondã suo clauserat noxio morsu.

-υ-, -υ-, -υ-, -υ-, -υ-, -- Hexa. Alcma.

Bacchiacũ autem metrum, quod sub eodem genere à Grammaticis recensetur, ex solis Bacchijs uel Antibacchijs componitur, quale est Græcum illud quod suprà quoque citauimus.

ὁ πανρ@ υ-- δ' ἔοικεν υ-- κορύξειν υ-- ἴν' ἀρχὴν υ-- Et.

φθάσαντος υ-- δ' ἐπ' ἔργοις υ-- προπηδᾷν υ-- σεπτοῖν υ-υ

Et item Plautinum hoc in Menech. si recentiorum opinionem recipiamus.

Clientes υ-- *sibi omnes* υ-- *uolunt es* υ-- *se multos* υ--.

Boni

Bonine an υ-- *mali sint* υ-- *id haud quæ* υ-- *ritant* υ-

Quod posterius, Catalecticũ foret ad hanc mensionem. Item hoc ex Antibacchijs quod Diomedes allegat.

Natibe --υ *ati pa* --υ *rentes,ne* --υ *po tes* --

Cui simile Plautinum illud ex eadem fabula.

Si est pauper --υ *atq; haud ma* --υ *lus ne quam ha* --υ *betur* -υ.

Sed de Comicis his infrà dicemus.

Typi Bacchiaci metri.

I. pes.	II.	III.		Vltimus.
υ--	υ--	υ--	&c.	υυ-
--υ	--υ	--υ		--

Sunt enim ea, quæ ex Antibacchijs fiunt, pleraq; Catalectica.

Huius species nullæ cõmemorantur, neq; ab Hephæstione, neq; ab alijs. Est enim rarum genus, et per se nusquam ferè solum usurpatum, ὥστε εἰ καὶ πού ποτε ἐμπέσοι, inquit Hephæstio, ἐπὶ βραχὺ εὑρίσκεσθαι, hoc est, proinde etiam sicubi incidat, breuiter ac modice positum reperitur. Diomedes etiam, prosæ magis, quàm carmini, conuenire arbitratur. Sed tamen repe-riuntur & huius generis metra quædam per quantitates ac depositiones uariata, ut, Monometrum ex Antibacchio, apud Aristophanem, in Pace.

ὤ εἶα --υ

Dimetrum ex eodem pede, eademq; uoce repetita in eadem fabula.

ὤ εἶα --υ ὤ εἶα --υ

Ex Bacchio autẽ in Ranis, ut

ἴακχ' ὦ υ-- ἴακχε υ-υ.

Trimetrum eiusdem rationis in eadem fabula:

Τινάκτωρ υ-- ἴακχ' ὦ υ-- ἴακχε υ-υ.

Quod cum Dimetro Antispatico Hypercatalectico in idem cadit.

Tetrametrum Catalecticum quale hoc apud Plautũ in Menechmis dicere poßis.

Datum de υ-- negant quod υ-- datum est, li υ-- tium υυ

Et ex Antibacchio, ut id quod eodem loco sequitur.

Pleni, ra --υ paces, ui --υ ri fraudu --υ lenti --

Tetrametra autem Acatalectica superiora illa sunt, quæ ex Hephæstione ac Diomede adduximus, quæ uel sola Bacchiaca rectè appellari possunt. Nã Monometra Dimetra, & Trimetra illa Aristophania, quæ suprà, pro exemplis posuimus, pleraq; acclamationes seu interpellationes potius, quàm uersus uideri possent, deinde etiam cum alijs generibus conueniunt. Tetrametra autem hæc & communiora sunt, & peculiari, ac proprio generi similiora. Neque supra hanc quantitatem ulla alia huius generis metra facile reperiuntur. Atque hæc

hæc de nouem metrorum generibus quæ unius & eiusdem formæ, Græcè μονοειδῆ & ὁμοειδῆ uocantur, tradidisse sufficiat, quæ qui rectè ac diligenter cognouerit, is quoduis metrum ad proprium genus, & ad fontes quasi suos facilè reducet.

Porrò addit Diomedes ultra hæc iam dicta etiam Moloßicum, & Proceleusmaticum. Sed Proceleusmatici, nos, cum de Anapæstico diceremus, mentionem fecimus. Moloßicum autem tale est, ut idem etiam Spondaicum dicere queas, quod metrum sub Dactylico comprehenditur. Quanquam etiam dubitari posset, utrum omnino uersus aliquis talis esset, nisi ipse Diomedes ex Cæsio Basso exemplum eius protulisset, hoc uidelicet.

Romani --- Gallis de --- uictis sunt --- uictores ---

Cui similis Spondaicus ille Ennianus est, de quo suprà quoque meminimus.

Ciues -- Roma -- ni tunc -- facti -- sunt Cam -- pani --

Et ille item quem Diomedes ut Spondaicum allegat.

Roma -- ni mu -- ris Al -- bam cin -- xerunt -- Longam -υ.

Nam utroque modo scandere siue metiri tales licet, & secundum Moloßi numeros, et secundum Spondæi. Quare mihi priuatũ ac separatum aliquod genus non uidetur. Quin ipse quoq; Diomed. eodẽ loco, ubi de Spon

daicis tractat, eosdē uersus ab alijs Moloßicos quoq; appellari dicit. Proinde non est, cur anxiè nimis de genere istorum laboremus. Expeditis igitur atq; relictis his, ad composita deinceps ueniamus, quæ & ipsa uarie atque diuersis speciebus usurpantur, quarum communiores utique, pleràsque, ordine persequemur.

DE COMPOSITIS METRIS, ET MVLTIPLICIBVS.

Composita metra sunt, quemadmodum suprà diximus, quæ ex diuersis cōmatibus uel colis, siue ea unius generis fuerint, siue diuersorum, inter se coniunguntur, ut

Soluitur –υυ acris hy –υυ ems gra –– ta uice –υυ Veris –υ & –υ fa uoni.

Componitur enim hoc ex Tetrametro Dactylico, et Ithyphallico Trochaico. Horum differētiæ tametsi ita à Græcis distinguantur, ut aliæ κατ᾽ ἀντιπάθειαν mixta, alia ἀσυνάρτητα uocentur, nos tamen breuitatis gratia, hac secernendi subtilitate in præsens omissa, παχυμερέστερον uidelicet, atque ἀμαθέστερον, ceu prouerbio dicitur, uno nomine composita omnia complectemur, eaque quoad fieri poterit, ordine, & secundum genera, à quo unumquodque incipit, prosequemur. Non quidem quæ usquam reperiuntur omnia, quis enim hoc posset, in tanta authorum uarietate, & componendi licentia: sed ut suprà fecimus quoq;, com

communiora tantum, & quæ à Grammaticis præcipuè celebrantur.

Composita quæ ab Iambico commate incipiunt.

Principiò igitur quæ cum Iambicis commatibus componuntur, eorum species præcipuè hæ traduntur.

Trimetrum Callimachium, constans ex duabus cæsuris semiseptenarijs Iambicis. Tale est, quod Diomedes ex Arbitro allegat. Anus reco υ-υ- cta uino υ-- trementibus υ-υ- labellis υ--.

Tale & illud Callimachi, quod Hephæstio citat, nisi quod in nostris codicibus corruptè legitur.

Δήμητρι τῇ --υ- πυλαίῃ υ-- τῇ τοῦτον οὐκ --υ- πελασγῶν υ--

Quod ipse Callimachus, ut idem ait, Dactylico Tetrametro, cum Ithyphallico Trochaico, composito præponere solebat. Hoc enim superiori ab eodem poëta mox infertur.

Ακρίσι -υυ ος τὸν -- νηὸν ἐ -υυ δείματο -υυ τοῦθ' ὀνακρα -υ-υ τίτης -- &c.

Hephæstio hoc metrum Dicatalectum appellat.

Quo loco & illud animaduertendum, quod, quantum ad depositionem attinet, composita hæc & similia, ab utroque commate appellationem accipiunt. Nam si prius comma tantum Catalecticũ fuerit, προκατάληκτα propriè uocãtur, si posterius, ἐπικατάληκτα.

ſiu autem utrunque, ἀκατάληκτα, Catalexim ac-
cipiendo generaliter, ſiue ea Brachycatalecticum, ſiue
Hypercatalecticum, ſiue Catalecticum metrum ſimpli
citer pariat. Tametſi nos curioſam atque anxiam hanc
diſtinguendi rationem non ubiq; ſecuti ſumus, ſed in ple
riſq; cõmunem ac generalẽ appellationem retinuimus.

Tetrametrum Euripidæum, conſtans Dimetro Iam
bico Acatalectico, & Trochaico Ithiphallico, hoc eſt
tribus Trochæis, hoc modo:

ἔνεσ' ἀπολ υ-υ- λωμ τῷ χόρῳ --υ- τῆς
λύρας ἀ -υ-υ κούω --

καὶ τῶν ἐρώ --υ- των ἠδόμην --υ- ἐστὶ
κάφρο -υ-υ δίτη -- Apud Callimachum.

Quibus ſimulia hæc Latina quoque:

Egentium υ-υ- neceſſitas υ-υ- multa cogi-
-υ-υ tauit -υ

Vſus frequens --υ- quæ poſtea --υ- cla-
riora -υ-υ fecit -υ.

Vocatur idem à numero ſyllabarum etiam Τεσσαρα
καὶ δεκασύλλαβον.

Tetrametrum aliud, quod & ipſum ab Euripide co
gnominatur, conſtans Dimetro Iambico Acatalectico,
& Hephthemimere Trochaica. Quale eſt illud quod
Archilocho aſcribitur.

Δήμητρος ἁ --υ- γνῆς καὶ κόρης --υ- τὴν
πανήγυ -υ-υ ριν σέβων -υ-

Et hoc Latinum.

Amantium υ-υ- grauis furor υ-υ- multa dura -υ-υ pertulit -υυ

Quod Herculis υ-υ- docet labor υ-υ- seruientis -υ-υ Omphale -υ-.

Superat hoc una tantum syllaba superius metrum.

Tetrametrum compositum ex Iambica Hephthemimeri, & Trochaico Hemiolio, siue Ithyphallico, quod Terentianus Grammaticus Saturnium uocatum ait, eò quòd ab Italis repertum uideretur. Tale est:

Dabunt malum υ-υ- Metelli υ-- Neuio po -υ-υ ëtæ --.

Terentiani uersiculi hi sunt:

Aptum uidetur esse
Nunc hoc loco monere
Quæ sit figura uersus
Quem credidit uetustas
Tanquam Italis repertum,
Saturnium uocandum,
Sed est origo Græca,
Illiq; metron istud
Certo modo dederunt,
Nostriq; mox Poëtæ
Rudem sonum secuti.
Vt quemque res ferebat.
Sic disparis figuræ
Versus uagos locabant,
Post rectius probatum est

Vt tale colon esset
Iunctum tribus Trochæis,
Vt si uocet Camœnas quis nouem sorores.
Et Neuio poëtæ sic ferunt Metellos
Cum sæpe læderentur, esse comminatos
Dabunt malum Metelli Næuio poëtæ. Hæc ille.

Affine autē est hoc ut suprà diximus, Iābico Trimetro Hypercatalectico, nam si quartā syllabam, quæ hic lōga est, in breuē cōmutabis, Iambicū purū erit, ut si ponas.

Dabis malum υ – υ – *Metelle Næ* υ – υ – *uio poë* υ – υ – *tæ* – *&c.*

Trimetrum, constans cæsura semiquinaria Iambica & Adonio æquali commate. Quale est quod Boetius subiungit alteri composito ex Trochaica Penthemimere & Adonio, uelut Epodon. Vt lib. 4. de Consolatio. Philoso. Carm. 5.

Si quis Arctu – υ – – *ri* – *sydera ne* – υυ – *scit* –
Propinqua sum υ – υ – *mo* – *cardine la* – υυ – *bi* – *etc.*

Trimetrū Alcaicum, quod à Seruio ponitur, cōstans Penthemimere Iambica, & duobus Dactylis. tale est:

Carmen rela – – υ – *xat* – *tædia* – υυ *pecto ris* – υυ

Animumq́; red υυ – υ – *dit* – *sæua ge* – υυ *mentibus* – υυ.

Trimetrum aliud, constans Penthemimere Iambica, & Dactylica cæsura æquali, ut.

Πρῶτον μὲν ἐν – – υ – βου – λουθέμιν – υυ ἐυεαvὶ – υυ αυ – Et; Κνέιων

Κείνων λυθὲν --υ- των - σαῖς ὑπὸ -υυ χερσὶν ἄ -υυ ανξ -. Cui simile hoc Latinum:

Sequentis o υ-υ- mnis - discipu -υυ lis prior -υυ est -.

Dies die υ-υ- i, - ne nimi -υυ um prope -υυ res - &c. Hoc Iamboëlegum, quasi ex Iambico cõmate et altero Elegiaco cõpositum, appellant Græci.

Tetrametrum Archilochium, constans Dimetro Iãbico Acatalectico, & Penthemimere Dactylica, cuiusmodi illa sunt apud Horatium:

Niuesq; de υ-υ- ducunt Iouem --υ- nunc ma re -υυ nunc sylu -υυ æ -. Et

Inuicte mor --υ- talis, dea --υ- nate pu -υυ er Theti -υυ de υ &c.

Pentametrum Pindaricum, constans tribus commatibus, extremis scilicet, duabus Iãbicis Cæsuris semiquinarijs, media autẽ Dactylica. Tale est illud, quod apud Hephæstionem ponitur:

Σοφοὶ δὲ καὶ υ-υ- τὸ υ μηδὲν ἄ -υυ γαν ἔπος -υυ αἰ - νησαν περισ --υ- σῶς - Et

Ος καὶ Ζεῦ πῶς --υ- ά - γνῶ πελέ -υυ κει τε κε -υυ το - ξαντάν ἀθά --υ- ναν -.

Item hoc Latinum.

Serena læ υ-υ- tos - temperat -υυ dura po -υυ los - amice sur υ-υ- ge -.

Depone cu --υ- ras -. Nam meli -υυ ora De -υυ us - spondet beni --υ- gnus υ.

Inuenitur autem, & in quibus Iambica Penthemimeres cum basi eiusdem generis coniuncta est, & rursum, in quibus eadem Penthemimeres cum Hemiolio Trochaico cōnectitur, ut in Ara, quæ cum Theocriticis circumfertur. Sed hæc, quæ hactenus recensuimus, cōmuniora sunt. Nam de Epionicis, *quæ à principio Iambicam basim habent, cætera autem Ionicis reliquis similia sunt, suprà dictum est.* Atq; *hæc sunt, quæ Iambicum comma à principio præpositum habent.*

Quæ à Trochaico commate incipiunt.

Quæ uero à Trochaicis incipiunt, eorum species hæ ferme numerantur.

Dimetrum, *quod & Periodus à Grāmaticis dicitur, ex basi Trochaica, & altera Iambica compositum, ut*

Collis ò He –υ–υ *liconij* υ–υ–,

Cultor, *Vra* –υ–υ *niæ genus* υ–υυ. *Et apud* Euripidem *in* Hecuba.

Δεινὰ δεινὰ –υ–υ πεπόνθαμεν υ–υυ. Vbi commentator & Hypercatalecticum *illud ex eadem fabula:*

Ποῖ με τάν με –υ–υ λέαν πορεύ υ–υ– σεις –.

eodem nomine recenset. Nam, καλεῖται δὲ, *inquit*, περίοδος διὰ τὸ συνκεῖσθαι ἐκ Τροχαϊκῆς καὶ Ιαμβικῆς συζυγίας. *Conuenit hoc metrum cum Antispastico* Dimetro Glyconico, *quo nomine etiam hodie uulgo appellatur*. Addit autem idem Commentator, *etiam*

inuer

inuersum hoc, id est, ubi basis Iambica præcedit, Trochaica sequitur, reperiri.

Dimetrum aliud, constans basi Trochaica, *&* Monometro Anapæstico, *tale est hoc apud* Euripidem *in* Hecuba.

Αἰθέρ' ἀμπτάς -υ-υ μεν© οὐράνιον υυ-,υυ-. *Sic enim commentator ibidem digerit.* Huic respondent *hæc* Latina:

Fortiter quod -υ-υ agis exequere υυ-, υυυ.

Fortibus nam -υ-- Deus ipse fauet υυ- υυ-.

Trimetrum, ex Penthemimere Trochaica, *&* Adonio *æquali commate compositum, tale est:*

Si quis arctu -υ-- ri - syderane -υυ- sciet υ.

Commouet gen -υ-- tes - publicus er -υυ- ror υ. Apud Boëtium lib. 4. de Consl. Philo. Car. 5.

Trimetrum aliud, ex duobus Ithyphallicis *coniunctum, quo metri genere* Sappho *usa traditur.* Huius *exemplum.* Δεῦρο δ' ἤντε -υ-υ μοῖσαι -- χρύσεον λι -υ-υ ποῖσαι -- *&c.* Citatur ab Hephæstione. Et hæc Latina:

Huc adeste -υ-υ Musæ -- psaltriæ to -υ-υ nantis -υ.

Et leuamen -υ-υ omnis -υ cælitum ca -υ-υ terua --. Differt à Trimetro Acatalectico Trochaico, *quòd illud tertium pedem* Trochæum *ubiq; habet, hoc autem etiam* Spondæum.

Tetrametrum, constans Trochaico Dimetro Acatalectico

lectico, & Iambica Hephthemimere. Quale est, quod idem Hephæstio citat:

Ἐσί μοι κα –υ–υ λὰ πάϊς χρυ –υ–– σέοισι ἀν υ–υ– θέσμοισιν ––υ.

Ἐμφερῆ ἔ –υ–υ χουσα μορφὰν –υ–– ὦ Ἡρακλεῖς ––υ– ἀγαπατὰ υυ––.

Ἀντὶ τᾶς σὺ –υ–υ Λυδίαν ἐ –υ–υ γὼ πά σαν, οὐδ᾽ ––υ– ἐραννὰν υ–– &c.

Ad quam rationem & Latinum hoc pertinet.

Graia me coe –υ–– pit iuuenca –υ–υ, faue Cu pi υ–υ– do cœptis υ––.

Nolim ego impe –υ–υ rare diuis –υ–– si perga gat il ––υ– la amare υ–υ.

Quód si tamen priorem mutes in Hepthemimerē, fiet idem metrum Trochaicum, προκατάληκτον, ut ait Hephæstio, quod uerum est, quoties posterior Iambica pura fuerit, ut si ponas.

Nympha me quæ –υ–– dā tenet sub –υ–– ueni cu pi υ–υ– do capto υ––.

Poteris enim utroq; modo distinguere hoc, & superiori illo, & eo, qui sequitur.

Nympha me quæ –υ–– dam tenet, –υ– subueni cu –υ–υ pido capto –υ––. Et hæc Trochaicā tamen à principio positam habent.

De Epichoriābicis autem, quæ & ipsa à Trochaica basi incipiunt, reliquos uero pedes Choriambicis similes habent, suprá circa Choriambicum genus dictum satis est.

Quæ

Quæ à Dactylico commate incipiunt.

Sequitur, ut de ijs, quæ à Dactylico genere incipiũt, deinceps agamus, quorum species hæ ferme referuntur.

Pentametrum Elegiacum, constans duabus cæsuris semiquinarijs, priore Heroica, hoc est, quæ indifferenter Dactylicos uel Spondæos recipit, altera autem Dactylica, hoc est, quæ solis Dactylis conficitur, ut

Natu -- ræ sequi -uu tur - semina -uu quisq; su -uu æ u. Apud Ouidium. Et

Turpe, se -uu nex mi -- les - turpe se -uu nilis a -uu mor u. Apud eundem. Item:

Αρης δ' -- ὀυκ ἄγα -uu θῶμ - φείδεται -uu ἀλλὰ κα -uu κῶμ u Et

Σίγα -- καὶ μελέ -uu τα - ζῶμ ἔτι -uu τὸμ θάνα -uu θομ u. *Et similia.*

Celebre metrum est, & post Hexametrum Heroicũ præcipuè usitatum. Solet autem eidem subiungi, quo pacto carmina efficit, quæ Elegiæ dicuntur, ab ἒ ἒ, quæ uox lugentiũ est, uel ἀπὸ τοῦ ἐλέους, hoc est, misericordia, ut quibusdam placet, eò quòd à principio querelæ, & lugubria tantum, hoc genere uersuum describebantur, quemadmodum & Horatius ait:

Versibus impariter iunctis, querimonia primum,
Pòst etiam inclusa est uoti sententia compos.

Quanquam & seorsim hoc metro usi quidam reperiantur

antur, qui solo eo tota carmina absoluerunt, ut Ausonius & Martianus Capella.

Cæterum sunt, qui hoc non in duo Dactylica commata, sed in Trimetrum Heroicum Catalecticum, cuius ultimus Spondæus sit, ac Monometrum Anapæsticum diuidant. Ex quibus et Quintilianus fuisse uidetur, quòd cum de pedibus orationis tractat, Et quidem optimè, inquit, est sibi iunctus Anapæstus, ut qui sit Pentametri finis. Sed tamen illorum sententiæ nonnihil obstat, quòd oportet semper tomen fieri in proxima syllaba post duos priores pedes, quæ res τὴν πενθημιμερῆ coarguit, ut & Hephæstio indicat his uerbis:

Δεῖ δὲ τὸ ἐλεγεῖον, inquit, τέμνεσθαι πάντως καθ' ἕτερον τῶν πενθημιμερῶν, εἰ δὲ μὴ ἔσται πλημμελημένον, οἷον τὸ Καλλιμάχου:

ἱερὰ νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή.

Et alio loco. Βέλτιον δέ, inquit, οὕτω μετρεῖν, ἐπεὶ καὶ εἰς δύο διήρηται πενθημιμερῆ, μέρους λόγου ἀπαρτιζομένου κατὰ τὴν τομήν.

Tetrametrum, compositum ex duobus commatibus finalibus Hexametri Heroici, hoc est, binis Dactylis & Spondæis alternatim positis, siue etiam ex duobus Adonijs, quo metro utitur Capella, lib. 2. ut

Virgo pe -uu ritæ -- præuia -uu sortis -u,
Quæ potu -uu isti -- scandere -uu
cœlum -u &c.

Tetrametrum aliud, constans Penthemimere Dactylica

lica & Adonio. Cuius & Terentianus meminit, et utitur Boëtius lib. 1. de Con. Phil. ut

Heu quàm -- præcipi -uu ti, - mersa pro -uu fundo --.

Mens hebet, -uu & propri -uu a - luce re -uu licta -- &c.

Trimetrum, quod Encomiologicum alio nomine uocatur, constans Penthemimere Dactylica, & eadem Iambica, ut

Carmina -uu bella ma -uu gis - uelim sona u-u- re u. Meminit huius & Hephæstio, quanquam exempla ea, quæ ab illo ex Alcæo citantur, in basim Iambicā exeant, contra ipsius descriptionem. Hæc enim uerba illius sunt:

Ενδοξόν ἐστι καὶ ἐπισύνθετον καὶ τόδε, πενθημιμερὲς. Τὸ ἐγκωμιολογικὸν καλούμενον, ὅπερ ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς καὶ ἰαμβικοῦ τοῦ ἴσου. Et mox subijcit: Ω κέχρηται μὲν καὶ Αλκαῖος ἐν ᾄσμασιν, ὧν ἡ ἀρχή:

Ηρ' ἔτι -uu δινομέ -uu νῃ - τᾷδ' τύρρα κῳ u-u-.

Τ' ἄρμενα -uu λαμπρὰ κε -uu α - τ' ἐρ μυρσίνῳ --u-. Nisi fortè aut locum hunc uitiosum dicamus esse, aut Encomiologicum etiam illud accipiamus, quod in Monometrum Acatalecticum exit. Nam postea idem aliud exemplum addit, descriptioni respondens, ex Anacreonte uidelicet.

Ορσόλε -υυ πο μὴν Α -υυ ρης - φιλέειν μὴν αἰ υυ-υ- χμάρ -. Quod tamen & Logaœdico simile est, propter Anapæstum, á quo Iambica tome incipit. Apud Seruium, corruptè, ut puto, pro Encomiologico, Ænitologum legitur.

Tetrametrum Archilochium, constans Penthemimere Dactylica, & Acatalectico Iãbico Dimetro, tale est:

Ἀλλά μ' ὁ -υυ λυσιτε -υυ λὴς * - ἑταῖρε δ' ἀμ υ-υ- νατα πόθος υ-υυ

*λυσιμε λὴς.

Et apud Horatium in Epodis.

Scribere -υυ uersicu -υυ los - amore per υ-υ- culsum graui --υ-.

Trimetrum, quod á Seruio Alcaicum cognominatur, compositum ex Penthemimere Dactylica & Monometro Trochaico, quale est:

Lunaru -υυ bens Zephy -υυ ros - commina tur -υ-υ. Quanquam dubitari poßit, utrum apud Seruium exemplum hoc corruptum foret, & Logaœdicum illud Trimetrum, quod ipsum quoq; Alcaicum dicitur, hoc loco accipiendum: præsertim, quando ipse τῶν λογαοιδικῶν alibi nusquã meminit, & hoc quod hic commemoratur, rarum aliàs atq; infrequens est, nisi tota hæc descriptio metri huius apud illum codẽ modo poneretur.

Pentametrum Platonicum, compsitum ex tribus commatibus, quorum medium, Penthemimeres Iambica, extrema autem, duæ Penthemimeres Dactylicæ, ut

χαῖρε

Χαίρετα –υυ λαιογέ –υυ νωμ – ἀνδρῶμ θεα – –υ– τῶν – ξύλλογε –υυ παντοσό –υυ φωμ –. Quod ex ipsa Platonis fabula, quæ Ξάνθριαι inscribitur, citat Hephæstio.

Pentametrum aliud, quod Diomedes Venusini cuiusdam poëtæ inuentum dicit, constans Trimetro Dactylico Catalectico, & Trochaico Ithyphallico, ut

Summus a –υυ pexqui – – regum – – regiæ re –υ–υ fregit –υ.

Hexametrum Brachycatalecticum, Archilochium, constans Tetrametro Dactylico Acatalectico, & Ithyphallico Trochaico, ut

Soluitur –υυ acris hy –υυ ems gra – – ta ui ce –υυ ueris & Fa –υ–υ uoni. Et

Αρχίλο –υυ χομιῷ – – σάθιῷ –υυ ειστδε –υυ τὸμ πάλαι πει –υ–υ ηἶαμ – –. Apud Theocritum. Vbi & illud notandum, ultimum Tetrametri pedem sæpenumerò fieri Creticum, propter communem ultimam syllabam, ut in hoc exemplo:

Καὶ βόσ – – σας ὀρέ –υυ ωμδυσ – – πάὃ πάλους –υ– οιος ἦμ ε –υ–υ π᾽ ἤβης – –.
Hephæstio autem ex Cratini fabula Seriphis, exemplum citat, ubi Tetrameter ipse non Acatalecticus est, sed Catalecticus, ut

Χαίρετε –υυ πάντες – – θεοὶ πολύ –υυ βω τομ –υ παντοίαμ σε –υ–υ ρίφομ –υ. &c.

Vbi & θεοῖσιν tertio pede per synæresim una syllaba legendũ, nisi quis uitiatũ aliquid esse hic existimare malit.

De Logaœdicis autẽ Dactylicis, quæ & ipsa in Trochaicam syzygiam exeunt, suprà dictum est. Atq; hæc à Dactylicis incipiunt.

Quæ ab Anapæstico commate incipiunt.

Ab Anapæsticis autem commatibus incipientia composita, non ita multa quidem, sed tamen hæc traduntur.

Dimetrũ, constans basi Anapæstica, & Iambica Penthemimere, quale est hoc Euripidis in Hecuba.

Ἐπιδέμνιος ὡς υυ-υυ- πέσοιμ' ἐς εὐ υ-υ- νάν -.

Sic enim Commentator ibidem digerit, ἀσυνάρτητον, inquiens hoc, ἐξ ἀναπαιστικῆς βάσεως καὶ ἰαμβικοῦ πενθημιμεροῦς.

Tale fuerit & Latinum hoc:

Mala multa premũt υυ-,υυ- *nihil merẽ* υ-υ- *tes* -

Bona percipiunt υυ-,υυ- *uiri nocen* υ-υ- *tes* -.

Trimetrum Archilochium, compositum ex Hephthemimere Anapæstica, & Trochaico Ithyphallico. Tale est:

Remeat uir ab ar υυ-υυ- *ce Tyranni* υυ-- υυ*l tibus cru* -υ-υ *entis* --. *Tale itẽ Archilochi illud:*

Ἐρέω πολύφιλ υυ-υυ- ταθ' ἑταίρων υυ -- τέρψεαι δ' ἀ -υ-υ κούων --.

φιλε

Φιλεάρσυγνόρ υυ--- περέοντα υυ-υ μη δὲ Διαλέ -υ, υυυ γεθῆ --.

Et illud eiusdem.

Ερασμονίδη υ-υυ- χαρίλαε υυ-υ χρῆμά τοι γε -υ-υ λοῖον -υ. Quod à principio Iambum quoq; pro Anapæsto habet, quod fieri solere, suprà in Anapæstico genere diximus. Atq; hanc rationē Archilochus perpetuò seruasse traditur, primum ut cū Anapæstico commate etiam pars orationis finiretur, quòd qui ipsum secuti fuere, non eodem ubiq; modo obseruarunt, ut Cratinus:

Τῆς ἡμετέρας --υυ- σοφίας κρι υυ-υ τῆς ἄριστ -υ-υ πάντων --.

Deinde ut & Spondæum pro Anapæsto, promiscuē poneret, quod itidem posteri non fecere, sed solos Anapæstos secundo ac tertio loco posuere. Ex quo quidam metrum hoc à principio ex Prosodiaco, de quo infrà dicetur, non ex Anapæstico commate, compositum uideri uoluerunt. De qua re pluribus disputat Hephæstio, quæ nos hic consultò, uti superuacanea, omisimus.

Diomedes autem & illud Sereni compositum esse uult:

Qui nauigum --υυ- nauicula aufers -υυ-- pi - cenæ -- marginis -υυ acta --.

Nam hoc inquit:

Qui nauigum --υυ- nauicula aufers, -υυ--, Simile est illi.

Audax nimium --uu- qui freta primus -uu-u. *Anapæstico uidelicet Dimetro.*

Pi - *cenæ* -- *marginis* -uu *acta*, --.

Simile illi:

Tro - *iæ qui* -- *primus ab* -uu *oris* --.

Hoc est, Dactylico Trimetro Proscephalo. Sed nos hoc & similia inter Anapæstica simplicia, Tetrametra uidelicet Catalectica referimus.

De Archibuleo, quod in Iambicā exit καταλεκτικῶς *ut cætera* λογαοιδικὰ *Anapæstica, suprà meminimus. Ac tantum quidem de his, quæ ab Anapæstico genere incipiunt, apud Grammaticos repperimus.*

Quæ à Choriambico commate incipiunt.

Quæ uerò cum Choriambico cōmate ab initio componuntur, hæc potißimum memorantur:

Tetrametrum Sapphicum, constans duabus cæsuris Semiseptenarijs Choriambicis, in Iambicam καταλεκτικῶς *desinentibus. Quale est hoc eiusdem poëtriæ:*

Ολβιε γαμ -uu- βρὲ, σοὶ μὲν u-- δὴ γάμος ὡς -uu- ἄραο u-u.

Εκτετέλε -uu- s' ἔχεις δὲ u-u παρθένον ἣν -uu- ἀνάρας u--.

Vbi tamen in posteriore commate nonnihil uidetur uicij, siue mendæ inesse. Latinum exemplum tale fuerit:

Nym-

Nymphadecus -uu- *sororum* u-- *quæ flu-uios* -uu- *pererrant* u--.

Quæq; colunt -uu- *perenni* u-- *prata sono* -uu- *rariuo* u--.

Tetrametrum Anacreonteium, constans Choriambico Dimetro Acatalectico mixto, hoc est, cuius altera syzygia Iambica est, & Trochaico Ithyphallico. Tale est:

Τὸν λυρoπoι -uu- ὀρνεόμενον u-u- στρέφειν ἴκω -u-u μέσει --. Tale item hoc Latinum.

Alma parens -uu- *Cypri decus* u-u- *sola, quæ gu* -u-u *bernas* --.

Et pecudes -uu- *& alites* u-u- *& marina* -u-u *monstra* -u.

Tetrametrum Cratineum, constans Choriambico dimetro mixto, ut superius, & Hephthemimere Trochaica. Tale est:

Ευιεχισ -uu- σοχαῖτ' ἄναξ u-u- χαῖρε ἔφασκ' ἐκ -u-- φαντίδης -u-. Et

Γάντα φορη -uu- τὰ πάντα τὸ u-u- λημ τὰ τῶδε -u-u τῷ χόρῳ -u-. Item hoc:

Quid merui -uu- *miserrimus* u-u-, *cur acerba* -u-u *tot feram* -u-.

Nullus erit -uu- *modus malis* u-u- *& peribo* -u-u *funditus* -uu. Atq; ad hunc modum purum Cratineum se habet. Nam Comici polyschematiston quoq; fecere Spondæos, qui in Trochaicas & Iam

bicas syzygias incidunt, locis improprijs ponendo, ut Eupolis.

Ἄνδρες οὑτοῒ -υυ- ῥοῖ δεῦρ' ἤδη ---- τὴν γνώμην πρόσ ---υ ἴσχετε -υυ.

Εἰ δυνατόν -υυ- κἀμὴ τὰ μὲν ---- ζον πράττουσα ---υ τυγχάνει -υ-. *Vbi pro Dijambis & Ditrochæis, Dispondæi aut Epitriti ponuntur:* Et: Καὶ ξυνέχει -υυ- νόμιμ' ἐγὼ * υ-υ- τοῖς ἀγαθοῖς -υυ- φάγροισι υ-υ. *Vbi etiam Choriambus pro Ditrochæo ponitur, ipsumq; metrum simile redditur Anacreonteo illi, de quo suprà inter Choriambica dictum est. Sed de his & similibus, confusaneis & polyschematistis infrà pluribus agemus. Nam & Latini in quibusdam metris eodem pacto diuersorū generum pedes confuderunt.*

* ἄγαλιὰς quod mensioni non respōdet.

Tetrametrum aliud, ex tribus Choriambis, & Trochaica syzygia compositum. Cuius exemplum Despauterius affert tale:

Celsus equo -υυ- puniceа -υυ- ueste nitens -υυ- ibat Arcas -υ-υ. Quale equidem alibi, quod meminerim, non legi.

Quæ ab Antispastico commate.

Ab Antispastico autem commate incipiens, unum dumtaxat commemorat Hephæstio compositum, nempe Tetrametrum, quo Pherecrates usus fuit, quod ex Dimetris

tris Catalecticis duobus Antispasticis componitur, cuius exemplum:

Ανδρες πρόχε ---υ τετόρνουῦ υ-- συμπήνκτοις ά ---υ ναπαίςοις υ--. Cui simile Latinum hoc exemplum

Quæ me cura ---υ resoluet υ-υ hoc, postrema, ---υ labore υ-υ.

An mors una ---υ relicta est υ--, quæ finem se ---υ rat illis υ--.

Vincitur hoc metrum una tantum syllaba, ab eo quod Priapeium dicitur, de quo suprà dictum est.

Alij autem etiam ipsum Priapeium ἀσυνάρτητον, siue cõpositum esse uolunt, ex Glyconico uidelicet Antispastico, & Pherecratico eiusdem generis. Eò, ut uideatur, adducti, quòd in Catulliano illo carmine, quod suprà citauimus, tertia ubiq; syzygia, primæ similis est, eodemq;, ut illa, pacto, à Trochæo ferè incipit, quæ res noui metri seu commatis speciem præbet. Cum libertas illa primi pedis, à qua Antispasticæ incipiunt, initio tantum uersus conueniat. Sed mihi uidetur propter τὸ πο λυσχηματισμοῦ rationem, eodem modo hic in medio usurpari illa, ut in Ionicis Pæanes, & in Choriambicis Epitriti, & similes, quanquam super eo anxiè non contenderim.

Quæ ab Ionico commate.

Nec ab Ionico incipientia cõposita plura, quàm Dimetrum illud, quod Prosodiacũ appellant, inuenio, quod

à principio Ionicum à maiore habet, postea Choriambum, uel solum, uel etiam, quod tamen rarius, cum sylla ba reliqua, ut

Αὐτὰ δέ σὺ --υυ καλλιόπα -υυ-.
Εὐδαίμον' ἐ --υυ τινὶ σεμνὴ -υυ- τηρ -.

Cuius generis & Latina hæc sunt:

Ergo citi --υυ ut uenias -υυ-.
Victrix dea --υυ mœstitia -υυ- rum υ.

Conuenit idem metrum cum Anapæstico Dimetro Brachycatalectico, ut suprà quoq; patet, circa Archilochium, ex Anapæstico commate, & Trochaico Hemiolio compositum.

Cæterum & conuersum hoc metrum, id est, à Choriambo incipiens, & in Ionicum desinens, eodem nomine appellant Grammatici, ut est uidere apud Commentatorem Euripidis.

Quæ à Pæonico commate.

Reperitur autem & à Pæonica syzygia incipiens compositum, quale est Dimetrum illud apud Aristophanem in Auib. ex Pæone, promiscuè quarto uel primo, & monometro Anapæstico coniunctum.

Τόδε μὲν οὐκ υυυ- ἄεκουσα φίλα υυ-υυ-.
Μοῦσα τόδε -υυυ δῶρον δέχεται -- υυ-.

Et item illud, quod eodem loco sequitur, ex Pæone, & duobus Pyrrhichijs siue Proceleusmatico cõpositum.

Τόδε τεᾷ υυυ- φρενὶ μαθὲ υυ υυ.

πινδὰ

πινδάρει -υ- ομέπος· υυυ · quod ultimum ex Cretico, & Tribrachy, siue Anapæsto cōiunctum est, Quibus Latine respondent hæc.

Recipe me υυυ- gremio ipsa tuo υυ-υυ-
Et redime -υυυ uita ex misera --υυ-
Male dolen υυυ- tis animam υυυυ
O supre -υ- ma Dea υυυ

Atque hactenus composita seu multiformia prosecuti simus, non quidem omnia, sed communiora tantum, & quorum præcipuè mentio fit apud scriptores. Neque enim dubito etiam plura inueniri posse, si quis uel Græcorum fabulas, uel etiam ex Latinorum, Senecæ, Agamemnonis choros diligenter ad calculum uocet. Sed hæc ad præsens institutum, & ad puerorum captum, quibus operam hanc potißimum sumpsimus, sufficient opinor. Restat igitur, ut & de Mixtis, siue Polyschematistis, de quibus suprà polliciti sumus, postremo aliquid addamus, si prius compositorū omnium species, quemadmodum suprà in simplicibus fecimus, uno aliquo, & eodem exemplo, oculis subiecerimus.

Exempla compositorum omnium.

Non omnibus mens una est, nec idē omnibus probatur.
--υ-, ---, υυ-υ-, υ-υ. Callimachium ex duabus cæsuris Semiseptenarijs Iambicis compositū.
Hunc pulchra detinet Venus, & puer Cupido.
--υ-, υ-υ-, -υ-υ, -υ Euripidæum, ex Dimetro Acatalectico, & Troch. Ithyphallico.

Amatq; tibiæ sonos, & choros ludentium.

υ–υ–, υ–υ–, –υ––, –υυ. Euripidæum ex

Dimetro Acatalect. & Trochaica Hephthemimere.

Illum iuuant labores militum frementes

––υ–, υ––, –υ–υ, –– Saturnium ex Hephthemimere Iambica, & Trochaica Ithyphallico.

Et arma forti tendere dextra,

υ–υ–, –, –υυ–, – Boëtianum, ex

Penthemimere Iambico, & Adonio.

Cursuq; ferri densa per agmina,

––υ–, –, –υυ, –υυ. Trimetr. Alcaicum ex

Penthemi. Iambica, & Dactyli. Dimetr. Acatalect.

Inter strepentes raucisonos lituos,

––υ–, –, –υυ, –υυ, – Iamboëlegum ex

Penthemimere Iambica, & dimidio Elegiaco.

Vbi Mars cruentus imperat, & pauor armipotens

υυ–υ–, υ–υ–, –υυ, –υυ, – Archilochium ex

Iamb. Dimetr. Acatal. & Penthemimere Dactylica.

Hastam coruscat, cæde ferox hominũ, & demẽte uultu.

––υ–, –, –υυ, –υυ, –, ––υ–, –. Pindaricum

ex Penthemi. Iamb. Penthe. Dacty. & Penth. Iambi.

Contra auarus opum siti

–υ–υ, υ–υ– Periodus ex

Trochaica basi & Iambica.

Peruagatur mare, & omne solum,

–υ–υ, υυ–υυ– Dimetr. Euripidæum

ex basi Troch. & Anapæstico Monometro.

Nil timens sæui flamina uenti,

–∪––, –, –∪∪–, – Trimetrum Boëtij ex Penthemimere, Trochaica & Adonio.

Nil inhospitalis uortices arenæ,

–∪–∪, ––, –∪–∪, –– Trimetrum Sapphicum ex duobus Ithyphallicis.

Dummodo hinc, illinc reportet, quantum est opum per orbem.

–∪––, –∪––, ––∪–, ∪–∪ Tetrametrum ex Dimetro Trochaico Acatalectico, et Iambica Hephthemimere: uel ex duobus Trochaicis Dimetris Catalectico altero, altero Acatalectico.

Ast ego Pierides numina docta colo.

–∪∪, –∪∪, –, –∪∪, –∪∪, – Pentame. Elegiacum.

Esse pares Dijs quæ faciunt nos.

–∪∪, ––, –∪∪, –– Tetrame. ex duobus Dimet. Dactylicis Catalect. siue etiã duobus Adonijs.

Quæ letho eripiunt nomina nostra.

––, –∪∪, –, –∪∪, –∪ Tetrametrum Boëtij ex Penthemimere Heroica & Dimetro, eiusdem generis Catalectico siue Adonio.

Et prohibent hominem totum moriri.

–∪∪, –∪∪, –, ––∪–, ∪ Encomiologicum, ex duabus cæsuris Semiquinarijs Dactylica & Iãbica.

Nanq; quis Aeaciden nouisset, aut quis Hectorem?

–∪∪, –∪∪, –, ––∪–, ∪–∪– Tetram. Archilochiũ constans Penthemi. Dactyli. & Iamb. Dime. Acata.

Quis

Quis celebrem uaria fraude Vlyssem.

-uu, -uu, -, -u-u Trimetrum Alcaicum, ex Penthemi. Dactyl. & basi Trochaica.

Merionemq; nigrum, pulsumq; patria Idomenea ducē.

-uu, -uu, -, --u-, u, -uu, -uu, - Pentamet. Platonicum, constans extremis Dactilicis semiquinarijs, media autem Iambica aequali caesura.

Ni tua Maeonides hos Musa propagasset.

-uu, -uu, --, -u-u, -u Pentamet. Venusini, ex Trimet. Dactyli. & Ithyphallio Troch. Siue etiā ex Penthemi. Dactylica, & Hephthemi. Iābica.

Claraq; facta uirum super aethera protulisset altum.

-uu, -uu, -uu, -uu, -u-u, -u Archilochiū ex Tetrametro Dactyl. & Ithyphallico Trochaico.

Celebrant homines, deosq; Musae

uu-, uu-, u-u-, - Dimetr. Euripidis ex Anapaestico Monomet. & Penthemime. Iambica.

Celebrant pariter superos atque inferos eadem.

uu-uu-, uu--, -u-u, -u Trimetrum Archilochium ex Hephthemimere Anapaestica & Ithyphallico Trochaico.

Atque utinam mihi omne sic liceat per aeuum.

-uu-, u-u, -uu-, u-u Tetrametr. Sapphicum ex duabus caesuris Choriābicis semiseptenarijs.

Pieridum choros sequi, & inclytas cateruas,

-uu-, u-u-, -u-u, -- Tetram. Anacreonteū ex Choriamb Dimet. Acatal, et Ithyphallico Troch.

Vt ni-

Vt nihil hoc uno magis expeto, aut desydero.

-υυ-, --υυ, -υ--, -υυ Tetram. Cratineum ex Choriãb. Dimetr, Acatal, & Troch. Hephthemi.

Non ego tum cum Ioue mutare uelim regna mundi.

-υυ-, -υυ-, -υυ-, -υ-- Tetram. ex Choriambico Trimetro, & Troch. basi.

Celsa Iuppiter arce sedens imperet orbi,

---υ, υ-υ, υ--υ, υ-- Tetram. Pherecrateum ex duabus Antispasticis cæsuris semiseptenarijs.

Me Pierides liceat

--υυ, -υυ- Prosodiacum ex Ionica syzygia, & Choriambico Monometro.

Sacraq; pura Deûm colere, &

υυυ-, υυ-υυ- Dimetrum ex Pæonica syzygia & Anapæstico monometro.

Canere digna hominibus.

υυυ-, υυυυ Dimetrum ex Pæonica syzygia & monometro Pyrrhichiaco.

DE POLYSCHEMATISTIS, SIVE MIXTIS GENEribus.

PErsecuti hactenus sumus species, quoad fieri potuit, omnes, tam simplicium, quàm compositorum metrorum. Porrò autem, quia præterea & alia quæda metra sunt, quæ neq; composita recte, neque rursus simplicia

plicia uerè appellare poßis, restat, ut de illis quoque, & quod ab alijs proditum est, & quid ipsi usu deprehenderimus, deinceps exponamus. Sunt autem hæc, quæ Græci Polyschematista: Priscianus, & cæteri Latinorum Mixta, siue confusa uocare solent, utrunque à re ipsa, quod & pedes siue syzygiæ eiusdem metri multipliciter ac uariè figurari consueuerunt, & ipsa inter se genera quoque commisceri atque confundi. Sunt enim πολυσχημάτιστοι, siue confusi uersus, in quibus diuersorum generum pedes, siue syzygiæ inter se miscentur, aut etiam eiusdem generis pedes diuerso atque alieno ordine locantur. Cuiusmodi exempla & supra quædam uidimus, & Comica illa Terentij, Plautiq; sunt, quorum exempla infrà paulò sequentur. Ac Græcorum quidem, plures etiam species in hoc genere recensentur, ut, Priapeium, Galliambicum, Epionicum Comicum, Epichoriambicũ Eupolideum, Cratineũ ἀσυνάρτητον siue compositum, & præterea, quæ ex Iābico, Trochaicoq; genere inter se mixta atque confusa sunt. Apud Latinos autẽ Poëtas, eos uidelicet qui extant, sola comica, Trimetra atq; Tetrametra huius generis reperiũtur, quæ siue sub Iambicũ genus, siue sub Trochaicũ referre uolueris, utrunq; æque puto, licebit. Nam hymnum illum in Bacchum, ex Galliambicis compositum, cuius et supra mentionem fecimus, Græcorum imitatione magis, quàm Latinorum, ex recentioribus Marullus dedit. Proinde quantum ad Latinorum rationem

em pertinet (nam Græcorum plerasq; species, & com ositionem, supra ordine ac loco unamquamq; suo tra tauimus) Comica mixta atq; cōfusa sunt, in quibus iam ici pariter et Trochaici pedes in eandem syzygiā, siue ombinationem ueniunt, non obseruata neq; penultima metri syllaba, neque reliqua locorum parium atq; impa rium proprietate atque natura. Cuiusmodi sunt hæc Terentij Trimetra in Andria.

Adhuc Archil ∪ – – – lis quæ assolent – – ∪ – quæq; oportet – ∪ – ∪

Signa ad salu – – ∪ – tem esse, omnia huic – – ∪ – esse uideo – ∪, ∪ ∪ ∪. Et quæ in eadem scena mox sequuntur. Nam in priore uersu, cum priores duæ combinationes Iambicæ impuræ sint, tertia Trochaica sequitur. Similiter & hæc in eadem fabula:

Hoccine cre – ∪∪ – dibile est, aut me ∪∪ – – ∪ mo rabile ∪ – ∪∪

Tanta uecor – ∪ – – dia innata ∪ – – ∪ cui quam ut siet – – ∪∪. Et quæ sequuntur.

Vbi in primo uersu in prima statim syzygia Choriambus, hoc est Trochæus & Iambus iuncti ponuntur, in secunda Dactylus Spondæi loco, & Trochæus. In secundo autem uersu, in secunda syzygia Antispastus, hoc est Iambus & Trochæus. Item apud Plautum in Menechmis hæc:

Spectamen bo – – – ∪ no seruo, id est, – – ∪ – qui rem herilem – ∪ – ∪.

Procu

Procurat, ui ---u det collocat --u- cogitatq; -u-u

Vt absente he ---u rorem heri --u- diligenter -u-u

Tutetur, quam ---- si ipse aßit u--- aut rectius --uu, In quibus etiam M, sequente H, cõsonantis uim retinet, & I, longum, sequente altera uocali, corripitur. Et hæc in eadem fabula.

Vt ætas mala u--uu merx est ergo, at ----q; ut huic usus u--- facto est --

Gradum profe u--u ram, progredi --u- properabo uu--, & quæ in eadem scena sequuntur. Inter quæ et Catalectica quædã, quædam Hypercatalectica, nonnulla etiam, qualis hic primus est, Tetrametra Brachycatalectica uidetur esse. Tetrametrorum autem exempla habes apud Terentium (qui tamen parcius hoc genere usus est) in Hecyra hæc.

Perij quid agam uu-, uu- quo me uortam, ---- quid meo uiro --u- respondebo ---u

Misera: nam audij uuu, -- se uocem pue u--uu ri uisus est --u- uagientis -u-u.

Et item alia quædam in scena 1. actus ultimi, sparsim cum cæteris posita, ut

Quære aliũ tibi a -uu-uu micum firmio ----rem dum tempus ---- consulendi est -u-- Et:

Nam neq; ille hoc ani -uu-uu mo erit ætatẽ uu--- neq; Pol in eadem i uu--- stac ætate ---u.

Apud

Apud Plautum autē plurimus istorum usus est. Vt in Amphitryone totū illud principiū scenæ, quæ incipit.

Satin' parua υ--υ res est uolu --υ- ptatum in uita at ---- q; in ætate υ--υ

Agunda, præ υ--- q̄ quod mole --υ- stu'st, ita cuiq; -υυ-υ comparatum -υ-υ &c.

Et in Trinumo tota scena prima Actus quarti. ubi & Pentametri quidam uersus eiusdem rationis habentur, quales sunt à quibus ipsa scena incipit.

Salsipotenti & -υυ-- multipotēti -υυ-- Io uis fratri υ--- tibi Nerei υυ--- Neptune --υ

Lætus lubens --υ- laudes ago & --υ- grates grati ---υ asq; habeo & flu -υυ-- ctibus salsis υυ-- &c. Atq; hæc ne quis temerè à me hic confingi putet, & ut mensioni nostræ fidem aliquam faciamus, libet & Prisciani uerba, de eadem re huc ascribere. Nam ille in libello quem de comicis uersibus scriptum reliquit.

Terentius, inquit, Trochaico mixto, uel confuso ,, cum Iambico, utitur in sermone personarum, quibus ,, maximè imperitior hic conuenit, quem puto, ut imi- ,, tetur, hanc confusionem rythmorum facere. Sunt au- ,, tem Trimetri, ac plus minusq;, & habent penultimam ,, uersus syllabam in quibusdam longam, et in quibusdam ,, breuem. Vt in Andria: ,,

Adhuc Archil υ-υ- lis quæ assolent --υ- ,, quæq; oportet -υ-υ

» Signa esse ad sa ---u lutem, omnia huic --u- esse uideo -uuuu

» Nunc primum fac ---- istæc ntla ---u uet, post deinde ---u

» Quod tussi da ---u ribibere, & quan -uu -- tum imperaui -u--

» Hæc sequitur Dimeter Catalecticus finiendi sermonis causa, quem ad Archillida habuit.

» Date, mox ego huc uu-u- reuertar u-u

» Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est, in sermone ancillæ Astaphij.

» Ad fores au -u-- scultate, atq; as ---- ser uate ædes ----

» Nequis aduen -u-- tor grauior abeat -uu, uuuu atque aduentat --uuu

» Neu quis manus --u- attulerit steri -uu-uo les intro ad nos ----.

» Grauidas foras uu-u- exportet, no ---- di ego hominum mo uuu-- res - &c.

» Et Turpilius in Lyndia, nautæ personam inducit hoc metro loquentem.

» Dij aduenientem -uu-- perdant, hic qui -- -u dem nos perdi ---u dit u.

» Factum esse diem hinc --uu- quartum hodie ite ram -uuu- ita conuentum uu--u.

» Hæc apud Priscianum leguntur. Sed quæ ille de Trimetris affert, eadem ego & d. Tetrametris, & si quæ supra

pra hanc quantitatem fuerint huius generis, accipienda censeo. Id quod & ratio probat, & exempla superiora à nobis allegata, confirmant, quæ alio pacto scandi ac mensurari, hauquaquam possunt. Quod autem apud Græcos quoque eiusmodi quædam reperiantur, in quibus Iambici atque Trochaici pedes inter se confundantur, ex eodem Prisciano apparet, apud quem multa ac uaria eius rei exempla ponuntur, quale est hoc Pindari, ut ab ipso citatur.

Τροχὸν μέλος -u-uu αἱ δὲ χάριτες -u-- νος σῶσαν u-u-. quod, ut ipse ait Trochæum tertio loco habet, quarto Spondæum. Item Dimetrum hoc eiusdem poëtæ.

Ενδ' ἀσκίοι --u- σῳ πατὴρ ἦν -u--.

Vbi codẽ modo postremo loco Spondæus, penultimo autem Trochæus ponitur. Quare idem et Horat. putat propter huiusmodi uersus Pindaricos, dixisse 4. Carm.

Qum per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit, numerisq; fertur
Lege solutis.

Simile autem Pindaricis est hoc Eupolidis quoque in Baptis. ut idem Priscianus citat.

Ανόσια πά uuuu- σχω ποῦ τα ναὶ --u- μὰ τὰς νύμφας u--- ubi Spondæus loco Iambi in fine ponitur, & hoc Sophoclis:

Αλφεσι βοί -uu- αμ* ὄγειν --u- νῆσας πατὴρ --u-.

Incipit enim à Trochæo. Et Dimetrum hoc Catalecticum Simonidis.

ἐβόμβησεν υ – – – θάλασσα υ – υ, ubi Spondæus secundo loco ponitur. Item Alcmeonis Catalecticum hoc Trimetrum.

Καὶ ναὸς ἁ – – υ – γνᾶς εὐπύργω – – – – βεβάπνας υ – –. Et:

Χερσόνδ᾽ ἐκώ – – υ – φὸρ γ᾽ ἀφύκες υ – – – σιωπιτνᾷ υ – –, In quibus quarto loco Spondæus ponitur. Itē hæc in quibus ultimo loco Tribrachus pro Iambo contra communē legem ponitur, ut apud Pindarum: Νόμων ἄκου υ – υ – σιτεσθεό – – υ – δ᾽ μητορ κελάδον – – υυυ. Et:

Χρυσὸν βροτ – – υ – πολίεσσιν ἀ υυ – υ – νύει καθαρὸν – – υυυ Neq; enim hi uersus concathenati cū sequētibus esse possunt, cuiusmodi Hypermetri Heroici quidam inueniuntur, propterea quòd in consonantem desinunt, neq; etiā ultima syllaba cum penultima contrahi, eò quòd neutra earum pura est.

Quid igitur de Creticis & Bacchiacis, quæ uidentur esse inquiet aliquis. Exponam & de illis, quod sentio. Quatuor sunt syzygiæ puræ, ex quibus Iambica, & Trochaica omnia componuntur, duæ uidelicet Iambicorum. Diiambus & Epitritus tertius, duæ item Trochaicorum, Ditrochæus & Epitritus secūdus. Hæ quoties ita confunduntur, ut uel Trochæus Iābi loco sumatur & contrà, uel Spondæus in Iambico parem locum, ut

aut cōtra, in Trochaico imparē, occupet, fiunt et aliæ quatuor combinationes, Choriābica uidelicet, Antispastica, et quæ ex Epitrito primo & ultimo cōstituuntur. Ex his itaq; octo syzygijs, quoties ipsa metra ita fortè cadūt, ut primo loco præcedat Epitritus secūdus, sequatur proxime Antispastus, tertiū cōcludat Epitritus tertius, metrū tale nascitur, quod Cretici puri speciem præbet, quemadmodū uidere est in Terētianis illis de quibus supra meminimus. Nā illa si ad hanc mixtorum rationem scandantur, has tres, quas dixi, syzygias habebunt, ut

Tanta uecor -υ-- dia innata υ--υ cuiquam ut fiet --υ-

Vt malis gau -υ-- deat atque ex υ--- incommodis --υ-. Nisi quòd in posteriore hoc Epitritus ultimus pro Antispasto ponitur, hoc est syzygia impura pro pura. Vbi illi qui Cretica hæc faciunt, Molossum pro Cretico poni dicunt. Rursum in quibus eædem syzygiæ puræ ita figurantur, ut primum locum seu primam combinationem (ita enim hic loci uocabulo utimur) teneat Antispastus, secundum Epitritus tertius, ultimum autem Ditrochæus, uel Epitritus secundus, redditur metrum quod per omnia Bacchiaco simile est. Vt hoc apud Plautum in Menech. Act. 4 Scena 2.

Vt hoc uti υ--υ mur maxume --υ- more morum -υ-υ

Molestoq; υ--υ multum atque uti --υ-

quiq; sunt –υ–. Est enim Catalecticus hic. Nam *hæc & similia si ad Bacchij rationem mensurabis, hoc est, si singulis pedibus ternas syllabas attribueris, fiet* Bacchiacum Tetrametrum, *hoc modo:*

Vt hoc u υ–– *timur ma* υ–– *xume mo* υ–– *re morum* υ–υ

Molesti υ–– *que multum, at* υ–– *que uti qui* υ–– *que sunt* υ– *&c.*

At *si hoc ordine syzygias easdē puras locaueris, ut principio ponatur* Epitritus tertius, *post* Epitritus *secū dus, postremo* Antispastus *uel* Epitritus *primus, metrū procreatur* Bacchiacum *ex* Antibacchio, *tale est hoc* Catalecticum *apud eundem poëtam in eadem* Scena.

Pleni, rapa ––υ– *ces uiri frau* –υ–– *dulenti* υ–– *Nam si per ternas syllabas metieris, fiet* Tetrametrum Catalecticum *tale.*

Pleni, ra ––υ *paces ui* ––υ *ri fraudu* ––υ *lenti* –– *Iam quod illi tradunt, in* Comicum Creticum, *etiam* Molossum *&* Choriambum, *& similes pedes incidere, id ita fit, si puras has quas dixi, syzygias in impuras mutaueris. Vt si pro* Epitrito Dispondæum *posueris, aut longas* Antispasti, Choriambi *& reliquorum pedum syllabas in duas breues resolueris. Cuius rei exempla habes hæc in* Amphitryone:

Fœdant & pro ––, –– *terunt hosti* υ––υ *um copias* ––υ–, Et:

Animam

Animam amittunt υυ–, – – *priusquam lo* υ– –υ *co demigrent* – –υ–.

Nam hic in priore uersu, pro Epitrito secundo, uel tertio, Dispondæus ponitur. In posteriore autem pro eodem Epitrito, Anapæstus cum Spondæo, siue Diphyes, quem uocant. Quæ pedum mutatio, & (ut ita dicam) impuritas, si uersus eosdem ad Creticorum mensionem ac leges exigas, priori quidem, primo loco, pro Cretico Molossum, posteriori autem eodem loco, pro Cretico Ionicum à maiore dabit: hoc modo.

Fœdant & – – – *proterunt* –υ– *hostium* –υ– *copias* –υ– Et.

Animam amit υυ– – *tunt prius* –υ– *quam lo-co* –υ– *demigrent* –υ– *&c. Atq; eodem pacto etiam de cæteris huius generis, iudicandum erit. Quanquam equidem nullius, in hac re iudicio, quicquam derogauerim, neque etiam, ut antea quoque commonui, cũ quoquam anxiè contenderim, utrum hæc & similia, Cretica, Bacchiacaq; potius, quàm confusa, atque πολυσχηματίστα appellentur, præcipuè ea quæ Creticorum descriptioni ac mensioni per omnia respondent. Verum illud manifestum ac planum factum uolo, uersus huiuscemodi, cum inter confusanea ac mixta alia ponuntur, non ex uera ac simplici Creticorum institutione atque origine, sed ex eo quòd pedes Iambici atque Trochaici uariè inter se commiscentur, tales*

plerosque procreari. Nam si consilio poëtæ, atque ex uero instituto, Cretici ijdem, aut Bacchiaci facti essent, consentaneum erat, præcedentes quoque, uel sequentes proxime in eadem scena, eodemq; contextu, eiusdem rationis factos fuisse, cui tamen diuersum, tam apud Terentium, quàm apud Plautum fieri uidemus. Nam neque illi ipsi in Andria, quos Erasmus & alij Creticos appellant, Creticorum mensioni per omnia respondent, & qui apud Plautum tales sunt, alijs inserti ipsi magis, quàm alios insertos sibi habere uidentur. Sed de hac nostra sententia etiam alibi diximus. Vt autem hoc quoque postremo loco adijciamus, solent hæc & similia confusa atque πολυσχημάτιστα in canticis magis quàm in diuerbijs poni: Cantica autem uocant eas scenarum partes, ubi persona aliqua secum ipsa, uel aliàs sola loquitur. Cuius rei testimonium & apud Rufinum, qui & ipse de metris Comicis tractat, manifestum habetur. Atque hæc de Comicis confusis & mixtis, partim ex aliorum traditione, partim etiam nostro usu & obseruatione comperta habemus. Quorum ratio multo planior atque facilior, haud dubie foret, si ueteres Grammatici, qui de re metrica scripsere, ut Hephæstio & Heliodorus, quos & Priscianus citat, salui atq; integri nobis restarent. Superest igitur, ut ad reliqua deinceps accidentia uersuum, quæ ab initio proposuimus, aliquando ueniamus.

DE

De dispositione pedum.

Proximum igitur accidens ab ijs, quæ huc usq; persecuti sumus, Dispositionem pedum fecimus. Ea propriè est, qua in unoquoq; genere dignoscimus, qui pedes quibus locis seu regionibus poni debeant, aut poßint: ut in Iambico, locis paribus Iambus, & pro eo Tribrachus, si purum metrum sit, reliquis autem indifferēter, Iambus, Tribrachus, Spondeus, Anapæstus & Dactylus. Sic in Choriambico, Choriambus, propriè, si purū metrum sit, locis omnibus, præterquam ultimo: sin confusum, aut mixtum, Dijambus quoq; & Epitritus interim, atq; ita deinceps. De qua re in descriptione cuiusq; generis, satis, ut puto, dictum à nobis est, neq; necesse est, ut hic denuo singula illa repetamus.

Cæterum pertinent huc illa quoq;, quæ de figuris uersuum à Grammaticis traduntur, de quibus Priscianus & Diomedes, & apud Græcos Hephæstio quoque meminere. Nam inde etiam peculiares quædam uersuum appellationes natæ sunt, ut eorum, qui Isochroni, qui Catenoplij, & qui Periodici uocantur, de quibus suprà meminimus.

De his igitur ex Aldi Grammaticis, quæ sequuntur subijcere libuit, ut neq; in hac parte aliquid, quod ad uersuum rationem pertinere uideretur, à quoquam desiderari queat.

De figuris uersuum ex Aldo.

Figura in metro est uariatio pedum per singulas sedes. Vnde Carmen Heroicum, duas & triginta recipere figuras potest. Iambicum, mille, centum, & uiginti quinque.

Figurarum Heroici uersus tres sunt modi: Primus modus est μονοσχηματικὸς, *id est, unius figuræ, cum omnes uel Spondæi fuerint, & Spondaicus uersus dicitur. Qualis est ille Ennianus:*

Olli respondit rex Albãi Longãi. – –, – –, – –, – –, – –, – –. *Quod uix unquam inuenias apud nostros. Vel fuerint omnes Dactyli, præter ultimum, qualis est ille*

Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama salutem, –∪∪, –∪∪, –∪∪, –∪∪, –∪∪, –∪. *Qui uersus Dactylicus dicitur. Habet igitur hic modus duas figuras, alteram ex omnibus Spondæis, alteram ex quinq; Dactylicis. Nam ultimus semper Spondæus esse debet, uel pro Spondæo Trochæus.*

Secundus modus est πενταχηματικὸς, *id est, figurarum quinq;. Cum uersus uel est syllabarum sedecim, de quinq; pedibus unum habens Spondæum, uariè per quinq; regiones percurrentem, qualis ille est:*

Aeole, namq; tibi diuûm pater, atq; hominum rex.
–∪∪, –∪∪, –∪∪, –∪∪ –∪∪, – –.

Vel est syllabarum tredecim, de quinq; pedibus unum habens Dactylum, uariè per quinq; regiones mutatum, qualis est ille:

Æneas mœsto defixus lumina uultu,

– –, – –, – –, – –, – ∪∪, – –. Habet hic modus figuras decem, quinq;, cùm unus Spondæus inter quatuor Dactylos uariatur, et rursus quinq;, cum unus Dactylus inter quatuor Spondæos.

Tertius modus est δεκασχηματικός, id est, figurarum decem, cum uersus uel est quindecim syllabarum, de quinq; pedibus duos habens Spondæos, promiscuè per quinq; regiones uariatos, qualis ille est:

Arma uirumque cano, Troiæ qui primus ab oris.

– ∪∪, – ∪∪, – –, – –, – ∪∪, – –. Vel est syllabarum quatuordecim, de quinq; pedibus duos habens Dactylos, per quinq; regiones uariatos, qualis est ille:

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito,

– –, – ∪∪, – –, – –, – ∪∪, – –.

Habet hic modus uiginti figuras, decem, cum duo Spondæi inter tres Dactylos uariantur, & rursus decem, cũ duo Dactyli inter tres Spondæos. Sunt igitur figuræ, primo duæ, inde decẽ, deinde uiginti, atq; omnes simul duæ & triginta.

Est etiam alia cognoscendi figuras ratio in omni metro, uidelicet cum computaueris, quot singula loca cuiuscunq; metri recipiunt pedes, multiplica numerũ pedum, quos singula priora loca accipiunt, per numerũ pedum, quos accipiũt loca sequentia, ut in Heroico, primus locus admittit pedes Spondæum & Dactylum, secũdus item duos, bis duo sint quatuor. Tertius etiã duos, bis

os, bis quatuor fiunt octo, quartus quoq; duos, bis octo fiunt sedecim. Quintus item duos, bis sedecim, duas & triginta figuras constituunt. Eodem modo in Iambico *primus locus admittit pedes quinq; , secundus tres, ter quinq; fiunt quindecim. Tertius item quinq;, quinquies quindecim fiunt septuaginta quinq;: quartus tres, ter septuaginta quinq; fiunt figurae ducentae, & uiginti quinque: quintus similiter quinq;, quinquies ducentae & uiginti quinq; faciunt mille & ducentas, & uiginti quinque figuras.* Et sic in *caeteris metris, quorũ loca diuersorum pedũ sunt capacia, ut in* Anapaestico & Trochaico, *inuenire figuras poteris.* Sed ut, *quod dicimus, appareat exemplo manifestius,* Heroici *uersus duas et triginta figuras breui & longo notatas accentibus subiungemus.*

Omnes *Spondaei.*

−−, −−, −−, −−, −−, −−.

Omnes *Dactyli praeter sextum.*

−UU −UU −UU −UU −UU −U.

Spondaeus inter IIII. *Dactylos uariatus.*

−−	−UU	−UU	−UU	−UU	−−
−UU	−−	−UU	−UU	−UU	−−
−UU	−UU	−−	−UU	−UU	−−
−UU	−UU	−UU	−−	−UU	−−
−UU	−UU	−UU	−UU	−−	−−

Dactylus inter IIII. *Spondaeos uariatus.*

−UU	−−	−−	−−	−−	−−

−−

--	-uu	--	--	--	--
--	--	-uu	--	--	--
--	--	--	-uu	--	--
--	--	--	--	-uu	--

Duo Spondæi inter tres Dactylos uariati.

--	--	-uu	-uu	-uu	--
--	-uu	-uu	-uu	--	--
--	-uu	-uu	--	-uu	--
--	-uu	--	-uu	-uu	--
-uu	--	-uu	--	-uu	--
-uu	--	-uu	-uu	--	--
-uu	--	--	-uu	-uu	--
-uu	-uu	--	-uu	--	--
-uu	-uu	--	--	-uu	--
-uu	-uu	-uu	--	--	--

Duo Dactyli inter tres Spondæos uariati.

-uu	-uu	--	--	--	--
-uu	--	--	--	--u	--
-uu	--	--	-uu	--	--
-uu	--	-uu	--	--	--
--	-uu	--	-uu	--	--
--	-uu	--	--	-uu	--
--	-uu	-uu	--	--	--
--	--	-uu	--	-uu	--
--	--	-uu	-uu	--	--
--	--	--	-uu	-uu	--

Hactenus

Hactenus Aldus. Sequitur de Cæsuris.

De Cæsura.

Cæsura, quæ & incisum, & sectio Latinis dicitur, Græcè autem κόμμα & τομή, est certa quædam pedum, in medio uersus, intersectio, ita ut pars eorum ad præcedentem, pars ad sequentem dictionem referatur. Eius species tres potißimum à Grammaticis referuntur, πενθημιμερὰς, quam Latinè Semiquinariam uocant, ἑφθημιμερὴς, quam Semiseptenariam, & ἡ κατὰ τρίτον, quam alio nomine Trochaicam tertiam appellant.

Penthemimeres. Penthemimeres tome est, quando post duos pedes simplices syllaba una restat, quæ partē orationis finiat, ut

Arma ui -υυ rumq; ca -υυ no -.

Simplices autem dico, quòd & in compositis pedibus eadem ratio seruatur, ut Semiquinaria, uel semiseptenaria cæsura dicatur, non quando post secundum aut tertium compositum pedem syllaba relinquitur, sed quādo post secundum uel tertium simplicem, unde ille compositus est, cæsura fit, ut in Choriambicis is, qui Adonius dicitur, cuius exemplum:

Terruit ur -υυ- bem υ Semiquinaria tome est, quia post iambum & Trochæum, ex quibus Choriambus cōpositus est, ueluti post duos separatos pedes syllaba relinquitur. Quæ ratio etiam uidetur esse, ut quidam hæc quoq; metrorum genera per dipodiam scandi uelint, de qua re infrà dicetur. Et uocatur Penthemimeres

res, siue Semiquinaria, eò quòd duo pedes & semis, uisi, quinq; partes reddant. Nam cum quilibet pes per m duo diuidatur, in ἄρσιν & θέσιν, secundum hanc mensionem duo pedes & semis, quinq; partes, seu inq; semipedes efficiunt.

Hephthemimeres, siue Semiseptenaria est, quando post tres simplices pedes relinquitur syllaba, quæ dictio m diuidat, ut Hephthemimeres.

um de -- mum monet -uu arma le -uu o-.

Hæc eadem ratione à septem partibus diuisorum seu imdiatorum pedum appellatur.

Trochaica autem tertia, siue ἡ κατὰ τρίτον, ut à Diomede uocatur, ea est, quando post duos pedes duæ syllabæ restant, quæ dictionem absoluunt, quarum alte a longa, altera breuis sit, hoc est, quæ Trochæum redant, ut Trochicè tertia.

Infan -- dum re -- gna -u iubes &c: Et

Excuti -uu ens cer -- uice -u thoros &c.

Quæ Trochaica tertia ideo dicitur, quòd in tertio lo o seu pede, ἡ τομὴ in Trochæum fit.

His addunt quidam & Trochaicam quartam, quando n quarto pede uidelicet cæsura in Trochæum fit, ut in hoc exemplo quod à Terentiano citatur.

Quæ pax -- longa re -uu miserat -uu ar ma -u parare nouabant &c.

Sed tamen quia huiusmodi uersus rarißimè inueniūtur, hæc

hæc quarta species ab alijs repudiatur. Diomedes et Bu*colicam tomen, seu tetrapodiam adijcit, ea est, quando uersus ita compositus est, ut unà cum pede quarto pars orationis quoq; finiatur, ut*

Dic *mihi* -uu Damœ -- *ta cu* -- *ium pecus* -uu *an* Mœliboei? &c.

Sed hæc passio Hexametri *magis est, ut* Priscianus *ait, quàm cæsura: de quo suprà meminimus.*

Atq; hæc commata, siue cæsuræ, tribus, ut & Diomedes tradit, figuris formantur. Aut *enim unica tantum cæsura in uersu fit, ut in hoc:*

Panditur -uu *intere* -uu *a* - *domus omnipotentis* Olympi. *Hic enim sola semiquinaria deprehenditur.* Aut *duæ, ut hic:*

1 2

Infan -- *dum re* -- *gna* -u *iu* u *bes* - *renouare dolorem &c.* Nam & Trochaica *tertia,* & Semiseptenaria *in hoc uersu sunt.* Aut *omnes tres, ut*

1 2 3

Aene -- *as capi* -uu *tur* - *que* u *lo* u *cis* - & - *singula lætus.*

1 2 3

Exqui -- *ritq; au* -- *dit* - *que* u *ui* u *rū* - *momu* uu *menta priorum.* Nam & Semiquinariam & Trochaicam *tertiam,* & Semiseptenariam *in his reperies.* Tametsi Priscianus *neget in eodem uersu* Trochaicam *et* Semiquinariam *inueniri facilè posse.* Quod *ideo ab eo dictum existimo, quòd ipse coniunctiones encliticas, ut que, uel ne &c. & uerbum, à quo illæ de*

pendent, pro una eademq; dictione accipiat. Primam *igitur figuram simplicem, secundam compositam, tertiam coniunctam* Diomedes *uocat, sed hæc puto* πολυπραγμονέστερα. *Necesse autem est, omnino ex tribus cæsuris unam aliquam in uersu, præsertim* Heroico, *esse, nam qui nullam habet, eum Grammatici reijciunt, & pro* Heroico *habendum esse negant, tametsi interdum et tales reperiuntur, ut apud* Virgilium:

Magnani -uu mi Iouis -uu ingra -- tum ascen -- dere cu -uu bile -u. Hunc *enim &* *Terentianus citat.*

Heroicum autem præcipuè dixi, quòd sunt, qui Anapæsticos eos maximè probent, in quibus singuli pedes singulis dictionibus absoluuntur, quod cum fit, nullam cæsuram incidere necesse est.

Est autem tanta Cæsuræ uis, ut hoc quoq; postremum adijciamus, ut syllabas alioqui breues, pro longis tolerari faciat, ut in hoc exemplo:

Omnia -uu uincit a -uu mor, & -- nos ce -- damus amori &c. Vbi *or, quæ natura sua breuis est, propter* Penthemimerem *communis fit.* Sic

Dona de -uu hinc au -- ro graui -uu a, se -- ctoq; Elephanto *&c.* Vbi *propter* Hephthemimerem *a, quod alioqui breue est, pro longa accipitur.* Et *apud* Homerum.

Νέστορα δ᾽ οὐκ ἔλαθεν ἰα -uu χὴ πίνοντά περ ἔμπης. *Iliad.* ξ. Et

Βοῦς περιταμνόμενον ἠδ᾽ -- οἰῶν πώεα καλά &c. Odyß.λ. Quas syllabas Diomedes communes uocat. Cuius generis multæ paßim reperiuntur. Atq; hinc illa quoq; eadem ratione nonnulli defendunt:

Limina -vv quelau -- rusq; de -vv i.

ITEM.

Turniq; ca -vv nit Hyme -vv næos. Et similia, quòd eæ quoq; syllabæ dictionum finales, in arsi pedis ponantur, & speciem quandam cæsuræ præ se ferant &c.

De Scansione.

Vltimum accidens metri, scansio est. Ea est, qua certis spacijs seu dimensionibus uersum metimur. Dicuntur autem scandi uersus (quod Græci Grammatici βαίνειν uocant) metaphoricè, quia quemadmodum per scalarum gradus ascendentes uicißim mutamus pedes, ponendo atq; attollendo, ita & dum uersus scandimus, syllabas ac pedes alios deponimus, alios attollimus, ut suprà de arsi ac thesi dictum est.

Scanduntur igitur metra, alia quidem per Monopodiam, hoc est, singulis pedibus, in singulas dimensiones computatis, alia uero per dipodiam, hoc est, ut bini pedes, pro una dimensione accipiantur. Per monopodiam scan-

im scanduntur omnia Dactylica, Choriambica, Antispa stica, Ionica & Paeonica. In ijs enim singuli pedes sui generis metrum, hoc est, dimensionem unam perficiũt. Per dipodiam autem, Iambica, Trochaica, & Anapaesti ca. Nam in his bini pedes sui generis unum metrum faci unt, eoq; & Trimetra & Tetrametra in his uocamus, non quae tres, aut quatuor pedes tantũ habent, sed quae tres aut quatuor dimensiones, pedes uidelicet sui generis sex uel octo, à quibus ijdem uersus & Senarij & Octo narij appellantur. Addo autem sui generis, quòd non ignorem alios caetera metra omnia, praeterquam Dacty lica, per dipodiam siue combinationem scandi uelle, eo adducti, uidelicet, quòd compositi pedes, ut Choriam- bus, Antispastus & similes aequè in duos quisque sim- plices soluantur, atq; iambicae, Trochaicaeq; dipodiae. Id quod cum ex caesuris appareat, quae in hisce generi bus non post duos, uel tres pedes completos, sed post to tidem semipedes fiunt, tum ex eo quoque, quòd ipsos pedes, plerumque syzygias uocemus, quasi duorum pedum coniugationes. Et in Antispasticis dicamus pri mum pedem, quemlibet ex disyllabis esse posse, non in- tegrum Antispastum, sed alteram tantum partem eius intelligentes. Deinde, si pedes pentasyllabos & hexasyl labos recipiamus, eodem pacto, per monopodiam et- iam Iambica, Trochaica atque Anapaestica metiri pos simus, & caete.

Quae omnia quanquam cum certa ratione dicuntur,

nos tamen ad eos pedes respicientes, à quibus unumquodque metri genus appellationem sumpsit, pro eo, atque illi singuli, binive in unam dimẽsionem ueniunt, ita ipsa metra per monopodiam, aut dipodiam scandi censemus. ἀμαθέστερον fortaßis, sed tamen, ut puto, idem σαφέστερον rursus, & ad commodum atq; compendium discentium aliquanto etiam appositè magis, præsertim cum nihil quenquam uetet, hanc uel illam scandendi rationem sequi, & utro modo utaris, ijdem numeri, eædemq; dimensiones reddantur.

Porrò causam, cur Dactylica, quum sit pes simplex Dactylus, æquè ut Anapæstus, aut Iambus, per monopodiam potißimum scandantur, Aldus ex Terentiano talem affert, nempe: quòd quum Dactylus & Spondæus æquales temporibus sint, timendum non sit, quum singulis pedibus scandantur, ne metra ipsa alia, quàm Dactylica uideantur. Quòd si idem in Iambicis fiat, non Iambicum magis, quàm Heroicum uideri posse. Quæ ratio an satis idonea atq; sufficiens sit, alij uiderint. Versus Terentiani sic habent:

Heroicus quare pedes per singulos,
*At iste * binos scanditur, causam loquar,*
Spondæon etenim quia recepit impari
Tantum loco, uel Dactylum, aut contrarium
Secundo Iambum, nos necesse est reddere,
Qui sedis huius iura semper obtinet
Scandendo, & illic ponere assuetam moram,

* Iambi= cum intelligr.

Quam pollicis sonare, uel plausu pedis
Discriminare, qui docent artem, solent.
Si primus ergo pes eam sumet moram,
Vbi iam praeceptum est, subdere heroos pedes,
Versum uidebor non temere Iambicum.
Sed quia secundo nunquam iambus pellitur,
Moram necesse est in secundo reddere
Et caeteris qui sunt secundo compares,
Sic fit Trimetrus, qui fuit Senarius.

Horatius autem uidetur breuitatem morae, quae in Iambo est, in causa ponere, cur bini sumantur, cuius uersus sunt:

Syllaba longa breui subiecta, uocatur Iambus
Pes citus, unde etiam Trimetris accrescere iussit
Nomen Iambeis, cum senos redderet ictus.
Primus ad extremum similis sibi, non ita pridem,
Tardior ut paulò, grauiorq; ueniret ad aures,
Spondaeos stabiles in iura paterna recepit.

Quae ratio & Anapaestico conuenire potest. Est.n. & is pes mollis, & quasi dissolutus, καὶ διαλελυμένην ποιεῖ τὴν φράσιν, ut inquit Hephaestio. Sed haec aliorum iudicio relinquo. Nam mihi satis fuerit indicare, quid alij posuerint, aut senserint: non pronunciare, quid quisque rectè, aut secus affirmarit.

Caeterum ut & de nominibus, quibus circa scansionem crebrò utimur, nonnihil addamus, tradit Diome-

des, dipodiam propriè dici, cum idem pes geminatur, ut de Ditrochæo, Dijambo & similibus. Syzygiam autem, quando duo contrarij coniunguntur, ut in Choriambo, Antispasto, & Ionicis. Basim uero de Pæonibus tantum. Quæ differentia, quando à Grammaticis non ubiq; seruatur, nomenq; aliud pro alio subinde ponitur, nos quoq; non ita anxie obseruandam illam putauimus. et promiscuè omnes combinationes nunc dipodias, nūc syzygias uocamus, exemploq; aliorum, ipsa monometra qualia cunq;, bases interdum appellamus.

De figuris, quæ scansioni accidunt.

Accidunt autem scansioni: Synecphonesis, quæ & synizesis dicitur, dialysis, synalœphe, ecthlipsis, parelipsis, diplasiasmus, systole, diastole, & similes figuræ, quas diligenter obseruare oportet eum, qui omnis generis uersus ritè metiri uolet.

De Synecphonesi, ex Hephæstione.

Est igitur Synecphonesis, siue Synizesis, ut inquit Hephæstio, σύλληψις δύο συλλαβῶν εἰς μίαν, ἐν τῷ βαίνειν, hoc est, quando duæ uocales, syllabis diuisæ, in scansione pro una accipiuntur, ut

Η ὀυχ' ἅλις –υυ ὅττι γυ –υυ ναῖκας ἀ –υυ
νάλκιδας –υυ ὑπέρα –υυ πεύεις ––.

Et apud Virgilium.

Ferrei-

Ferrei -- q; Eumeni -uu dum thala -uu mi & dis -- cordia -uu demens --. In altero enim uersu ὖ, & ουχ: in altero, e, & i, pro una syllaba leguntur.

Dicitur autem Synecphonesis à σὺν, & ἐκφωνεῖν, hoc est, à simul enunciando, eò quòd duæ uocales simul hoc est, pro una enunciantur. Synizesis autem à uerbo συνιζάνειν, quod residere significat, & quasi in se coire, perinde ut spongia pressa in se coit, & ἐκ τινος μείζονος εἰς ἐλάττον συμπίπτει, ut idē Hephæstio ait.

Hæc septem modis à Græcis fieri traditur. At enim duæ longæ in unam longam coëunt, ut hic: Septē modi, quibus fit Synizesis. I.

Βουκολ' ἐ -uu πὶ ὄντεκα -uu κῶ, ὄντ' -- ἄφρονι -uu φωτὶ ἔ -uu οικας -u.

Vbi ει, & ου, pro una syllaba accipiuntur.

Et apud Ouidium 7. Metamor.

Dißimi -uu lemq; ani -uu mum subi -uu it pater -uu Æeta re -uu lictus -u.

Et in Epistolis.

Non hæc -- Æsoni -uu des, sed -- filia -uu Phasias -uu Æetæ -- &c. Nisi quis syncopam hic fieri malit, & pro Æeta Æta scribendum putet. Sic & apud Virgili.

Præben - sant sū -- stigia -uu
dextris --.

Et apud Lucanum, libro quarto.

Non deest -- prolato ieiunus uenditor aure. Quo pacto etiam, dehinc, deinde, proinde & similes uoces crebrò συνεκφωνεῖσθαι uidemus.

II. Aut duæ breues pro una longa ponuntur, ut

Νέας μὲν -- μοι κατέ -υυ αξε πο -υυ σεα
δάων ἐνὶ πόντῳ. Vbi ε, & α, pro una longa sumuntur. Sic apud Claudianum.

Theodosi -υυ us pri -- uatus ad -υυ huc &c. Et apud Lactantium in Phœnice.

Duodeci -υυ es un -- dis - irrigat omne nemus. Sic & apud Comicos, Terentium ac Plautum paßim reperies pronomina hæc: Mea, tua, sua, ea &c. pro una tantum longa in scansionem uenire.

Et uidentur eodem modo: nihil, quoque, & mihi, in unam syllabam interdum coire, tametsi hodie mî, & nil cum hoc modo ponuntur, pleriq; scribant.

III. Aut duæ breues pro una longa ponuntur, cuius rei exemplum Virgilianum illud fuerit, libro octauo Æneidos, ut

Semihomi -υυ nis Ca -- ci facies, quam dira tegebat &c. Et item illud Georg. 4.

Cœcropiumq; thymum, & graueo -υυ lentia centaurea.

Quanquam alij malint diuersas esse dictiones has, & per Synalœpham priorem uocalem excludi. Apud Græcos autem Sotadeum hoc citatur:

Ζεὺς

Σείωμ μελὶ – – υυ ηρ πηλιάδα – – υυ δέξιομ κατ' –υ–υ ὦμομ –υ Vbi ι & α in πηλιάδα pro una, eaque breui syllaba legenda sunt. Sic & in illo Praxilleo, quod uulgo citatur.

Ἀλλα τεὸμ –υυ οὔποτε –υυ θυμόμ ἐ –υυ νίση – – θεοσιμ ἐ –υυ πείθειμ –υ. τὸ τεὸμ unica syllaba breui efferendum.

Aut breuis & longa in unam longam coeunt, ut IIII.

Πλέωμ ἐπὶ –υυ οἴνοπα –υυ πόντομ –υ. Vbi τὸ πλέωμ pro longa una ponitur, & apud Vergilium 4. Georg.

Seu len – – to fue –υυ rint al – – ucaria –υ uimine –υυ texta. Vbi e, & a, in aluearia una longa sumuntur. Item 7. Aeneidos.

Pro Centum ae – – rei clau – – dunt uectes aeternaq; ferri

Robora &c. Vbi e & i. breuis altera, altera longa, pro longa una sumuntur.

Freques hic modus est et apud Comicos Latinos, ubi crebro inuenies. Meo, Tuo, Suo, Eo. Meorum, Tuorum, Suorum, Eorum. Eis, Eos et similes uoces ad hunc modum συνεκφωνεῖσθαι. Item uerbum Scias quoque, & uerbum fuisse, & alia complura, ut in Andria:

Scias pos – – se habe υ– re iam i υ– psum suae – – uitae – – modum υυ. Vbi & Scias & Suae una syllaba efferenda. Et in eadem Scena.

Id gra – – tum fuis – – se aduer – – sum te

habe –uu o gra –– tiam uu. Vbi u, & i, in uerbo fuisse pro una longa sumendæ. Atque huc pertinent & Huic, Cui, Dijs, & similia, cum in unam syllabam contrahuntur, quod eò addo, quia & dissyllabicôs posita reperiuntur, ut apud Martialem lib. 11.

Collatus cu –––u i gallus est u–u– Priapus.
Hendecasyllabum Phalecium est. Vbi illud quoque notandum, posteriorē in Cuī correptam poni, quod ipsum quoque rarum est. Et apud Manilium lib. 4.

Sic erit –uu & sc –– des fugi –uu enda, pe –uu tenda cu –uu ique –u.
Et Statius:

Lætus hu –uu ic do –– no uideas dare thura nepotes &c.

V. Aut eædem rursum, breuis uidelicet & longa in breuem scandendo coëunt, ut apud Homerum:

Δένδρεω ἐφ –uu ἑζόμε –uu νοι ὄπα –uu λειριό –uu εσσαν ἱ –uu ᾶσι –u. Vbi ε & ω in Δένδρεω pro una breui scandendæ sunt. Qui modus apud Latinos non ita frequens est. Nisi si quis in fine Hexametri Trochæum proprie locari dixerit, & ob id tale Vergilianum illud esse.

Vnius –uu ob no –– xam, & furi –uu as A –– iacis O –uu ilei –u. Item illud.

Depen –– dent ly –– chni laque –uu aribus –uu aureis –u. Sed uulgus Grammaticorum hanc mensionem uix feret.

Aut

Aut longa & breuis, pro longa una efferuntur, tale est. Δαίρων -- ἤγαλό -υυ ωμῆ -- ἐι νατὲ -υυ ρωμεῦ -υυ πέπλων --. Vbi δα longa & ε, pro una longa ponuntur, longum autem esse τὸ δα, probat τὸ.

Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς &c. Iliad. 6. Et:

Δᾶηρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε, Iliad. 3. ut & Hephæstio. Latinum autem exemplum habes apud Martialem:

Sunt Me -- cœna -- tes non -- deerunt -- Flacce Ma -υυ rones --. Vbi deerunt, διασυλλάβως legendum. Huc pertinent & uerbum præit, cum una syllaba effertur, & Reijce, fortaßis etiã illud, apud Vergilium. Vbi syllaba Re, quæ propter, i, inter duas uocales positum, perinde ut positione longa redditur, cum sequenti breui pro una longa ponitur, hoc modo:

Tityre -υυ pascen -- tes à -- flumine -υυ reijce ca -υυ pellas. Tametsi Priscianus hoc i, quamuis inter uocales positum, pro simplice littera poni dicat, eò quòd ipsa dictio composita sit. Hanc enim differẽtiam simplicis & duplicis eius facit, quando uidelicet dictionem incipit, ut Iuppiter, Iuno, & quando in medio ponitur ut Peior, Maior &c. Vide lib. 1. Præterea & apud Comicos. Eius, Huius, Cuius μονοσυλλάβως usurpata, ut in Adelphis.

Quod cũ -- salu υ- te eius si -- at ita -υυ sede -- fiti υ- garit -- uelim υ- Octonarius est Iambicus.

Et

Et in Eunucho.

Faciam ut uu– huius lo –u cidi –u eiq; –u meiq; –u memine uuu ris u. Trochaicus est, ut & praecedentes & sequentes in eadem scena. Scandendum autē est hic huius una syllaba, ut in superiori eius. Tametsi alij ecthlipsim in his & similibus fieri malint, de quo infrà dicetur.

VII. Aut rursum longa breuisq; pro unica breui. Cuius tamen modi exempla neque apud ipsos Graecos obuia adeò sunt. Hephaestio illud affert, quod suprà quoque citauit circa quintum modum.

Δένδρεω ε –υυ φεζόμε –υυ νοι – Volens τὸ ω in δένδρεω, & τὸ ε in ἐφεζόμενοι posse quoque in unam syllabam συνιζάνειν, siue residere, quod tamen alienius aliquanto uidetur. Atq; haec generalis collisionum earum, quae inter uocales fiunt, descriptio est, quae ut ex superioribus exemplis patet, non modo in eadem dictione, sed et in diuersis pari ratione siue figura apud Graecos fieri solent. Apud Latinos autem ferè in eadem tantum, qua ratione & Episynaloepha eadem à quibusdam appellatur, quasi dicas cōtinua synaloepha, seu quae cōtinue positis uocalibus accidat, de qua infrà dicetur.

Episynaloepha.

Caeterum & illud adijciendum, quòd haec siue Synecphonesis, siue Episynaloepha dicetur, non in omni uersu, neque etiam certa aliqua lege, aut necessitate metri fit, sed solum pro ea, quam sibi ipsi uoluntas & arbitrium componentis imposuit, quo nomine & ab ea, quā

Syna-

Synalœpham uocamus, differt, quod illam necesse est, ubique, & in omni metro legitime fieri.

De Dialysi siue Diæresi.

Contraria Synecphonesi, siue Episynalœphæ Dialysis est. Nam ut illa ex duabus syllabis unam facit, ita hæc unam in duas dissoluit. Vnde & nomen habet, est enim τὸ διαλύειν dissoluere atque distrahere. Sic ex disyllaba uoce Syluæ, Horatius trisyllabam fecit Syluæ, ut

Nunc mare –υυ nunc sylū –υυ æ. *Est enim Penthemimeris Archilochia, constans duobus Dactylis & syllaba. Sic apud Catullum. Soluit pro soluit ponitur, ut*

Quod zonam so –––υ lūit diu υ–υ– ligatā. Hendecasyllabum est. Sic denuq; apud alios Suāuis, Sueuus Suāsit, pro Suauis Sueuus, Suasit, positū reperies. Quo pacto & Aeoles digamma suum, in cuius locum u. consonans successit, aliquando resoluunt, ut in eo exemplo, quod Priscianus citat lib. 1. ex Alcmane.

Καὶ χεῖ –– μα πῦρ υ– τε δάϝ υυυ ιον υυ.

Dimeter Iambicus est Sic & apud Comicos aduerbium Iam, dissyllabum sæpe legitur ut in Asinariæ prologo. *Hoc agi –υυ te sul υ– tis spe –– cta to –– res nunc –– iām υ–.* *Et in Amphitr.*

Cadus erat ui – υυ–– ni inde impleui –––– cyrneam Ingres –υ–– su'st iām –υυ. Troch. Tetrameter Catalecticus est. Et apud Terent. Adelph.

Ego

ctionis concurrentes, prior à posteriore excipitur, & scandendo uelut absorbetur, ut

Quo quis -- que est ma -- ior, magis -uu est pla -- cabilis - uuiræ --. Vbi e, in quis que scandendo non effertur, sed à sequenti uocali quasi intercipitur. Sic &:

Serani -uu misui -- taest - crasti- na -uu uiue hodi -uu e -.

Vbi nec á finalis, in uita, neque e, in uiue, legitur. Est enim eadem ratio eorum uerborum quæ ante uocalem h á principio habent, quod ea aspirationis tantum nota sit, nec magis pro litera censenda, quàm numerorum figuræ, ut Priscianus ait, quæ ipsæ quoque in uersu inter alias literas scribuntur: potestatem autem literarum non habent. Quanquam interim poëtæ illa ita utantur ut non immerito pro consonante posita uideri queat, de qua re infrà latius dicetur. Hæc uocalium elisio non in carmine modo apud Græcos, sed & in prosa oratione fit. Sed tamen quoties fit, uocalis ea, quæ interimitur, etiam scribendo omittitur, & pro eadem apostrophi nota superne ad finem dictionis signatur, siue hoc simpliciter, siue etiam per Synæresim, aut κρᾶσιν fiat. Simpliciter, ut

ὃς κακὰ -υυ πόλλ' ὄρ -- δεσπερὸσ' -υυ ὃυ σύμ -- παντες οἱ -υυ ἄλλοι.

Per Crasim, ut

ᾧ' πόλ

ὠ᾽πόλ -- λωνὸυ -- πάντιφα -υυ ἐ-
νεϊ -υυ, ἀλλ᾽ ὅλις -υυ ἐσθλός -υ. Hic enim ὠ᾽πόλλων pro ὁ ἀπόλλων positum. Hinc puto & Hephæstio, ubi de differentia inter Synalœpham et Synizesim loquitur. ἡ μὲν γὰρ, inquit, ὡς γράφεται οὕτω καὶ ἐκφωνεῖται, ἡ δὲ συνίζησις οὐχ ὡς γράφεται ἐκφωνεῖται. ἀλλ᾽ ἐν τῷ βαίνειν τὰς δύο συλλαβὰς ὁμοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ μέτρου θεραπείας συνεκφωνοῦμεν. διὸ καὶ συνίζησις λέγεται. Ad quod exemplum & Latini, ut adhuc in quibusdam Terentianis & Plautinis æditionibus uidemus, pro uidésne, Viden'. pro factum est, factu'st, pro opus est, opu'st, & similia scripsere, quod in his quoque elisiones τῶν S. M. & E. fiant. Et sunt qui eandem scribendi rationem etiam in cæteris retinere uoluerint.

Porrò ut suprà quoq; meminimus, hanc elidendi rationem in Latino Carmine ubique obseruari ac fieri necesse est, adeò, ut si quis eam negligat, & huiusmodi uocalium concursus & hiatus liberos permittat, is uicio composuisse iudicetur. Exceptis O. & Heu, & similibus. Cum ijs enim, siue quia dictiones Monosyllabæ, ut quidam caussam afferunt, siue quia Interiectiones sunt, quæ ratio magis probabilis est, quòd affectuum notas & uoces manifestò exprimi atque accipi conueniat, nulla sequentis uocalis collisio fit, præcipuè in Heroico & Elegiaco carmine. Vt apud Horat.

O & præsi ---υ dium & dulce υ--υ de-
cus

decus meum υ-υ-. Et apud Verg.

Te Cori -υυ donò A -υυ lexi,tra -υυ bit sua quenq; uoluptas. Vbi etiam corripitur. Sic & .

Heu, ubi -υυ pacta fides. apud Ouidium tertio Fastorum &.

Heu,ubi -υυ nunc furiæ, apud Statium quinto Theb. Sistitur enim quodammodo oratio, ad exclamationem & affectum, & quasi quiddam nouum expectatur. At secus fit in Græcis uersibus. Ibi enim omnes uocales per se syllabas faciunt, exceptis quæ per Synecphonesim colliduntur, aut per apostrophum scribendo quoque, non tantum scandendo omittuntur, ut

Μῆνιν ἄ -υυ ειδεθε -υυ ὰ πει -- ληϊά -υυ δεω Αχι -υυ λῆος -υ. Vbi δεω, quæ per synizesim, δω legitur, per se syllabam facit, utcunq; uocali sequente. Sic & in,

Ἄνδρα μοι -υυ ἔννεπε -υυ μοῦσα πο -υυ λύτροπον -υυ ὃς μάλα -υυ πολλὰ -υ.

Vbi μοι diphthongus quoque, sequente uocali, per se pronunciatur. Vbi illud quoque notandum, quòd eadem & pro breui syllaba ponitur, contra naturam diphthongorum. Id quod familiare Græcis est, apud quos omnis longa uocalis, aut diphthongus cõmunis redditur, dum uocalis alia sequatur. Quod exemplũ et Latini interdum secũti sunt. Ita enim & apud Vergiliũ legimus. *Vocalis longa aut diphthongus ante aliam uocalem corripitur.*

Sudibusque præ -υυ ustis: in eadem dictione, & in diuersis.

Insulæ -uu Ioni -uu oinmag -- no &c. ubi diphthongus æ propter sequentem uocalem corripitur. Et apud eundem.

Credimus -uu anquia -uu manti -- psi sibi -uu somnia -uu fingunt --. Vbi, Qui, quod natura, uocalem longam habet propter sequentem breue ponitur. Ad quem modum & apud Terentium positum aliquoties reperias. Vt in Andr.

Hocquid sit, om --u- nes qui amant graui -u u-uu ter sibi dari -uuu-- xorem ferunt --u-. Tetrameter est Iambicus, ubi tertio loco qui, pro breui syllaba accipiendum absque elisione. Nam alioqui Trochæus incideret, ab hoc genere alienus. Et in Heauton.

Eho quæso lau uu--- das qui heros fil -uu-- lum in loco --u- &c. Vbi eodem numero ante heros, per se syllabam breuem facit. Sic me & te & pro, quoq; positum apud eũdem sæpe uidemus, ut in Eunu.

Dies noctes u--- q; me ames, me uuu-- desideres --u-. Et in Adelph.

Qui te amat plus -uu-- q̃ hosce oculos, sed -uu -- cur non domum --uu &c. Et in Heauton.

Quas pro a -uu limen u- tis ef -- se nunc u- duco -- datas u- &c. De qua re, ut & de cæteris comicorum elisionibus, alijsque figuris ad scansionem pertinentibus, multa copiose ac diligenter annotauit Ioan. Riuius in castigationibus, quas

in Terentij lectionem nuper ædidit. Quamquam ijdem poëtæ Latini, uocales diuersarum dictionum, etiam seruata cuiusq; natura siue quantitate, absq; elisione sæpenumero continuarunt, quam rem Romanus complosionem uocare solet, ut rursum τὴν συναλοιφὴν explosionem. Quod ipsum quoq; imitationi Græcorum, aut certè poëtarum licentiæ atque authoritati attribuendum, qui maiorem interim rationem sonoritatis, atque aurium habuere, quàm præceptionum & legum Grammaticarum. Ac tale est.

Et suc -- cus peco -uu ri, et -- lac sub -- ducitur agnis &c. Tale item:

Et ue -- ra incess -- su patuit -uu it dea -uu ille ubi -uu matrem &c. Et rursum.

Amphi -- on Dir -- cæus in -uu Actæ -- o Ara -uu cantho. Et apud Ouid.

Iacta -- ri quos -- cernis in -uu Ioni -uu o im -- menso. Et id genus alia prope infinita. Nec non & illa in quibus sequens uocalis, aspirandi notam ante se habet, ut

Posthabi -uu ta colu -uu isse Sa -uu mo hic -- illius -uu arma. Et:

Clamas -- sent, ut -- littus Hy -uu la Hyla -uu omne so -uu naret. Et apud Iuuenalem:

Si fur -- displice -uu at Ver -- ri, homi -uu cida Mi -uu loni &c. Cuiusmodi multa & apud Comicos quoq; reperiuntur, ut apud Terent. Eunu·

Alio vu- pacto ho -v neste -- quomo -v do hinc -- abeam vu- nescio -v- Item in Hecy.
Hecyra est vu- huic no -- men fa -- bulæ, v- hæc cum -- data est v- &c. in quibus tamē nonnulli h, consonantis uicem sustinere uolunt. Vt et in eo quod uulgo ex Iuuenale citatur, Satyra 9.

H, pro cō sonante.

Viuen -- dum re -- cte est, cum -- propter -- plurima -vu, tum his --
Præcipuè causis, Sic enim & hodie pleriq; legunt, tametsi Despauterius, authoritatem Badij secutus scilicet. Tum de his, legēdum censebat. Item in eo, quod ipse Despauterius ex Claudia. citat.

Nec uaga -vu Hunno -- rū feritas etc. primo de lau. Stil. Quæ si rectè utrunq; legitur, certè eiusmodi sunt, ut nulla propè alia ratione defendi posse uideātur, q̄ si h, consonantis loco positum accipiamus. Nam superiorū pleraq; etiam cæsura defendi posse multi putant, quòd illa non solum syllabam communē faciat, sed et propter commatum suspensionem, uocaliū concursus, siqui incidunt, quodammodo expleat & complanet. Et ipsi hyatus huiuscemodi, uirtutis uicem interim sustinēt, uersumq; pleniorem, ac numerosiorem aliquanto reddunt. Quæ res ad aurium iudicium propriè pertinet, quo & hæc, & alia multa, quæ alioqui à Grammaticorū regulis & communi consuetudine abhorrent, dignoscere ac dijudicare oportet. De quo si quis plura uolet, Pontani Accium uideat, qui copiosissime pulcherrimeq; de tota hac

ta hac numerorum ratione disputauit. Cæterum adeò multus huius figuræ usus apud poëtas passim est, ut non solum in diuersis dictionibus illam admittant, sed & in diuersis uersibus. Quod quidem bifariam fieri solet. Aut enim uersus Hypermeter est, hoc est, syllabam aliquam, supra iustum dimensionum numerum habet, eamq; cum sequentis uersus principio collidit. Aut uersus sequens, προκέφαλος est, id est syllaba aliqua à principio abundat, quam cum fine præcedentis connectit: prioris exemplum est.

Synalœpha in diuersis uersibus.

Omnia -vv longæ -- no simi -vv lis uul -- tumq;, co -vv lorem -- q; -

Et cri -- nes al -- bos, & -- sæua son -vv oribus -v v arma -v. Nam, Que, in fine prioris uersus, cum Et, principio sequentis, colliditur. Tale est & apud Ouidium 12 Metamor.

Barba erat -vv incipi -v v ens bar -- bæ color -vv aureus -vv aurea -vv q;

Ex humc -vv ris medi -vv os coma -vv depē -- debat in -vv armos -- Posterioris autem exemplum, illud in Prologo Eunuchi est.

Qui male uerten -vv -- do & eas descri vv -- bendo male --v-

Ex Græcis bonis --v- Latinas nō ---- fecit bonas --v-. Nam hic τὸ Ex principium posterioris uersus, cum fine prioris connectendum. Simile est & Horatianum illud.

Labitur ri – υ – – pa Ioue nō –υυ– probante V –υυ xorius a –υυ– mnis υ &c. De qua re suprà quoque, circa depositionem nonnihil meminimus. Atque hactenus de Synalœpha.

De Ecthlipsi.

Vicina Synalœphe Ecthlipsis est. Vt enim illa uocales, ita hæc consonantes elidit. Dicta ab ἐκθλίβειν, quod elidere, siue excludere significat. Fit autem Ecthlipsis quando dictio aliqua in M exit, & sequens à uocali incipit. Nam ibi tum M, eliditur, & uocalis præcedens à sequenti, uti supra, per Synalœpham absorbetur, ut apud Persium.

O cu – – ras homi – υ υ num, ò quan – – tum est in – – rebus i –υυ nane –υ. Nam M finale in hominum eliditur, ut & in quantum, & uocales V & O, item V & E, altera ab altera absumuntur. Sic & apud Verg.

Lori – – cam con – – sertam ha – – mis, au – – roq; tri –υυ licem. Vbi, tā, et ha, tertio loco pro una syllaba in scansione efferuntur. Nā quod suprà de aspirationis nota dictum est, idem hic quoq; ualere intelligendum est. Hæc figura Græcis in usu non est. Neq; enim ullum uerbum apud illos in M. desinit, apud Latinos autem ita frequēs, ut quemadmodum suprà de Synalœpha dictum est, non modo eiusdem uersus, sed etiam diuersorum dictionibus accidat. Vt in hoc exemplo.

Aut

Aut dul -- cis mu -- sti Vul -- cano --
decoquit -υυ humo -- rem.

Et foli -υυ is un -- dam &c. Apud Virg. in Geor. *Nam syllaba rem, quæ in fine prioris uersus abundat, cum initio sequentis connectenda est. Est autem hic quoque more & exemplo poëtarum receptum, ut quoties in eodem uersu dictio aliqua in m, exit, & sequens á uocali incipit, elisio hæc semper ac necessariò fiat, eodem pacto ut suprà* Synalœpha. *Proinde si quando diuersa ab hoc exempla inueniuntur, licentiæ poëticæ, aut imitationi uetustatis ascribenda sunt. Nam uetustißimi, ut inquit* Priscianus, *hanc literam non semper subtrahebant. Cuius rei idem exemplum hoc* Ennij *citat ex 10.* Annalium.

Insignita ferè tum millia militum -υυ octo.
Duxit delectos, bellum tolerare potentes.

Cuiusmodi & apud Lucretium *multa inuenias, ut hoc libro primo.*

Nam si tantundem est, in lanæ glomere, quantū est.
Corporum -υυ in plum -- bo est, tantundem pendere par est. *Vbi quidam pro lanæ glomere, pondere legunt (ut hoc obiter addam) quod illud quantitati parum respondeat. Item hoc quod paulò pòst sequitur.*

At con -- tra graui -υυ us, plus -- in se
-- corporum -υυ esse -υ
Dedicat, & multo uacui minus intus habere.

Ad quem modum & apud Terentium *multi uersus*

leguntur, ut in Eunucho.

Primum i -- stam, quam ha -uu bes, un --
de habes u- uestem -- taces? u-. Et rursum.

Vnâ i -- re cum a uuu mica im -- pera
u- torem in -- uia u-. *Vbi in utroque metro secunda regione, quam, & cum, absque elisione proferenda sunt, nisi Trochæum & Pyrrhichium admittere uelis, pedes ab Iambico genere alienos.* Item apud Plautum hæc in Amphitryone.

Illius quam a ---uu mat, igitur de -uu--
mum omnes scient --u-. Et:

Redigetam i uuu-- quam in concor u---
diam coniugis --uu. Per Synecphonesim, I, & A, in concordiam, sub una syllaba elatis.

S. *Porrò apud ueteres etiam S. elidi solebat, idque non tantum uocali, sed etiam consona sequente. Sic apud Lucretium legitur.*

Vsque adeò largos haustus de fontibus -uu
magnis
Lingua meo suauis diti de pectore fundet.

Et apud Manilium.

Taurum Cytheræa tuetur.
Formosos Phœbus geminos Cyl -- lenius -uu
cancrum. Quo modo & apud Homerum elisum inuenias, ut

ἡ μὲν -- δὴ μάλα -υυ πολλὰς μά -υυ
χας εἰς -- ἤλυθον -υυ ἀνδρῶν --. Iliad. 2.

Quod

Quod exemplũ & à Diomede citatur, libro secundo, de communibus syllabis. Ad quod exemplum etiam Ho*ratianum illud quidam referunt,* Regis o -uu pus, ste ri -uu lisque di -uu u palus -uu aptaq; -uu remis &c. Apud Virgilium autem, sequente uocali, & cum collisione præcedentis uocalis, ut

Inter -- se coi -uu isse uir -uu os, & de -- cernere -uu ferro --.

Hinc apud Comicos, uin' pro uis ne, & Viden' pro uides ne, & similia. Item

Herus me uu- reli u- ctis re -- bus ius -- sit Pam -- philum. uu. Vbi s, in herus abijcitur. Et Nec magis -uu composi -uu tum quis -- quam, nec -- magis e uu- legans u-. Vbi τὸ magis eliso s, effertur. Vt alibi & minus, & opus, & alia huius generis nõnulla. Erasmus autem etiam in media dictione, nõ in fine tantum elidi s, apud Comicos uoluit, cuius rei exemplum citat illud ex prologo Andriæ:

Id isti uitupe uu--uu rant factum, atq; in e --- uu o disputant --u-. Vt sit Anapæstus à principio Quanquam idem uersus etiam per elisionem τοῦ d, scandi posset. Nam & d, elidi, ut in quid, & sed, apud Comicos solet, ut idem autor tradit, in ijs, quæ de metris Comicis annotauit. Cuius exemplum illud in Eunucho fuerit: D.

Quicquid hu -- ius fa -- ctum est, cul -- pa non -- factum est -- mea u-. Item illud.

Quid igna -- ue pe υ- niculón -- pugna -- re qui i υ- flum huc por -- tes co -- gitas, υ-. Vbi & per syncopam τὸ u, in peniculo inciden dum, ut aliàs sæpe in periculo quoq; & paululo, & similibus. Quod idem tamen & in eadem dictione aliquando fieri apud eundem poëtam uidetur, ut in Adel.

Res apparet ---υ & quidem porrò hæc ---- obsonare ---υ cum fide -υ-.

Et in eadem scena.

Optumam quidem -υ-- mulierem, & quidem υυυ-- tuo nepoti huius -υ-- filio -υ-. Vbi & tuo uxa syllaba, & huius, per synizesim efferendæ. Sunt enim Tetrametri Trochaici Catalectici. Eadem igitur ratione puto & Martialem mediam in uoce Smaragdi corripuisse, lib. 5. ubi legitur:

Sardoni -υυ chas Smara -υυ gdos, ada -υυ mantes, Iaspidas uno.

Portat in articulo stella, Seuere, meus. Nisi quis malit παρέλλειψιν hanc esse.

Eliditur autem & u, quoties consonantis uim habet, in media tamen dictione ferè, ut in uerbis: Enimuero, & Inuidia, ut in And. scen. tert.

Enimue υυ- ro Da -- ue nihil υυ- loci est υ- segnuti -υυ æ neq; -υυ socor -- diæ υ-.

Et scena prima.

Sine inuidi υυυυ a lau -- inueni -υυ as, & a -υυ micos -- pares υ-.

Vel

Vel ut Prisciano placet.

Sine inui υυυ dia lau -- dem inuenias &c. Vt sit Tribrachus à principio. Quale item & Catulli illud uidetur esse de coma Berenicis, ubi eadem consonans u, in uerbo iuui, per elisionem absorbetur, ut

Non ita me diui, uera gemunt, iuue -υυ rint. Pro quo tamen alij, iuērint, per syncopen, exempta u, litera, scribere malunt: Ad quem modū & Aldina æditio scriptum habet.

Cæterum apparet hanc elidendi rationem τοῦ u, cum pro consonante ponitur, à Græcis sumptam esse, apud quos Æoles eodem modo τὸ F, digamma in uersu interdum pro nihilo, ut ait Priscianus, acceperunt, cuius exemplum ipse hoc adducit:

Αμμες -- δ'Fειρὴ -- παντοθε -υυ οἱ τοὶ -- δ' ὤμοσαμ -υυ Fαιέρ.

Huc referunt & collisiones illas quidam, quæ fiunt cum pronomina, eius, huius, cuius &c. una syllaba in uersu efferuntur, de quibus suprà dictum est. Atq; hæc de Ecthlipsi Grammatici prodidere.

De Parellipsi & Diplasiasmo.

Cognata Ecthlipsi Parellipsis est. Nam ea quoque consonantes elidit, sed quæ geminæ, & in medio dictionis ponuntur. Hoc pacto crebrò eliditur l, in ille, & quæ ab eo descendunt, ut apud Terentium in Andria.

Pro

Pro uxo -- re habe υ- hanc pere -υυ gri-
nam ego il -υυ ludse -- dulo υ-:

Et in Eunucho.

Manen υ- dum est so -- lis ine il -υυ la,
quid -- tum po -- stea υ-. &c.

Sic apud Homerum saepe legimus Ἀχιλεὺς unico λ, ut in principio Iliadis.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδ -υυ εω ἀχι -υυ λῆος -υ. Sic & Ὀδυσεὺς uno σ, & alia, quae quisque per se facilè obseruabit.

Dicta autem Parellipsis uidetur, quasi praetermißio quaedā à παρελείπειν, eò quòd consonans altera quasi praeteritur & omittitur.

Diplasiasmus. Huic contraria est Diplasiasmos, ἀπὸ τοῦ διπλασιάζειν, hoc est, geminando, appellata. Haec consonantes geminat, quae alioqui simplices ponendae erant, ut

Relliqui -υυ as Dana -υυ um, atq; immitis Achylli, pro Reliquias. Et

Relligi -υυ o pepe -υυ rit scelerosa, atque impia facta, pro religio. Apud Lucret. lib. 1. Sic & pallatia, pro palatia, & pallatinus pro palatinus, apud Martialem crebrò legitur, ut lib. 8.

Qui Pal -- lati -- nae caperet conuiuia mensae.
Ambrosiasq; dapes, non erat ante locus &c.

Haec Graecis frequens in usu est, apud quos crebrò τὸ σ geminatur, ut

Ὀρινάς μοι θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι. Apud Home-

Homerum Odyß. libro octauo. Et

Ὅσσοι νῦν βροτοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες.

Ibidem. Pro ἔασι, & ὅσοι. Sic & pro ἔλαβε, ἔλλαβε, & pro ὁπότεροι, ὁππότεροι, & pro ὅτι, ὅττι, & id genus alia apud eundem sæpe leges.

De Systole & Diastole.

Non raro autem accidit, ut & uocales breues pro longis, in uersu accipiendæ sint, & rursum longæ pro breuibus, quorum hoc Systole uocatur, ἀπὸ τοῦ συστέλλειν uidelicet, quod est corripere: illud autem Diastole, ἀπὸ τοῦ διαστέλλειν, quod dirimere atq; distinguere significat. Exemplum Systoles est, in caue, uide & similibus, quoties e, breui ponuntur, ut apud Ouidium in Tristib.

Tu caue –υυ defendas. Et apud Persium.

Auricu –υυ las uide –υυ sis ne –– maiorū tibi fortè

Limina frigescant &c. Sic apud Comicos, & mane, & abi, & alia quædam correpta inuenies.

Diastolen autem esse uolunt Aene. 1. in uoce Italia, cum prima longa ponitur, ut

Itali –υυ am fa –– to profu –υυ gus &c.

Nam natura breuem esse ι, τοῦ ἰταλῶ, Grammaticorū uulgus perhibet. Sic & apud Homerum Αἴολος me dia longa, semel atq; iterum ponitur, ut

Βῆν δ' ἐς –– Αἰο –– λου κλυτὰ –υυ δώ ματα

μετα. Odyß. decimo. Sic & apud Comicos Susplatio, i, longa ponitur, pro quo tamen alij suspectio scribunt, sed de eo infrà uidebimus.

Porrò apud Comicos & syncope nonnunquam facienda est inter scandendum, ut in dictionibus Paululũ, periculum, tabernaculum, & similibus, ut apud Terentium in Eunucho.

Quid fe -- ceras υ- paululum -- quiddam, ebo -υυ paululum im -- pudens. Est enim Trimeter Iambicus. Et in Andria.

Quis cis -- ergo i -- stuc nisi -υυ pericu υ- lum fe -- ceris υυ. Et apud Plautum in Amphitryone.

Quid fecisti im ---- tabernaculo ---- uictus sum, si ---- dixeris -υυ. Trochaicus est Tetrameter Catalecticus.

Atq; hæ figuræ ferme scansioni accidunt, quas qui diligenter obseruarit, is facilè cuiusuis generis uersus metietur.

FINIS PRIMI LIBRI.

DE SYLLABIS ET EARVM QVANTITATE LIber secundus.

PErsecuti hucusq; sumus pleraq; illa, quæ de generibus & compositione metrorum à Grammaticis traduntur, idq; quoad fieri potuit, compendiose ac breuiter, reliquum est, ut & de syllabis & earum quantitate, eodem modo præcipiamus, ut quia non statim cuiusq; dictionis exempla, cuiuis, præsertim incipienti, occurrunt, habeat hinc quoq; studiosus puer, quo se à principio sustentet, & quasi in cortice, quod dici solet, natare discat. Quanquam igitur inter Latinos, quod sciam, nemo plenius, aut copiosius, de eadem hac re, quicquam hactenus ædiderit, quàm Ioannes Despauterius Niniuita, & quicquid huius rei est, ex eodem & rectè & sufficienter cognosci potuerat, quia tamen discentem, librorum uarietate distrahi noluimus, & quædam etiam illic sunt, quæ meliore compendio tradere licebat, ex illo quidem quæ ad nostrum instituum pertinerent, transferenda, cætera autem aliunde ut quicq; commodum maximè fuerit, addenda censuimus. Atque hoc, ut ab initio proposuimus, eo ordine, ut uidelicet priore hoc libro syllabas, quæ generali aliqua ratione, & ex Analogia cognosci possunt, persequamur,

In posteriore autem, regulas, quas uocant speciales, à Despauterio iam antè collectas, à nobis autem nunc denuo restitutas atq; emendatas commemoremus. Qua quidem in re neq; ullum sua laude fraudatum, aut nobis, quod alterius operæ ac diligentiæ fuisset, adscriptũ uolumus: sed ut in superioribus fecimus, ut neq; Hephæstionem, neq; cæteros, à quibus aliquid sumpsissemus, dißimulanter præteriremus, eodem pacto hic quoque uniuscuiusq; nomen ac titulum pro eo atq; ab hoc, aut ab alio quopiam mutuati erimus, apponemus.

Proinde, ut ad rem ipsam ueniamus, quia omnis syllaba literis constituitur: Ipsæ autem literæ, aliæ uocales, aliæ consonantes: Et rursum, ex consonantibus aliæ mutæ, aliæ semiuocales, aliæ liquidæ, aliæ duplices dicuntur; Principio diuisionem literarum, & earum potestates breuiter subijciemus.

De literis & earum diuisione.

Sunt igitur literæ apud Latinos, in uniuersum, uiginti duæ. A, B, C, D, E, F, G, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z. Nam H, aspirationis nota solum est, & nihil aliud habet literæ, nisi figuram, ut Priscianus ait. Tametsi sunt, qui hanc quoq; consonantis uim obtinere interdum uelint, uidelicet, quoties in uersu uocalem finalem, absq; collisione præcedentis syllabæ, sequitur, de qua re superiore libro dictum est.

Diui-

Diuiduntur autem hæ literæ principio in duas species: in uocales & consonantes.

Vocales uocantur, quæ per se solæ uocem siue sonum reddunt. Consonantes autem, quæ non nisi uocalibus additæ, sonant.

Vocales sunt Latinæ 5.	A E I O V

Et Græca Y, qua in ijs dictionibus Latini utuntur, quæ Græcam origmem habet, ut hyems, sylua &c. Sunt enim hæc ab ὕω, & ὕλη, deducta.

Atq; hæ omnes natura sua communes sunt, hoc est, alibi producuntur, alibi corripiuntur, secundum quòd sequentis literæ potestas ac uis requirit, ut & apud Græcos tres illæ, quæ ob id δίχρονοι dicuntur, hoc est, duorum temporum. A, I, & Y psilon.

Porrò ex uocalibus diphthongi fiunt, quarũ apud Latinos quatuor quidem numerantur: AE, OE, AV, & EV. Quibus & antiqua EI, superadditur: Duæ autem tantum genuinam ac propriam pronunciationẽ retinuere, AV, & EV, uidelicet, ut Pauper, Neuter &c. Nam cæteræ scribuntur quidem, ut Cœlum, Sphæra, & Eitur, proferuntur autem non aliter atq; uocales simplices E, & I, longæ.

Consonantes rursum in duas species diuiduntur, in

Mutas & Semiuocales. Mutas uocant, non quæ omnino mutæ ſunt, aut uocem nullam habent, ſed quæ exiguam partem uocis habent, & comparatione cæterarũ, quaſi mutæ uidentur, ut Priſcianus inquit, perinde ut mulier informis, non quæ nullam formam habet, ſed quæ malè formata eſt, dicitur. Semiuocales autẽ, quæ plus quiddam, quã mutæ ſonant, et ad uocales propius accedũt, plenam tamen uocem non habent, ut & ſemiuiros & ſemideos dicimus eos, qui uiri, uel dij pleni, atq; perfecti non ſunt, ad uiros tamen uel deos parte quadam ſui accedunt.

Mutæ nouem ſunt
- B, P, F,
- C, G, K, Q.
- D, T.

Semiuocales ſeptem.
- L, M, N, R — *Quæ & liquidæ dicuntur, eò quòd poſt mutas in eadem ſyllaba poſitæ, modo longam, modo breuem illam faciunt, ut Priſcianus ait.*
- X, Z — *Quæ eædem & duplices, eò quòd duarum conſonantium uim habent, dicuntur. Nam X, idem quod Gs, uel Cs, ualet, id quod ex Declinationibus patet, & Z, plerunq; per duo Ss redditur, ut in patriſſo, græciſſo, & ſimilibus.*
- S.

Atque

Atq; eadem ferè diuisio Græcarum literarum est, quæ numero uiginti quatuor sunt.

Vocales septem uidelicet,
- Ε, Ο — Quæ duæ breues semper sunt.
- Η, Ω — Quæ duæ semper longæ.
- Α, Ι, Υ. — Quæ tres δίχρονοι, hoc est, in alijs longæ, in alijs breues ponuntur.

Ex his diphthongi.
- Propriæ quidem sex: αι, ει, οι, αυ, ευ, ου
- Impropriæ totidem, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ωυ, υι — Quæ impropriæ eò dici uidentur, quòd & à proprijs in declinatione et cõiugatione uerborum nascuntur, neque propriam diphthongorum pronunciationem, ac sonum omnes retinēt.

Consonantes autem

- Mutæ nouē, uideli cet,
  - B, Γ, Δ — Quæ mediæ dicuntur, quòd quasi mediæ inter tenues & aspiratæ sunt.
  - K, Π, T — Quæ tenues dicuntur, eò quòd ab aspiratione dictæ sunt.
  - Φ, X, Θ — Aspiratæ.
- Semiuocales octo.
  - Λ, M, N, P — Quæ cædē & immutabiles, quia in declinationibus & coniugationibus non mutantur, & liquidæ, ut suprà, uocantur.
  - Ψ, Ξ, Z — Duplices: ualet enim Ψ, πσ uel βσ. Ξ, γσ, uel κσ. Z, σδ.
  - Σ — Quæ μοναδικὰ, & sui iuris appellatur.

De syllabis & quæ ijsdem acidunt.

Ex his igitur literis syllabæ fiunt. Est autem syllaba propriè duarum aut pluriū literarum comprehensio, sub uno accētu, & uno spiritu prolata, ut ab, abs, seps, stirps &c. ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν, hoc est, à comprehendendo dicta. Quanquam impropriè & una litera, cū per

per se uocem edit, syllaba dicatur, ut A, E, O, *&c.*

Accidunt autem syllabæ: Tenor, Spiritus, *&* Tempus. Tenor *est uoculatio illa, qua syllaba uel eleuatur, uel deprimitur, uel cum mora quadam effertur, quorũ primum illud, accentus acutus: secundum, accentus graui: tertium, accentus circumflexus uocatur.* Et *apud* Græcos, *acutus accentus, siue tonus hac nota ´ supra uocalem syllabæ notatur, ut* λόγ☉. *Grauis hac* `, *ut* θεὸς. Circumflexus *autem nota ex acuto et graui composita, hoc modo:* ˜ *ut* χρῆμα, τοῖχ☉ *&c.* Latini *autem negligentiores in his signandis, atq; inscribendis semper fuere.* Vnde *nullos ferè syllabis tonos apud* Latinos *inscriptos uidemus, præterquam his, quæ differentiæ causa alicubi notantur, ut in* Ergô, *adeô & similibus.*

Spiritus *est, quo syllaba alia leniter, alia aspere pronunciatur.* Leniter, *ut a, in amo: aspere, ut ha, in hamus.* Apud Græcos *uterq;* Spiritus *suã notã inscriptam syllabæ habet: lenis hãc* ᾿, *ut* ἴσμ, ὕδωρ: *asper hanc* ῾, *ut* ὅρος ὁδ☉. Latini *autem solum asperum signant, ea figura uidelicet, quam aspirationis notam suprà diximus, ut* Homo, Hora *&c.*

Tempus *syllabæ efferendæ mora est, nam syllaba alia breui mora, alia longa, alia indifferenter breui, uel longa effertur.*

Proinde *& syllabæ aliæ breues dicuntur, aliæ longæ, aliæ communes.* Breues *syllabæ sunt, quibus singula tempora tribuuntur, hoc est, á quibus breuiori mora*

facta, ad sequentes efferendo transimus. L*ongæ autem, quibus bina tempora tribuuntur, id est, in quibus alterum tantum, quantum in breui efferẽdo moramur. Communes autem dicuntur, quæ uel natura sua tales sunt, ut nunc corripi, nunc produci poßint, uel authoritate ueterum poëtarum utroq; modo usurpantur. Natura communes sunt, in quibus uocalem breuem muta cum liquida sequitur, ut pa, in patres, et ne, in tenebræ. Authoritate autem uariamur* Diana, Britannus, Italus, Hymen, *liquor, & similia, de quibus infrà dicetur. Atq; hæc syllabarum, temporũq; diuisio, in præsens sufficiat. Neq; enim hic curiosam illam nimiumq; subtilem quorundam distributionem sequi necesse est, qui breui syllabæ tempus unum: communi unum & semis: longæ siue positione, siue natura tantum, longa fuerit, duo: lõgæ natura, quã consonans simplex sequitur, duo et semis: longæ natura, quã duæ cõsonantes sequuntur, tria aßignant: sed satis fuerit, scire, quæ syllaba, breuis, quæq; longa sit, & hanc altero tanto temporũ spatio tardius, quàm illam efferendam esse. Quod etiamsi in oratione soluta facilè ita obseruari, aut animaduerti non potest, in uersu tamen & compositione pedum, omnino quantitas hæc spectanda est. Neque enim metrum ullum perfectum ac plenum erit, in quo non suus, ac debitus temporum numerus ac modus præstabitur.*

Proinde quibus rationibus in quaq; syllaba deprehendi illa queat, deinceps ut instituimus, ordine tradem us.

De

De quantitate syllabarum re gulæ generales.

Syllabarum quantitas ex pronunciatione uocalium olim deprehendebatur. Erant enim certæ sonorum differentiæ, quib. breues à longis: et contrà, longæ à breuibus discernebantur. Neq; enim ueteres Latini, O, cũ breue esset, eodem modo, ut cum lõgum idem uideri uellent, efferebant, aut eodem uocis tractu E, correptum, et E, productum legebant, quemadmodum neq; Græci ο μικρὸν, & illud, quod ω μέγα, uocant, aut ε, quod ψιλὸν, & alterum diuersum huic, quod ἦτα nominatur, eodem pacto proferebant. Sed erat quoddam sonorũ discrimen, quo temporum atque morarum diuersitatem percipere auribus, atque dijudicare licebat.

De qua re & apud Terentianum quædam, ubi de literarum potestate agit, produntur, & ipsa nominum ratio, qua uocales, aliæ longæ, aliæ breues, aut tenues appellantur, argumento satis est, quæ olim in ijs pronunciandis differentia atque proprietas obseruata fuerit.

Hodie autem, quando non modo pronunciandi, sed ne literarum quidem uerus ac genuinus usus amplius restat, necesse est, ex solis præceptis atq; exemplis, quæ cuiq; syllabæ quantitas propria sit, cognoscere, idq; non auribus magis, quàm cogitatione ac sensu dijudicare. Quare cum illa eiusmodi sint, ut alia quidem communi

ter omnibus syllabis conueniant, alia uero separatim ijs tantum, quæ uel à capite dictionis, uel in medio, uel in fine ponuntur, nos quoq; eodem, quo cæteri ordine, de ijs præcipiemus.

Prima regula generalis, de Positione.

OMNIS *Positio longa est.*

Hæc regula inter generales prima tradi solet, pertinet enim æquè ad omnes syllabas, quacunq; tandem parte di-

Positio. *ctionis ponantur. Vocant autem Positionem Grammatici, quoties uocalem duæ consonantes sequuntur, cum illa in eadem dictione utraq;, uel altera saltem posita.*

Vtraq;, ut Arma, agri, ferrum, Mars, pars &c. Altera tantum, ut

Atre -- gina graui &c.

Ad quem -- tum Iu -- no &c. Et quod hic de duabus consonantibus dicitur, idem etiam de duplici-

X. *bus intelligendum, X, uidelicet, Z, & Ψ, Græca.*

Z. *Nam hæ quoq; duarum consonantium uim habent, ut su-*

Ψ. *prà dictum est, ut Pax, rex, gaza, πατρίζω, τύψω, βλάψω, & id genus alia.*

I. inter duas uocales. *Idem & de I, consonante, inter duas uocales in eadem, ac simplici dictione posita, ut Maior, peior & similia. Nam ueteres, ut Priscianus quoq; testatur, maijor peijor, & similia duplici ij, scribebant. Quanquã Mar-*

Caius trisyllabum. *tialis lib. 9. Caius trisyllabum posuit, hoc uersu:*

Peruigil in plumis Caius -uu ecce iacet.

Perinde

Perinde ut & Horatius Syluæ trisyllabum, pro syluæ, & Catullus Soluit trisyllabum pro soluit, sed hæc figurata. Addo autem in eadem ac simplici dictione, quòd in compositis eadem litera, hoc modo posita, positionem, ut eidem authori placet, non faciat, cuius rei exemplum ipse Verglianum illud citat.

Tityre pascentes á flumine reijce ca u uuu pellas.

Vult enim in penultino loco Proceleusmaticum pedem esse. Cui simile Statij illud 4. Theb.

Tela ma –uu nu, rcij –uu citq; ca –uu nes in uulnus hiantes. *Quæ ratio & in Bijugis, Quadriiugis, & similibus seruatur, ut Aeneid. 10.*

Intere –uu a biju –uu gis in –– fert se Lucagus albis &c. **Et:**

Quin ecce Niphæi.

Quadriju –uu ges in equos &c. **Ibidem.**

Vnde & Seruius in eundem librum super hoc uersu.

Sic ait, atque oculos Rutulorum reijcit –uu aruis.

Re, inquit, naturaliter breuis, & pro longa posuit etc. & mox, tamen, quia in hac re argumentum magis est quàm ratio, dicamus Ectasin factam, quæ poëtis plerunque conceditur. Hæc ille. Quibus tamen contrà opponunt alij authoritatem eiusdem poetæ, apud quem infinitis propè locis idem uerbum Re – longa ponitur, ut

Duplicem ex humeris re –– iecit amictum.

Æneid. 5. Et:

Reijci –uu unt parmas, & equos ad mœnia uertunt. lib. 11. Et:

Reijce —uu ne maculis obfuſcet uellera pullis &c. Deinde quòd in Bucolicis Re u breui legitur, id per abiectionem conſonantis factum dicunt, ſcribendumque Reicit, ut Adicit, Obicit, Subicit & ſimilia, quoties ea corripiuntur, ut apud Martialem.

Siquid noſtra tuis adi —uu cit uexatio rebus. lib. 10. Et apud Iuuenal. Saty. 15.

Nunc abi —uu cit ſæua dignũ, ueraq; Charibdi. Et apud Lucan. lib. 8.

Cur obi —uu cis Magno tumulum, maneſq; uagantes. Et apud eundem lib. 7.

Ipſe ma —uu nuſubi —uu cit gladios, ac tela miniſtrat. & id genus alia. Sed ut ad inſtitutũ redeamus.

V inter duas uocales. Eandem prope uim habet & V, conſonans inter duas uocales poſita, quarum prior I fuerit, ut, Viuus, Riuus, Diuus. & in præteritis uerborum, ut Petiui, Cupiui, &c. etiamſi hæc à Petere & Cupere deſcendant, in quibus ex coniugatione e breue eſt.

Porrò, cum in eadem dictione conſonantes duæ, uel plures uocalem ſequuntur, non refert utrum omnes, an nullæ etiam, in eadem ſyllaba cũ illa ſumentur. Semper enim & eodem modo ſyllabam longam faciunt, ut in Agricola, Caſtra, et ſimilibus, in quibus nulla conſonãs cum præcedenti uocali ſumitur, & tamen prima utrobiq; poſitione longa eſt. At uerò in diuerſis dictionibus neceſſe ſemper eſt, unã, eandemq; priorẽ cum præcedente uocali, in eadẽ ſyllaba connecti, ut in ſuperioribus exemplis.

At

Atre -- gna graui &c. Et:

Nec dulces natos, Veneris nec -- præmia noris.

Nam ubi ambæ aut omnes ad sequentis dictionis uocalem referuntur, nullam fieri positionem uolunt, ut

Teucris per dura cucurrit.

Ossa tre -uu mor, fuditq; pre -uu ces rex pectore ab imo. Item:

Phœbe gra -uu ues Troia semper miserate labores.

Quod idem et in illis accidit, quæ à duplice incipiunt, ut apud Vergilium Æneid. 5.

Iam medio apparet fluctu, nemorosa Za -uu cynthos. Et apud Lucan.

Talem fama canit, tumidū super æquora -uu Xerxem. Tametsi Diomedes syllabas huiusmodi communes esse dicat. Excipit autē hinc Terētianus, quæ à principio S, cum muta habent, hoc est quæ ab Sc, Sp, St, incipiunt, ut Scutum, Spuma, Stamen &c. Fieri enim in his positionem ait, etiam si ad sequentem dictionem ambæ consonantes referantur, priorq; uocalis nuda, siue sola dictionem claudat, ut in his exemplis. Sc. Sp. St.

Ferte citi ferrum date tela, -- scandite muros.

Aeneidos 9. & apud Silium lib. 9.

Immane stri -- dens agitur, crebroq; coacta.

Vulnere bellatrix &c. Item apud Iuuenalem.

Occulta spoli -uu a, et plures de pace triumphos.

Saty. 8. & similibus. Vnde & ipsum S, inquit idem.

Arcticon iccirco σοιχεῖον Græcia dixit.

...et, at Vergilius lib. 10. Æneid.

*Nec Clytio genitore minor, nec fratre -- Mne-
stheo.* Et *Statius lib. 6.*

*Iamq; procul meminit dextræ, seruatq; tenorem
Discus, nec dubia, iunctaue -- Mnesthea uictum.
Transabijt meta &c.* Quibus tamen locis alij per Epenthesin Menestheo & Menesthea legere malūt, neq; ego ualde repugno. Nam apud Statium eo libro quem modo citauimus, eadem illa uox, toties repetitur, ut non facilè credam, una eademque figura uoluisse poëtam hunc crebrò atque continuè adeò uti. Et Aldina æditio ubiq; interposita e, Menestheus Menesthea &c. habet. Sed uide Seruium in 10. Æneidos. Nam illa.

*Tribulaq; trahe -uu æq;, & iniqui pondera ra-
stri.* In Georg. &:

*Alcandrumq;, Haliumq;, Noëmonaq;, Pryta -uu
nimq;.* Aeneid. 9. Et:

Drimoq;, Xan -- thoq;, Ligeaq;, Phyllodoceq;.
Geor. 4. & similia, cæsura quoq; defendi Grammatici dicunt, perinde ut & hæc in quibus nulla positio talis fieri potest.

*Chloreaq;, Siba -uu rimq;, Daretaque Tersilo-
chumq;.* Æneid. 11. Et:

Liminaq;, Lau -- rusq; Dei &c. Æneid. 3.
Vbi tamen Seruius putat coniunctionem Que, ueluti priuilegium quoddam hoc habere, ut in huiusmodi compositionibus pro longa poni poßit. Sed haud scio an hoc

liquia

liquidarum potestati, quæ proxima syllaba sequuntur, aut ipsi S, quod liquidarum, ut Diomedes ait, naturam etiam superat, tribuendum magis sit, de quibus proximo loco dicemus.

Exceptio de liquescentibus.

A regula autem excipiuntur, in quibus uocalem natura breuem, sequuntur muta cum liquida, quæ ambæ in eadem syllaba cum sequente uocali sumuntur. Vt Volucris, Atlas, Tenebræ, Patres, & similia. Nam in his syllaba, quæ alioqui positione producenda fuerat, propter liquidam, etiam ipsa liquescit, hoc est, uel breuis, uel longa poni potest, ut

Et primo similis uolu -υυ cri, mox uera uolucris -υ. Apud Ouid. 13. Metamorph. Et:

Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas --. Et rursum.

Tempus A -υυ tla ueniet &c. Apud eundem lib. 4. Metamorph. Quæ ratio eadem & in Græcis seruatur, ut

ὁρᾷς ἃ πά υ-υ- σχεις, οὐ γέλω --υ- τα δεῖ σ' ὀφλεῖν υ-υ-. Apud Euripidem, in Medea. Et:

Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον --υυ. Apud eundem, in Oreste, in quibus φλ. & τρ. præcedentem syllabam, alioqui positione longam futuram, liquescere faciunt. Cuius generis passim multa reperiuntur. Addidi autem, quæ ambæ cum sequente uo-

cali

cali in eadem syllaba sumuntur, eò quòd necesse illas est ad sequentem syllabam ambas referri. Nam si diuisim sumuntur, exceptio haec locum non habet, ut in compositis, Abluo, Obruo & similibus, in quibus positionis lex seruatur, syllabaeq; praeeuntes longae manent.

Porrò tametsi liquidae à Grammaticis quatuor numerantur, duae tamen praecipue, ac prope solae sunt, quae ad hanc exceptionem pertinent. L et R uidelicet. Nam M & N, rarißimè hoc modo apud Latinos poëtas usurpari uideas, & ferè non nisi in Graecis dictionibus, ceu sunt, cygnus, Progne, Therapnae, siue, ut Stephanus habet, Theramnae, Tecmessa, & id genus alia. Vt apud Horatium lib. Carm. quarto.

Donatura – – – ∪ Cygni, si li ∪ – – ∪ beat sonum ∪ – ∪ ∪. Et apud Ouid. lib. 6. Metamorph.

Ad mandata Pro – ∪ ∪ gnes, & agit sua uota sub illa &c. Et apud Silium 8. lib.

Ecce inter primos, Thera – ∪ ∪ pnaeo à sanguine clausi. Et apud Horat. 2. Carm. lib.

Mouit Aiacem Telamone natum.

Forma capti – ∪ – – uae dominum – ∪ ∪ – Tecmessae ∪ – – &c. Quo pacto quidam & Polymneïa legunt apud eundem poëtam. Ode 1. lib. 1. Polymneïa, et, Polymnia.

Si neque tibias

Euterpe co – – – ∪ hibet, nec Po ∪ – – ∪ lymneïa ∪ – ∪ ∪.

Lesboum refugit tendere barbiton &c. A πολὺ &

& μνεία deducta uoce, non ut alij, uolunt, à πολὺ & ὕμνος. Quod utrum rectè, an secus contendant, alijs iudicandum relinquo, apud Hesiodum certe in catalogo Musarum non πολύμνεια, sed πολύμνια legitur, his uersibus:

Κλειώ τ' εὐτέρπη τε θάλειά τε μελπομένη τε
Τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανίη τε
Καλλιόπη τ', ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.

Vbi et commentator Ioan. Diaconus, πολύμνια γοῦν λέγοιτ' ἂν, inquit, ἡ γραμματική, ὡς πολλοὺς ὑμνοῦσα καὶ δοξάζουσα &c. Similiter & Phurnutus πολύμνια, inquit, δέ ἐστιν ἡ πολυΰμνητος ἀρετὴ οὐ μᾶλλον ἡ πολλοὺς ὑμνοῦσα. Sed tamen prioris opinionis est Fulgentius quoq;, qui quintam ex Musis, πολύμνειαν, quasi πολυμνήμην, id est, multa memorantem uocari ait. Quæ παρέργως hoc loco adijcere uolui, quòd etiam alibi multa de hac uoce inter Grãmaticos contentio est. Vnam autem à Grammaticis Latinam uocem citatam reperimus, in qua N. post mutam G, liquescit. Ignoscere uidelicet. Ita enim quidam apud Ouidium, Metamor. octauo legunt.

Debuit illius misereri, & i -υυ gnoscere nobis, à Gnosco, cõposito uerbo, ut à gnatus prognatus, quod tamen ipse absq; coniunctione legere malim. Nã Omnis &, Ille, & similes, quæ apud Comicos, & ipsæ priore breui interim leguntur, ad Parellipsin pertinere magis uidentur, cum nulla in his muta, sed ambæ liquidæ sint.

At

At uerò apud Græcos, quibus, ut ille ait,

Est nihil negatum.

Et quos ἄρες ἄρες decet sonare, tam N, et M, quàm Λ, & P, hanc liquescendi uim tenent. Exempla in quibus Λ, & P, liquescunt, suprà posuimus. In his autem quæ sequuntur, eodem pacto et M, & N, emollescere uideas, ut apud Euripid. Phœniss.

Ὁρῶ δέ τυ υ-υ- δεὰ, καὶ παρα υυ-υ- στίσας πυκνοὺς --υ-. Et.

Ἐν τῷ δ' ἐμῷ --υ- τηρῇ τάλαι --υ- να προσαιτνεῖ υ-υ- *Item in eadem fabula.*

Κλεινά στε θῇ --υ- βας βῖν δ' ἐλοῦ --υ- δυοῖν ποτμοῖν υ-υ-.

Τὸν ἕτερον &c. *Et,*

Μαντίς τε μῆ --υ- λ' ἔσφαζον, ἐμ --υ- πύρους δ' ἀκμὰς υ-υ-.

Ῥῆξις τ' γνώμων &c. *Sic & σαθμὰ & δάφνις, & alia nonnulla priore breui apud Theocritum leguntur, ut*

ὤρσεν ἐπὶ πλατὺν ὀυδὸν, ὅθι σαθμὰ -υυ καὶ λαθυράων. *Idyllio* λά. *Et,*

Ἐυδες φυλλεσρῶ τῷδε δάφνι -υυ σῶμα κεκμακώς &c. *In Epigrammatis.*

Est autem tanta uis liquidarum, ut non modo cum mutis positæ, præcedentem syllabam liquescere faciant, uerum etiam per se, ac simplices, positæ, uocalem alioqui breuem, interdum extendant. Cuius rei exem-

plum apud Latinos quidem, illud fortasse fuerit, quod & suprà posuimus.

Luminaq; lau -- rusque Dei. Apud Homerum autem hæc,

Νὺξ ἤδε μάλα -υυ μακρὴ, ἀθέσφατος, οὐδ' ἐ πω ὥρη

Εὕδειν ἐνὶ μεγάρῳ. Odyß. Λ. Et:

Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφε -υυ α σκιόεντα, eod. lib. Nisi quis hæc ad naturam & uim cæsuræ referre malit. Sed idem tamen & in eadem dictione apud eundem authorem inuenitur, ut

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄιδι προΐαψεν.

Ηρώων, αὐτοὺς δ' ἑ -- λώρια τεῦχε κύνεσσι. Iliados α.

Et in hymno Mercurij.

Ιμερόεν κονάβησε, θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄ -υυ εισε. Proinde & Persium uerisimile est illud.

Cantare cre --υ- das Pegase --υ- ium melos υ-υυ, utcunq; repugnante Politiano, eodẽ exemplo posuisse. Et quòd hic de liquidis dicitur, idem & de S, intelligi uolumus. Cuius ea potestas est, ut non modo in fine, et in principio, ut suprà ostendimus, liquescat, uerum idem etiam in medio alicubi facere uideatur. Vnde idem & μονάδικον à Græcis, hoc est, sui cuiusdam Iuris appellatur. Exemplum Homeri, ubi in medio liquescit, Odyß. primo habes.

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅ -υυ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι

ϛ̃τ[illegible] &c. Latinum autem ex Varronis libro de lingua Latina tertio tale citatur.

Subulo finitimas, propter a -vv stabat aquas &c.

Quod tamen uti rarum, ac prope singulare est, ita à nemine in exemplum facilè trahendum. Perinde ut neque cætera illa, quæ rariora sunt, & sola ueterum authoritate nituntur.

II. Regula de diphthongis.

Diphthongus omnis longa est.

Hæc quoq; regula generaliter ad omnes syllabas pertinet, & à Latinis, Græcisq; pari modo obseruatur. Vt apud Vergilium.

Aeoli -vv am uenit, loca fœta fu -vv rentibus Austris --. Et:

Eurum ad -- se Zephyrumq; uocat &c. Et apud Hesiodum;

Μοῦσαι -- πιερίηθεν ἀοιδῆ -- σι κλεί -- ουσαι --.

Δεῦτε δή -vv ἐννέπετε &c. Et:

Αὐτὸς ἐ -vv χων βροντὴν ἠδ' αἰθαλό -vv εντα κε -vv ραυνόν -v &c.

Excipiuntur, in quibus diphthongus finalis cũ sequente uocali, à qua dictio incipit complodit̃ur, ut Põtani uerbo utar, hoc est, ubi nulla elisione prior diphthongus, et sequens uocalis concurrunt. In ijs enim diphthon

gus tam corripi, quàm produci potest, syllabámq; reddit communem, ut & Diomedes indicat, libro secundo. Huius rei exempla apud Græcos frequentißima sunt, propterea quòd apud illos nulla uocalis longa, aut diphthongus, exceptis αι & οι eliduntur. Quin neque breues semper absorbentur, ut in

Οσσε δὲ – υ υ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐ – υυ ἔικτην. Iliados 1. Et,

Οἵ κέ ε – υυ δωτίνῃσι θεὸν ὣς τιμήσουσι. Iliad. 9. Quare hæ quidem quoties integræ manent, & leguntur, suam ac propriam quantitatem retinent. Longæ autem & diphthongi, liquidæ fiunt, & pro arbitrio scribentis ponuntur, nisi quòd breues sæpius quàm longæ, & cum longæ, in ἄρσει id sæpius, quàm in θέσει, reperiuntur, ut

Ανδρα μοι – υ υ ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον &c. Et,

Βούλομ᾽ ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι – υυ ἢ ἀπολέσθαι. Iliad. 1. Et

Ος σεῦ, ἄ – υυ νευθεν ἐὼν, μέγα κήδεται ἠδ᾽ ἐλεαίρει. Iliad. 2. Et,

Ειλαπίν᾽ ἠὲ γάμος, ἐπεὶ – υυ οὐκ ἔρανος τάδε γ᾽ ἐστί &c. Odyß. 1. Et,

Εἰ γὰρ νῦν ἐλθὼν δόμου – υυ ἐν πρώτῃσι θύ – υυ ρῃσι – υ. σταίη ἔ – υυ χων πή – – ληκα καὶ – υυ ἀσπίδα &c. Et,

Οἴκῳ

Οἰκῆτιν -υυ ἡμετέ -υυ ρωπος. Et id genus innumera alia. Quanquam iidem Græci, etiam in eadem dictione pari licentia usi aliquando reperiuntur, ut in his exemplis uidere est, quæ mox sequuntur. Æschylus in Niobe, ut citatur ab Hephæstione, nam ipsa fabula non extat.

Οἶσρος βιάν --υ- της παρθένου λοχεύεται. Trimeter est Iambicus. Sotades in Adonide.

Τίνα τῶν παλαι υυ-υυ ὤν ἴσογε --υυ ὤν θέλετ' ἴσα -υυυυ κοῦσαι --. Tetrametrum est Ionicum à maiore. Et in ijs quæ ad nostram ætatem peruenere. Theocri. Idyl. 3.

Τον στέφανον τῖλαι με κατ αυτίκα λεπτὰ ποι -υυ ησεῖς. Cuiusmodi & Homerica illa sunt.

Οἶδ' ἀρέτην οἷος -υυ ἐσσὶ τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι. Et: Ἐκτορέη -υυ ἐ πριάμοιο etc. Sed tamē hæc rariora, ut inquit Hephæstio, præsertim in Heroico carmine.

Apud Latinos autem, neq; in diuersa dictione legitime & absque figura diphthongi corripiuntur, neq; in eadem. Nam in diuersis dictionibus elisionem fieri, eodem modo, ut cum uocalis alia aliam in diuersis dictionibus antecedit, solemne est, etiamsi non ita frequenter accidat, ut apud Vergilium.

Agrico -υυ læ, hyber -- no lætißima puluere farra. 1. Georg. Et rursum.

Defice -υυ rent syl -- uæ, & ui -- ctum Dodona negaret, eodem libro. Et,

Tumiuari –⏑⏑ æ illu –– dunt pestes, sæpe exiguus mus. Ibidem

In eadem autem dictione diphthongum sequente uocali corripi, Latinis prorsus insolitũ. Exceptis paucis quibusdam compositis, in quibus præ, cum dictione à uocali incipiente componitur, ut sunt, Præustus, Præacutus, Præhensus (siue hoc simplex potius siue compositum dicendum) Præesse, præire & similia. Vt apud Vergilium.

Stipitibus duris agitur, sudibus ue præ –⏑⏑ ustis &c. Et apud Ouidium 12. Metamorph.

Rapiaturq; comis per uim noua nupta præ –⏑⏑ hensis. Quæ tamen etiam ipsa ad exemplum Græcorum ponuntur. Sic enim & illi.

Ἐδ᾽μεναι οἷα σύες χαμαὶ –⏑⏑ εὐνάδ᾽ες ἀέρ ἔδουσι &c.

Σοὶ ναίουσ᾽ ὑποφῆται ἀνιπτόποδ᾽ες χαμαὶ –⏑⏑ εὖναι, & id genus alia, posuerunt.

Porrò legitimè addidi, eò quòd & Latini poëtæ aliquoties & in diuersis dictionibus diphthongos breues posuere, sed Græcorum imitatione, et exemplo, non latina consuetudine, aut ratione. Tale est illud Vergilij.

Insulæ –⏑⏑ Ionio in magno, quas dira Celæno
Harpyæq; colunt aliæ &c. Æneid. 3.

Quo pacto ijdem et uocales longas, sequentibus alijs in diuersa dictione sæpe corripuerunt. Vt hic.

Clamassent, ut littus Hyla Hyla –⏑⏑ omne sonaret.

Item

Item: Credimus? an qui a -υυ mant ipsi sibi somnia fingunt. Quas syllabas Diomedes & Hephæstiocom mures faciunt, de quibus infrà pluribus dicemus. Quã quam ex Ouidio etiam exemplum citatur, ubi in eadem ac simplici dictione diphthongus ante uocalem corripitur, ut libro Tristium tertio, Elegia 12.

Frigora iam Zephyri minuunt, annoq; peracto

Longior antiquis uisa Mæ -υυ otis hyems.

Quod si rectè legitur, singulare certè quoddam est, & cuius simile alibi non facile reperitur. Nam mihi quidẽ posteriorem uersum & sententia suspectum facit, quæ minus integra est, minusq; Ouidianæ simplicitati respondet, & quòd alibi idem nomen prima longa ponitur, ut apud Lucanum lib. 1.

Quáq; fretum torrens Mæ -- otidos egerit undas. Et sexto Æneidos.

Responsis horrent diuũ, et Mæ -- otica tellus &c.

Porrò patiuntur et Diæresim diphthongi, Æ, quidẽ in Aë diuisas syllabas, ut apud Horatium in Epist.

Hic murus A -υυ heneus esto. Pro æneus interposita aspiratione, de qua re & Gellius meminit libro 2. cap. 3. Et rursum in Aï apud antiquos, ut

Aula -- ï in medio &c. Oe autem in oë diuisas syllabas, ut Æneid. 7.

Euohe -υυ Bacche fremens &c. pro quo Horatius:

Euœ recen --υ- ti mens trepi --υυ dat metu -υ-. Posuit disyllabũ uidelicet ab εὐοῖ translatum,

Ode 19 lib. 2. Sic Au, in Aŭ dissoluitur, ut apud Catul.

Verbosá gâ ---u ŭdet Venus u-u- loquela u--&c. Et rursum Eu, in Eŭ, ut

Heŭ -.- quàm pingui macer est mihi taurus in eruo. Ecloga 3. Sic enim quidam hoc loco legunt, idq; etiã Seruio placuisse uolunt. Et apud Martia. li. 8.

Heŭ quàm be ---u ne nunc Papyriane.

Annei faceret manus Sereni &c. Et apud Horatium.

Heŭ quantus ---u equis quantus u--u adest uiris. Et in hunc modum etiam apud Ouidium trisyllabum Gryneus, extenta e, pro Gryneûs disyllabo positum inuenias, ut Metamorph. 12.

Figitur hic duplici Gry -- neŭs -- lumina ramo. Posuerat enim antea eodem libro.

Cumq; suis Gry -- neûs im -- manem sustulit aram

Ignibus &c. Et apud Vergilium 12. Æneidos. Anteŭs media e longa, pro Anteûs disyllabo, ut

Simul agmine uerso.

Ante -- us Mne -- stheusq; ruunt, omnisq; relictis &c. Cum alibi idem posuisset.

Antea -uu Sergestumq; uocat, fortemq; Cloanthũ, à nominatiuo Disyllabo, Anteûs uidelicet. Quo pacto & apud Græcos. Ου in εο sæpe transit, ut cum dicunt ὄρσεο pro ὄρσου. τύπ̓εο pro τύπ̓ου. Et rũrsum per extensionem in εο, ut ἐμεῖο pro ἐμοῦ, σεῖο pro σοῦ &c. Et ευ in εϋ, ut

Καὶ – λαὸς ἐ –υυ ὑμελί –υυ ω πριάμοιο, pro ἐυμελίου. Et rursum extenta uocali in κῦ, ut

Η – ὕστέ μέ –υυ γαστε, pro ἔυστε.

Et ει, in εῖ, ut

Νήλεϊ –υυ χάλκῳ. pro Νήλει, extentáq; uocali rursum in κῖ, ut

Αρηϊφί –υυ λῳ Μενελάῳ, pro ἀρειφίλῳ, Et id genus alia. Sed hæc nihil ad rem propositam. Non enim de paßionibus diphthongorum, sed de quantitate hic nunc agimus. Et de Diæresi & similibus figuris, superiori libro satis dictum est.

Tertia regula, de uocali ante uocalem.

Vocalis ante uocalem in eadem dictione posita corripitur. Hæc regula ad Latinas dictiones propriè pertinet. In ijs enim uocalis alia ante aliam ubique, & quasi perpetuò corripitur, ut

Stat sua –υυ cuiq; di –υυ es, breue & irreparabile tempus &c. Virgil. Et:

Est deus –υυ in nobis, agitante calescimus illo etc. Intellige autem, si neutra illarum consonantis uim sustineat. Nam in talibus hæc regula locum non habet, ut in Viuo ––, Iuuo υυ, noui ––, & similibus. Præterea si in eadem dictione ambæ positæ fuerint. Nã in diuersis dictionibus, aut eliduntur, aut si non eliduntur, longæ quæ sunt, communes fiunt, Græcorum mo-

re, ut uidere est, in

Actaeo, Ara –υυ cintho. In Bucolicis. Et in
Dardani –υυ o An – – chisae, Æneid. 1. Et similibus, in quibus longa eadem manet. Et rursum in
Et longum formose uale, uale –υυ inquit Iola. Et
Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio –υυ alto. Æneid. 5. &c. Vbi quae longa per se erat, sequente alia corripitur, cuius rei suprà quoq; mentionem fecimus. Quod idem etiam in compositis quibusdam fieri solet, ut in quib. praepositio De, cum uerbo à uocali incipiente componitur, ut sunt: deamo, deosculor, & similia. Huius exemplum habes apud Terent. in Heautont.

Nae ego fortuna υυ–, – – tus homo sum, dea υυυ, –υυ mo te Syre υ–υυ. Senarius est Iambicus. Et apud Martialem libro octauo.

Hos amplecti – – –υ tur, hos deo υ–υ– sculantur υ–υ. &c. Quod Hendecasyllabum est.
Cuius rei ratio ea uidetur esse, quòd cõposita talia, tametsi pro una eademq; dictione habentur, quia tamen ex diuersis integris inter se iuncta sunt, diuersorum quoq; seu diuerse positorum quantitatem retinent, quod in illis, qui ex corruptis inter se iunguntur, ut sunt pacificus, magnificus, & similia, fieri itidem non potest. Atque haec de Latinis uocalibus.

De Graecis autẽ uocalibus ante seipsas positis, praecipi hoc loco certũ aliquid nõ potest. Nã quae breues aut longae sunt, natura sua cognoscuntur, ut ἥρως – – λό-

γος υυ. Quæ uerò ancipites, siue communes, eæ uel exemplis, uel analogia aliqua, uel etiã casuum deflexione æstimandæ erunt. Quare in genere quidem, & de omnibus, hoc loco nihil præcipiemus, exẽpla uero quorundam propriorũ, eorum uidelicet, quæ à Latinis passim usurpata, à Despauterio autem studio magis, quàm iudicio in unum collecta sunt, ordine infrà subijciemus, si prius de Latinis ijs, quæ à regula excipiuntur, pauca quædam præmiserimus.

Excipiuntur itaq; primo, uerbum Fio, & quæ ab eo descendunt. In quibus si posteriorem uocalem non sequitur R, I, longum seruatur, ut Prima exceptio.

Si fortuna uolet, fi -- es de rhetore consul. Apud Iuuenalem. Sic fiam, fiebam, fiet &c. Et composita confio, defio, unde & defioculus, qua uoce Martialis utitur libro duodecimo, ut

Hinc defio ---υ culus, & inde lippus &c. In quibus autem R. sequitur, ea breue I, habent, ut

Nam si de nihilo fie -υυ rent, ex -- omnibus -υυ rebus

Omne genus posset &c. Lucretius libro secundo. Et in compositis, ut

Nunc qua ratione quod instat

Confie -υυ ri posßit, paucis aduerte docebo.

Æneid. quarto. Tametsi apud Plautum, & horum quædam sic posita reperias, ut pro longis censeri queant, ut in Amphitryone, scena secunda,

Pater

Pater cura υ--- uit uno ut ſœ υ--- tu fieret --υυ. Eſt enim ſenarius Iambicus, penultimo loco, pro Iambo Spondæum habens. Item ſcen. 5.

Factaque tu -υ-- facta dicis -υ--, quid tibi æquum eſt -υ-- fieri -υ-. Trochaicus eſt Tetramet. Catalecticus, ut & cæteri eiuſdem ſcenæ. Quæ tamen in exemplum haudquaquã trahenda ſunt. Nam figurata eadem, magis, quàm pro ſimplicibus habenda uidemur, magiſque autoritate, quàm ratione nituntur.

Secundo loco excipiuntur genitiui primæ declinationis antiqui, in aî, in quibus a, longum eſt, ut

Furit intus aquaî --.

Fumidus & latè ſpumis exuberat amnis. Aen. 7. Et

Ardua dum metuunt, amittunt uera uiaî --. Lucretius libro primo. Quam formam et uocatiui illi, Caî, Pompeî, & ſimiles ſequuntur, quantitatem uidelicet nominatiui ſui retinentes, ut

Quod peto, da Ca -- î, non peto conſilium. Martialis libro ſecundo. Et

Accipe Pompe --. î, deductum carmen ab illo,

Debitor eſt uitæ, qui tibi, Sexte, ſuæ. Ouid. 4. de Pont. Cuius ratio ea uidetur eſſe, quòd ueteres, ut & Priſcianus alibi indicat, Caijus, Pompeijus &c. ij dupli ce ſcribebant. Vnde & uocatiui, abiecta us, reliquis literis iiſdem, puta, Caij, Pompeij &c. ſcribendi fuerant, quæ ſcribendi conſuetudo tametſi exoleuit, quantitas tamen

men eadem utrobiq; mansit. Quanquam idem Priscianus lib. 7. Cai, Pompei, & similes uocatiuos, disyllabos propriè esse contendit, & i, quod est in fine, pro consonante habendum, eò quòd omnes uocatiui in i, syllaba una minores, ut ipse ait, nominatiuis suis esse debent, qua ratione & Horatium libr. 1. Epistol. posuisse.

Durus ait Vul -- tei nimis -uu, attentusq; uideris &c. Sed hanc alij synæresim esse malunt, quæ tũ locum habebit puto, si Pompeius, Vulteius & similia i, simplice scribantur.

Tertio excipiuntur, genitiui & datiui quintæ declinationis, ij uidelicet, in quibus E, quod in penultima est, purum fuerit, ut

Nec radijs solis, neq; lucida tela diei --. Lucr. libro primo. Quo pacto & aciei, faciei, progeniei & similia producuntur. At si penultimam uocalem consonans præcedat, eadẽ corripitur, tam in genitiuo, quàm in datiuo, ut inquit Priscianus, ut

Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei -uuu-. Apud Terentium in Andria. Senarius est, habens quinto loco Dactylum. Et apud Plautum in Trinummo, scena secunda.

Taciturnitas uu-, u- ti clam fidei et --, uu- fiduciæ --u-. Senarius est eiusdem generis: Sic & spei, rei, plebei &c. Tametsi Lucretius rei, quoq; ubiq; ferè longa e, ponit, ut Rei.

Cuius uti memoro re -- i simus -uu lachrum, &

& imago &c. libro secundo. Et

Ipsius re -- i rati -uu onem reddere possis, libro sexto. Vt & datiuum pronominis Ei, ut

Et manibus mitidũ teneris opus effluit ei --. li. 6.

Et: *Scilicet & fluuius, qui uisus maximus ei --.* eodem libro. Pro quo tamen eij, duplice ij, quidam scribunt, superiorem, opinor, illam rationem sequentes, ut positio fiat eadem, quæ in eius, prius & similibus. Priscianus autem etiam Monosyllabum natura sua dicit esse, eò quòd omnes datiui, quorum genitiui in ius, exeunt, una syllaba breuiores, quàm proprij ipsorum genitiui esse debent, sed tamen à poëtis per diæresim proferri, differentiæ causa, ne pro interiectione, Hei, puta, acciperetur. Vide librum eius septimum. Et eò Catullum quoque respexisse putant, cum posuit:

Eripere ei no -- li, quod multo carius illi.

Est oculis &c. Epigram. ad Quintium, quanquã & per synæresim hoc factum dicas licet.

Quarto excipiuntur, genitiui pronominum secundæ declinationis in ius, & item nominum, quæ formam illorum sequuntur, ut unius, nullius &c. In ijs enim I, quod in penultima est, in prosa quidem ferme acuto accentu effertur, in carmine autẽ indifferenter nunc producitur, nunc corripitur, ut

Illius -uu ergô

Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Æne. 6. Et *Antè leues ergo &c.*

Quàm

Quàm nostro illi -- us labatur pectore uultus.
Ecloga prima. Sic

Vnius -uu ob noxam, & furias Aiacis Oïlei.
Aeneidos libro primo. Et

Nauibus (infandum) amissis, unius ob -uu iram
Prodimur &c. Eodem libro.

Notantur Alius, & alterius, quorum alius, cum geniti- Alius.
ui casus est, producit i, semper, ut Priscianus lib. 13. te- Alterius.
statur, quoniam ratione declinationis per ij, duplex scri
bi, ut idem lib. 7. ait, debebat. Alterius autem, quia solū
ex cæteris huius formæ duabus syllabis nominatiuum su
perat, penultimam corripit semper, ut

Ater & alteri -uu us sequitur de cortice sanguis.
Aeneid. 3. Tametsi Terentianus contra Grammatico-
rum traditionem, eandem etiam produxit, ut

Aut enim quantum est in arsi, tantum erit tempus
thesi,
Altera aut simplo uicissim temporis duplum dabit,
Sescuplo uel uno uincet alterius -u-u singu-
lum &c. In principio de Metris. Versus sunt
Trochaici.

Quinto Interiectiones quædam excipiuntur, ut
Ohe, & Eheu, quorum Eheu, Virgilius priore lon-
ga posuit, ut Eheu -- quid uolui misero, mihi flo-
ribus Austrum &c. Eclo. 2. Et

Eheu -- quàm pingui macer est mihi taurus in
eruo, Ecloga tertia. Vbi alij pro Eheu, Heü per di
æresim

æresim legere malunt, ut suprà annotauimus. Sed *ta men & apud alios* Eheu *scriptum reperias, ut apud* Te*rentium in* Hecyra.

Eheu me mise ---uu ram, cur non aut istæc mihi Ætas, &c.

Ohe *autem apud poëtas uariatur, ut*

Ohe iam sa ---u tis est, ohe u-u- libelle
u-u. Apud Martialem. Et

Satur est cum dicit Horatius *ohe* --. Iuuenalis Saty.7. Ad quod exemplum quidam & *aha, & uaha, ut* Despauterius *ait, poni posse autumant.* Quod *quomodo accipiendum, & an uaha, & aha, usquam legantur, equidem nescio.* Eho *certè & ahu, & ahe, apud* Te*rentium, quod sciam, ubiq; corripiuntur, ut in* Eunuc.

Eho, ne uiden uu-u- di quidem erit, quid tum postea. & in Hecyra.

Eho, nunquid nam ac uu--- cusat uirum, minimè, nam postquam attendi. Catalecticus Tetrameter *est. Sic.*

Dicturan' quod ---- rogo? Ahu, conce uu--- de ad dexteram. Et

Malè dicis, un uu-u- de est: Dic *clarè, à ---- uobis.* Hahe --u- *in* Andria.

Postremo excipiuntur & quædam, quæ origine quidem sua Græca sunt, à Latinis autem quasi quadam usu capione pro suis retenta, usurpantur, ut Dius, dium, Diana, *aer, & si quæ alia huius generis sunt, ex quibus*

Diana

Diana, utroq; modo ponitur, hoc est, alibi i, longa, alibi i, breui, ut

Exercet Di -- ana choros, quam mille secutæ, &c. Aeneid. 4. Et

Ira pharetratæ fertur satiata Di -uu anæ. Metamorpho. 3. Cætera uerò i, longum habent, ut

Italides, quas ipsa decus sibi dia Ca -uu milla

Delegit. Aeneid. 11. Sic enim & apud Homerum crebrò illud ponitur.

Δῖα θε -uu άων. Et Georg. 3.

Neu mihi tum molles sub dio -- carpere somnos &c. Nam hanc lectionem etiam Despauterius tenet, quamuis alij, sub diuo malint. Et apud Horatium Ode decima octaua, libro primo.

Sub dium ra ---u piam sæua tene cum Berecynthio Cornu tympana &c. Tetrameter est Antispasticus. Item. Scindit se nubes, & in aëra -uu purgat, apertum. Æneid. 1. Atq; hactenus de Latinis, in quibus uocalis alia aliam antecedit.

De Græcis dictionibus, à Latinis usurpatis, in quibus uocalis alia ante aliam ponitur, Regulę speciales.

Græcorum exempla, à Latinis usurpata, in quibus uocalis alia aliam antecedit, diligentißimè collegit Despauterius, eaq; per singulas non modo uocales, sed & diphthongos duxit. Quanquam igitur superuacaneum erat, de illis quicquam præcipi, quæ scriptura sua, meũ

produci, an corripi debeant cognoſcũtur, ut ſunt, quæ Græce diphthongo, aut uocali natura breui, uel longa aliqua notantur, quia tamẽ non omnibus, præſertim incipientibus, ipſa Græcorũ exemplaria ad manũ ſunt, et pueri multa in hac arte conantur, etiam antequã Græci ſermonis peritiam, et orthographiã ſibi plenè compararunt, nõ inutile aut alienum putaui, hac quoq; in parte illorũ ſtudijs inſeruire, & hunc quaſi quendã corticem, in quo interim natando ſe ſuſtineant, illis subminiſtrare. Nõ equidem, ut eorum ignauiæ conſulam, qui uelut cum ſeculi huius felicitate, pigritia ſua certarent, Græcorũ fontes, atq; adeò totã illorum cognitionem negligunt, & contemnunt: ſed ut interim infirmitati illorum ſubueniatur, qui per ætatẽ nondum eo ꝓgreßi ſunt aut etiam progredi potuerũt, ut ſtatim primo aſpectu, quæ uoces quib. uocalibus, aut literis propriè ſcribantur, ſcire poßint. Nã cum multæ in alias uocales, quàm quibus Græcè ſcribũtur apud Latinos tranſeant, quædã etiam pro diphthongis, ſimplices uocales recipiant, nõ pueris modo, uerũ etiam prouectiorib. interim res hæc dubitationem aliquã afferre ſolet. Proinde quæcunq; à Græcis trãſumpta apud Latinos uocali aliqua ſimplice, ex eadẽ ſimplice græca, ſiue diuerſa, ſiue etiã ex diphthongo mutata, in eadem uoce ante aliã uocalem ſcribũtur, eorũ exempla ac notiones, iã olim quidẽ à Deſpauterio collectas ac traditas, à nobis aũt nunc demũ magna ex parte auctas atq; emendatas, ꝓ eo ac quæq; uocalis uo

cæ

eadem aliam praecedit, ordine subijciemus. Caetera uero quae scriptura sua cognosci satis possunt. i. quae Latine quoq; scripta, diphthongo aliqua notantur, et in regulã cõmunem ac generalem cadũt, breuitatis gratia relinquemus. Quoniã itaq; Latinorum uocales quinq; sunt, & una Graeca, quibus oẽs apud Latinos uoces scribuntur, de singulis, secundũ quod in primis, aut medijs syllabis ponentur, separatim agemus, eo tantũ admonito, ut quod de illis, quae uocalem A, aut E, aut O, praecedent, dicetur, idem et de ijs, quae diphthongos ab A, aut E, aut O, incipientes, praecedunt, intelligatur.

A, ante A, in primis syllabis.

A, in primis syllabis ante seipsam posita corripitur, ut Dae populi nomen. Virg.

Indomitiq; Da -υυ ae, & pontem indignatus Araxes. Æneid. 8. Sic Phraates, & similia. quanquam apud alios Phraotes, ut & apud Suidam scriptum, reperiam. Hora. lib. 2. Ode 2.

Redditum Cy -υ-- ri solio -υυ- Phraatem υ-υ &c. Sapphicum est. Eandem legem et in Barbaris plerique seruarunt, ut in Baal, Aaron, Naaman, & id genus alijs, ut

Tunc coluere Ba -υυ al, nunc elegere Barabbam. Sedulius. Et

Sacricolae summi, summus nam fertur A -υυ aron. &c. Prudent. in Psycho. Tametsi idem Prudentius alio loco Raab, priore longa posuit, ut

Procubuit Iericho, sola astant atria Raab -- Sed ut Priscianus alibi ait, in peregrinis ac Barbaris nominibus nulli certi accentus sunt, ideoq; in potestate cuiusque consistunt, ut quod necessarium uideat, sic in uersu illa ponat &c.

A, Ante E.

A, ante E, in primis syllabis corripitur, ut Phaëton, Aëllo, Aëdon, & quæcunq; Græcis cum α, priuatiua particula componuntur, ut ἄεργος, ἀηδής &c. Hæc enim ante omnes uocales, ut & consonantes plerasque, æquè corripi solet. Ouid.

Erubuit Phaë -uu ton, iramq; pudore repreßit. Lib. 1. Meta. Idem

Et cursu fortis A -uu ëllo. Tertio. Met. Virg.

Quodq; leues calami, quod dulcis cantat A -uu ëdon. De cantu Syren.

Excipiuntur à regula, Laertes, ut

Laer -- tesque senex, Telemachusq; puer. In Epi. Penel. Aër, ut

Scindit se nubes, & in aëra -uu purgat apertum. Quod nomen & per synæresim aliquando contractũ reperitur, ut apud Lucretium.

Expirant aer -- em Panaces, absynthia tetra.

Quod idem & in Phaëton, & alijs nonnullis accidit, ut:

Cum te deiectum flagranti fulmine Phaeton --.

Quem uersum & Quintilianus lib. 1. citat.

Et: Aërope, prop. uxoris Atrei, Ouid. 2. Trist.

Sinon

Si non Aëro -uu pen frater sceleratus amasset etc. *Sed hoc naturam primitiui sequitur.*

A, ante I.

A, in primis syllabis ante I, corripitur, ut Sais apud Propertium:

Mercurioq́; Sa -uu is fertur Bebeidos undis

Virgineum primo composuisse latus, lib. 1. Cognomen Mineruæ esse uolunt Grammatici. Sic Vaicus apud Silium lib 1. ut

Stantem pro muro, & motantem membra Va -uu icum. Et si quæ alia his similia reperientur.

Thais autem & Lais, & Nais producuntur. Nam postremum hoc Nαΐς, Græcè per η, uidelicet, scribitur. Λαΐς, autem à λαὸς deduci uidetur, quod longam priorem habet, ut & Laïus, & Laicus, quo uulgò utũtur. Thais exemplo probatur, ut

Thaïs ha -uo bet nigros, niueos Lecania dentes.

Quæ ratio est, emptos hæc habet, illa suos. Apud Martialem. Sic & Cain apud Prudentium:

In Abel

Forma animæ exprimitur, caro nostra in munere Ca in ---. In Enchirid. Nam Thraicius, quod lib. 3. de Cõsolatione phil. apud Boëtiũ legitur, pro Threicius, corruptè positum puto, legoq́;.

Vates Threicius gemens, eò quòd Græcè Θρηΐκιος scribatur, à Θρᾷξ, uidelicet, α, in η, conuerso, & soluta diphthongo.

A, ante O.

A, in primis syllabis ante O, producitur, ut Aon, Chaon, unde Aonia, Chaonia, ut

Separat Aoni -uu os Actæis Phocis ab aruis.

Ouidius. Et

Chaoni -uu amq; omnem Troiano à Chaone dixit. Virg. Sic omnia, quæ à λαός deriuantur, ut Laodice, Laodamia, Laodocus, & similia.

Excipe quæ à χέω, & φάω, deflectuntur, ut Chaos, Phaon & id genus alia, ut

Quem dixere cha -uu os &c. Metamo 1. Et

Arua Pha -uu on celebrat diuersa Typhoïdas Aetnæ. Et composita, ut Aornos, rupis nomen apud Indos. & quæ per resolutionem ω, dicuntur, ut ἀοιδός, et ἀοιδή, pro ᾠδή, & similia.

A, ante V.

A, ante V, in primis syllabis, non facilè reperitur, sed tamen sicubi reperietur, in compositis breue, in simplicibus longum ponas licebit.

A, ante Y.

A, ante Y, in primis syllabis corripitur, ut Cayster Caycus. Virgilius.

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri &c. Et Ouid. 3 de Arte

Quæque bibunt undas, Misc Ca -uu yce mas.

Sic

Sic & Phayllus, quod propr. cursoris cuiusdam apud Graecos est, de quo & Aristophanes meminit in Vespis, ut in Epigrammate, quod Suidas citat:

Πεντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε
Φα –υυ ϋλλ☉.
Δίσκευσε δ' ἑκατον πέντ' ἀπολειπομένων.

Et Cayci, populus Germaniae, apud Luca. lib. 1.

Et uos crinigeros bellis arcere Ca –υυ ycos &c.

Qui alias, ut puto, Cauci, siue Cauchi à scriptoribus nominantur.

Ad quod exemplum & Naym, loci nomen Sedulius posuit A, breui, ut

Talibus insignis uirtutibus ibat in urbem,

Quae sit dicta Na –υυ ym &c. Libro tertio.

Tametsi Despauterius Naim, per I, non per Y, legat, ut quidem in nostris codicibus habetur. Sed in hoc non multum positum, quando nomen ipsum barbarum ac peregrinum est.

Excipiuntur à regula, Taygetus, ut

Gelidiq; inculta iuuentus.

Tayge –υυ ti. Apud Lucanum libro quarto. Et Taygete, filia Atlantis, ut

Maian & Electram, Tayge –υυ tenq; Ioui. Fa. 4.

E, ante A, in prim. syllab.

E, ante A, in primis syllabis corripitur, ut Earinus, Learchus, Cleadas, Phreantles, Neaera, Neaeces, Theatrum, Theano, & similia, hoc est, quaecunque ab ἔαρ,

λεὼς, uel λέων, κλέος, φρέαρ, νέος, θεός, uel θεᾶσθαι deducuntur. Ea enim omnia Græcè per e, breue scribũtur. Quod si qua tamen ex ijs e, longa reperiantur posita, per figuram id fit, qua Græci ε, in ει, diphthongũ mutant, ut

Sæpe tua poteras Le -- andre carere puella &c
De Arte Ouid. Et

Cum peteret dulces audax Le -- andrus amores.
Apud Martialem. Nam eodem modo & apud Musæũ, nunc λέανδρος, nunc λείανδρος ponitur, ut

Νηχόμενόν τε Λέ -υυ ανδρον ὁμοῦ. &c. Et
Ἀλλὰ πάθεν Λεί -- ανδρος Ἀβυδόθι δώματα ναίων &c. Quanquam hoc nomen & ἀπὸ τῆς λείας deriuatum uideri queat: Eodem autem pacto & Rhea pro uxore Saturni, plerunq; e, breui ponitur, ut

Sic sub matre Rhea &c. Apud Stat. primo Achyllei dos. Pro nympha autem e, longa, ut

Collis Auentino, sylua, quem Rhea sa -υυ cerdos &c. Æneidos libro septimo. Hinc illud Martialis:

Dicunt Eia ---υ rinon tamen poëtæ.
Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos ἄρες, ἄρες decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus seueriores. Libro nono Epigrammatum.

Mart

Mæander autem quod quidam his addunt, per æ diphthongũ scribitur, proinde exceptione opus nõ habet.

E, ante E.

Vnum huius formæ exemplum à Latinis poëtis usurpatum, citant Grammatici, nempe Eetion, quod græce per η à principio scribitur, apud Latinos autem in e longum mutatur, ut

Et Tenedon, ueteres Eeti – ∪∪ onis opes, 4. Fastorum. Hinc Eetionæus, a, um, ut

Eeti – ∪∪ onæas impleui sanguine Thebas. 12. Metamorph. Quod si qua etiam alia reperientur, in ijs ad Græcam scripturam respicere oportebit.

E ante I.

E ante I, in primis syllabis fere producitur. Vt Deiphobus, Deianira, et similia, quæ cũ adiectiuo δήϊος, quod infestum & bellicosum significat, cõponuntur, ut

Deipho – ∪∪ be armipotens, genus alto à sanguine Teucri. Æneid. 6. Et:

Impia quid dubitas Deia – ∪∪ nira mori. Apud Ouid. in Epist. Sic & Theia, apud Propert.

Territa uicinas Theia – ∪∪ clamat aquas. Li. 4. Et Ceius possessiuum à Ceos, quæ aliâs & cos dicitur, & Teius à Teos, & cætera, quæ per resolutionem ει in ηϊ Græce dicũtur. Excipitur à Despauterio Nebippe, quod ipse ex sexto Valerij Argonauticôn citat, pro quo tamen posterior æditio Cenhippe habet, ut

Inq; labātis equi tendentem frena Che - uu nippen &c. Quod nec ipsum utrum satis rectè legatur, affirmare possum. Apud Orpheum in eiusdem fabulæ descriptione, Ænippe quædam legitur, mater Cizyci, ut

Εὐδώρου θυγάτηρ αἰνίππη καλλιπάρηος. Sed hoc nihil ad rem præsentem.

E ante O.

E ante o in primis syllabis corripitur, ut Cleopatra, Leosthenes, Theocritus, Georgius, Geometra, & quæ præterea à κλέος, λέωρ uel λεώς, νέος, θεός, γέα, & similibus uocibus, quæ per ε breue Græce scribuntur, deriuantur, ut

Quem non ex nobis credit Cleo - uu patra nocentem. Luca. 10. Et:

Grammaticus, Rhetor, geo - uu metres, pictor, alíptes &c. Iuuena. Saty. 3. Item apud Sidonium.

Non hinc cum ge ---u ometricas u - o - ad artes &c. Nam præter rem est, quod hic Despauterius de γαῖα & γῆ affert, et Sidonium ob id errati coarguit, cum apud Græcos & γαῖα & γέα & γῆ eadē significatione dicantur. Vnde & γεώργιος et γεωμέτρης, eodem modo ut γεώλοφος, γεώδης & similia deducuntur. Ac si quid peccati, siue apud Sidoniū, siue apud alios fuerit, in eo potius esse dicendum est, quòd in geometra o, breue positum est, cū græcè per ω μέγα scribatur. Sed tamen Iuuenalem defendit etiam συνίζησις, de qua superiori libro dictum est. De Sido

nio

dio nihil habeo quod obtendam, cũ ipsum metrũ phalæcium sit, & duæ syllabæ, quarũ altera priorem pedem finit, altera sequenteẽ incipit, coalescere ita non possint.

Excipiuntur autem à regula, Deois, patronymicum à Δηώ, quo nomine Ceres apud Græcos appellatur, ut apud Ouid. 6. Metamor.

Mnemosynen pastor, uarius De -- oida -uu serpens. Ita enim legendum, non ut Despauterius legit, uariusque Deoida &c. Est autem Deois filia Cereris, quam Iupiter facie serpentis compressit. Et, Eous, quod uariari solet, quoniam apud Græcos & ἑώς, & ἠώς pro eodem ferè accipiuntur. Propertius lib. 2.

Siue illam Hesperijs, siue illam ostendet E -uu oit.
Vret et Bo -- os, uret et Hesperios. Ver. 1. Geor.
Ante tibi Eo -- æ Atlantides abscondantur.
Spondaicus est.

E, ante V.

E ante V, in primis syllabis corripitur, ut Creusa, et si quæ alia huius formæ fuerint, ut Æneid. 2.

Subijt deserta Cre -uu usa &c. Est enim à κρεὼν κρέουσα. Despauter. E ante V, produci ait, sed eius rei exemplum de primis syllabis non affert.

E, ante Y.

Vnum huius formæ exemplũ inuenio, in quo in priore syllaba e ante y, positum producitur, ut Ceyx, proprium regis Trachiniæ, filij Luciferi, & mariti Alcyones, Græce enim per η scribitur, κήϋξ κήϋκος, ut

Alcyo-

Alcyone Ce -- yca uocat, Ce -- yeis in ore.
Nulla nisi Alcyone est &c. Metamor. 11.

I, ante A, in primis syllabis.

I ante A, in primis syllabis corripitur, ut Iason, Iaspis, Iacchus, Iambus, Iaspis. Iuuena. Saty. 5.
Da ueniam, praeclara illi claudatur I - υυ spis &c.
Sic & Iarbas, apud Vergilium, ut
Non ante Tyro despectus I -υυ arbas &c. Aenei. 4. *Quod tamen alij per y scribunt.*
Excipe Iasius, ut
Iasi -υυ de palinure &c. Aenei. 6. *Iapetus, ut*
Quam satus Iape -υυ to mistam fluuialibus undis &c. Metamor. 1. *Vnde & Iapetionides. At Iapetides proprium citharoedi apud Ouidium 5. Metamorph. corripitur, ut*
Tu quoq; I -υυ apeti -υυ de, non hos adhibendus ad usus &c. De quo suprà quoque diximus.
Excipiuntur item Dia, insulae nomen, ut
Qua breuis aequoreis Dia fe -υυ ritur aquis. 2. de Arte. *Et Phthia, patria Achillis, ut*
Cum domus Assaraci, Phthi -- am, clarasq; Mycenas.
Seruitio premet &c. Et:
Οὔτ' εἰ χὀρ φθί -- ηψ, ἠδ' ἐμάδα καλλιγύναικα. Iliados 2. *Tametsi apud Aristophanem, in Ranis,*

nis, commentator, super hoc uersu.

φθιῶτ' ἀχιλεῦ τίποτ' αὐδ᾽ ρονδ᾽ αἴκτον ἀκούων etc. Metrum, inquit, Aeolicum hoc uocatur, quoniã primum pedem, Iambum habet &c. Quod si uerè ab illo dicitur, patet etiam corripi, priorem in Phthia, præsertim, ut in hoc exemplo, in deriuatis. Sed uidetur Homeri, Vergiliíq; authoritas, pluris, quàm Grammatici istius facienda. Phlias quoque propriũ I, longa ponitur apud Valerium Flacc. 1. Argonaut.

Et quem fama genus non est decepta Lyæi.
Phlias -- immissos patrios de uertice crines.

Sic enim uulgo legitur. Et Phia loci nomen apud Homerum Iliados 7. ut

Φείας -- παρ̀ ὁίχεοσιν ιαρδ᾽ άνου ἀμφὶ ῥέεθρα &c. Et Priamides, patronymicum, ut

Priami -υυ demq; Helenum Graias regnare per urbes &c. Aeneid. 3. Nam primitiuum Priamus, i, breue habet, ut

Hic finis Pria -υυ mi fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit. Aeneid. 2. Vt & possessiuum Priameius, a, um, ut

O felix una ante alias Pria -υυ meia uirgo &c. Aeneid. 3. Seruant enim hæc primitiui naturam, τοῦ πρίαμος puta, quòd i breue apud Græcos habet, quod idem in Priamides fieri non potest, si modo in Heroicũ metrum uenire debet. Diana autem uariatur, ut suprà dictum

dictum est, quanquam hoc alij inter Græca recenseri nolint.

I, ante E.

I ante E, in primis syllabis corripitur, ut Hieron. enim & apud Theocritum ponitur.

Ἔνδ' αὐτοῖς ἱέ -υυ ρων προτέροις ἴσος ἥρωσι Id. Idyl. 16. Et rursum.

ὑψιλόφῳ δ' ἱέ -υυ ρωνι κλέος φερέοιεν ἀοιδοί.

Tametsi ipsum primitiuum etiam longa ι, reperitur, ut apud Homerum, apud quem crebro illud ponitur.

ἱερα -υυ ῥέζων. Eodem modo & peregrina fere ponuntur, ut Hiempsal, Iesus, ut

Dixit Ioannes, cui talia reddit I -υυ esus. Apud Iuuencum, et Iesse apud Prudentium in Enchiridio, ut

Dauid paruus erat, fratrum ultimus, & modo I- -υυ esse

Cura gregis. Nisi quis duabus tantum syllabis Iesse -- legendum comendat.

Excipitur, Pierus proprium, ut

Pierus -υυ has genuit Pellæis diues in aruis, Metamor. 5. Et, Pierides, ut

Pergite Pieri -υυ des. Et Pierium antrum. Priene autem uariè positum reperitur, ut

Prie -- nec Bia quòd plus tibi turba malorū est, &c. Apud Sidonium in Panegyr. & rursum.

Et tu, quem dederat Bias, Priene, υ--, Apud eundē:

Frequens

Frequentius tamen ac potius est, ut corripiatur.

I, ante I.

I ante I, in primis syllabis corripitur, ut Dijambus, Terentianus.

Hũc ritè uocant, quia geminatur Dij --υυ ambon. Versus est Ionicus Sotadæus, nec facilè alia reperies.

I ante O.

I ante O in primis syllabis corripitur, ut

Iole υυ- Iolas υ-- Iolcus υ-υ. Luca lib. 1.

Thessalus Aemoniam uomer proscindit I -υυ olcum. Diocles υ-- Diores υ-- Vergi. lib. 5.

Regius egregia Priami, de stirpe Di -υυ ores.

Tametsi idem nomen, ut uidetur, etiam longa I, apud Homerum positum reperitur, ut Iliados 4.

Ἐνθ᾽ ἀμαρυγκείδην Δι -- ὤρεα μοῖρ᾽ ἐπέδησε. Nisi quis hic contendat Διωρέα scribendum esse, à nominatiuo Διωρεύς. Sed tamen & commentator pro Διώρην positum accipit.

Dione υ-- Dion υ-.

Vt in Epigrammate Platonis, quod ab Apuleio lib. 1. Apolog. refertur.

Κεῖσαι δ᾽ εὐρυχόρῳ γ᾽ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς

ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δί -υυ ων.

quod eò hic addidi, ne quis à Διὸς compositum, priore longa ponendum existimet, & similia. Ad quam formã et peregrina pleraq; poni solent, ut Ioseph, Ioãnes, quoties τετρασυλλαβικῶς ponitur et similia, Ianaccus.

Hic

Hic ab Arimathia nomen gestabat I – ∪∪ oseph.

Et: *Dixit I – ∪∪ oannes, cui talia reddit Iesus &c.*

Excipiuntur Clio, Spio, & cætera ab ijs, quæ Græcis per ει diphthongum scribuntur, deriuata, ut Thiodamas, apud Statium lib. 8.

Prion, apud Flaccum lib. 6.

Item quæ cum διὸς componuntur, ut Diogenes, ut apud Homerum.

Διόγε – ∪∪ νες Λαερτιάδη πολυμήχαν᾽ ὀδυσσεῦ. Et apud Auson.

Dioge – ∪∪ nes obijt? non obijt, sed abit. Quanquam non facile uidere est, quæ à Διὸς, & quæ à Διὸς composita sint. Nam Diomedes, & cætera quæ similis formæ sunt, pleraque corripiuntur, ut

Vidimus ò ciues Dio – ∪∪ medem, Argiuaq; castra. Aeneid. 11. Et sunt, qui Diogenes quoque, non quia à διὸς deductum sit, sed per ἔκτασιν produci uelint. Ego rē in medio relinquo. Porrò ad superius exemplum Prudentius etiam nomen Hiob i, longa posuit, ut

Nam proximus Hiob – –.

Hæserat inuictæ bella inter dura magistræ. In Psychomachia.

Ionium cum de mari dicitur, producitur, ut

Insulæ Ioni – ∪∪ o in magno. Aeneid. 3. Ionia autem pro regione, ut & Iones, & Ionus proprium corripiuntur, ut

Nec Latium norat, quem præbet I – ∪∪ onia diuet. Fastor. 6. Et:

Mo-

Motus doce --v- rigaudet I --vv onicos. Horatius lib.3. Oda.6. Et:

Primus Thessalicæ rector telluris I -vv onus. Lucanus lib.6. Io autem proprium Inachi filiæ, utroque modo ponitur, ut

Constiterat quocunque loco spectabat ad Io --. Metamorph.1. Et:

Quæ tibi caussa fugæ, quid I -vu o freta longa pererras. In Epist. Hyperme. Nam aduerbium Io, semper corripitur, ut

Dicite I -vv ò Pæan, & I -vv ò bis dicite Pæan. Ouid. Vt & Græcum Ιού.

I, ante V.

I ante V, in primis syllabis corripitur, ut Iulus. Ver.

Cui pulcher I -vv ulus

It comes &c. Sic & Peregrinum Iudas à recentioribus quibusdam ponitur, ut

Protinus hinc reges, á prisco sanguis I -vv uda etc. apud Vidam lib.1. Christeidos. Iuuencus tamen & reliqui eius ætatis, disyllabum fermè posuere, ut

Proditor et Iu -- das postquam se talia cernit &c. Et:

Iudæ -- æ sectatus iter &c. Apud Sedulium, quo pacto & apud Lucanum, lib.2. legimus.

Et dedita sacris

Incerti Iu -- dæa Dei &c.

Excipiuntur, Chius, possessiuum à Chios, ut

Consulis ex Chi -- o soluite uincla cado. Catul.
Nam primitiuum Chius i breue habet, ut

Quas Asinecantes, & quas Chius -uu asperat un dis, lib. 5. *Dius proprium uiri, & Criu metopon, promontorij nomen, ut apud Fanium*.

Arietis hanc rupem simulantem uertice frontem.
Pro merito Graij Crî -- u dixere metopon.

De Dius, a, um, & Dium, substantiuo, suprà dictum.

I, ante Y.

I ante Y, in primis syllabis apud Latinos non facilè reperitur. Apud Theocritum autem ἴυγξ *quod & auiculæ, & fascini nomen est, i, longa ponitur, ut in Pharmaceutria.*

ἶϋγξ -- ἕλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα *Composita autē, ut* δίϊυγγος *per se nota sunt.*

O, ante A, in primis syllabis.

O ante A, in primis syllabis corripitur, ut Thoas, Cloanthus, Oaxes. Vergilius.

Et rapidum Cretæ ueniemus O -uu axem. Sic & Choaspis, fluuij nomē, quod χόασπις *Græce scribitur. & Coastræ populi apud Lucanum libro 3.*

Æthera tangentes syluas liquere Coastræ, et similia. Ad quod exemplum etiam Ioannes à quibusdam positū inuenias, trisyllabū uidelicet, o correpta, ut apud Sedulium: Hunc Baptista petens, ut uidit ab amne Io -uu annes. lib 1. *Et apud Sidonium in Eucharist.*

Hic est.

Quæ nunc Helias, nunc te iubet ire Io – ∪∪ annes.
Ita enim ipse scando hos uersus, quanquam non negem etiam pro Tetrasyllabo idem nomen accipi posse. Iuuencus tamen, & qui Græcam scripturam sequi malunt, o longa, & Tetrasyllabum ponunt, ut

Dixit I – ∪∪ oan – – nes, cui talia reddit Iesus, &c. Quanquam in his & similibus peregrinis, puto nō minus Latinorum usum, quàm Græcorū ualere, cum et Priscian. dicat, in potestate cuiusq; positū esse, pro eo ac rationi consentaneum maxime uidebitur illis uti.

Excipiuntur, Oarion, apud Catullum, pro Orion, ut

Proximus Hidrochoo fulgeat Oari – ∪∪ on. Sic enim ex Græcis Callimacho, & Nicandro, Politianus legendum esse ostendit, non, ut alij quidam legunt, Aorion. uide Miscellan. 69. Et Troas, ut

At procul in sola secretæ Troades – ∪∪ acta &c. Æneid. 5. Nam Stoa primitiuum, quod ipsum quoque Despauterius excipit, ò breue habet, Græce enim σοὰ scribitur Stoicus autem deriuatum, o longum.

O, ante E.

O ante E, in primis syllabis corripitur, ut Cloë proprium mulieris, apud Martialem, ut

Tota te po – – – ∪ teram Cloë ∪ – ∪ – carere. li. 3. Noë peregrinum quod tamen & Noà quibusdam ponitur, apud Aratorem uariatur. Sedulius autem lib. 1. o longa posuit, ut

Nunc bonus Heliæ, qui perfidus antea Noë – –.

O, ante I.

O ante I, in primis syllabis corripitur, ut Oïleus, ut

Vnius ob noxam, & furias Aiacis O - ν ν ileï. Æneidos 1.

Sed producuntur, Troilus, Zoilus, Troïus adiectiuum, Stoicus, Stoicidæ & si qua huius formæ alia inuenentur. Persius.

Stoicus - ν ν hic aurem mordaci lotus aceto &c.

Reliquorum exempla nota sunt.

O, ante O.

O ante o, in primis syllabis corripitur, ut Thoon, Boötes &c. ut

Frigida circumagunt, pigri sarraca Bo - ν ν ötæ. Apud Iuuenalem Satyra 5.

O, ante V.

O ante V, in primis syllabis corripitur, ut Thous proprium canis, apud Ouidium libro 3. Metamorph.

Et Thous, - ν ν & Cyprio uelox cum fratre Lycisca.

Excipe deriuata ut, Cous, & siqua alia, quæ græcè per ω μέγα scribuntur. Propertius;

Callimachi manes, & Coï - - sacra Philetæ. &c.

O, ante Y.

O ante Y, in primis syllabis, inter ea quæ à Latinis usurpantur, non facile reperies. Nisi quòd Sedulius Moysen, hac forma posuit, o breui, ut, libro 2.

Quid

Quid quod & Heliam, et clarum uidere Mo – ∪ ∪ ysen. Quanquam idē et Mosen absq; y eodē li. posuit, ut

Vt typicus Mo – – ses, uerusq; propheta uideret.

Quam rationē cum alij pleriq; in hac uoce secuti sunt, tum Iuuenalis quoque, apud quem satyra decima quarta ita legitur.

Tradidit arcano quodcunq; uolumen Moses – –.

V, ante uocales.

De V ante cæteras uocales, nihil præcipiendum uidetur, quòd ea Latinorum propria sit, & in Græcis dictionibus, quæ quidem à Latinis usurpantur, ante alias uocales non facilè reperiatur. Nam & apud Græcos οὔατα, & siqua similia, non nisi figurate dicuntur. Proinde Despauterius una atque communi regula, ante omnes uocales corripi illam dixit. Quam rationem & nos sequamur, si quando huius generis exemplum aliquod inciderit. Quod autem apud Ouidium legitur libro 5. Metamorph.

Ecce Su – ∪ ∪ enites genitus Methione Phorbas &c. ex Syenita factum puto, quemadmodum & pro Sylla Sulla crebrò positum uidemus.

Y, ante A, in primis syllabis.

Y, in primis ante A corripitur, ut Hyas, Dryas, Cyathus, Gyarus, Hyæna, Hyantes &c. ut

Hic iuuenis placido compellat Hy – ∪ ∪ antius ore. Ouid. de Actæone.

Excipitur Thyas pro muliere bacchante, ut

Thias u – uu bi audito stimulant Trieterica Baccho &c. Æneid. 4. Et Cyaneus, a, um, ut

Cyaneus, a, um. Cyane – uu as tellus emisit in æquora cautes. Luca. lib. 2. & Cyanee proprium filiæ Mæandri, ex qua Miletus Byblida genuit, ut

Cyane. Cognita Cyane – uu e præstãti corpore nympha. Metamorph. 9. Tametsi hoc loco alij, Cyane tribus tantum syllabis legant, uidelicet ut priores duæ ambæ producantur. Quo pacto & apud Iuuenalem idem nomen pro Symplegadibus uulgo positum uidemus, ut quidem nostræ æditiones habent, ut

Nam citius Scyllam, uel concurrentia saxa
Cya – – nes, plenos & tempestatibus utres
Crediderim &c,

De quo equidem quid affirmem, non habeo. Nam etiam si primæ syllabæ gratiam faciamus, quæ contra alia huius uocis exempla trisyllaba, longa ponitur, mediam certe, τὸ A, utroque modo, & cum tribus syllabis κύανος dicitur, & cum quatuor, κυάνεος, apud Græcos corripi uideo. Id quod & in sequentibus apparet. Nam Cyane pro nympha & fonte Siciliæ, utraq; correpta poni solet, ut

Inter Sicelides Cya – u u ne pulcherrima nymphas.

Et:

At Cya – uu ne, raptamq; deã, contemptaq; fontis
Iura sui mœrens &c. Metamor. 5.

Et κυανῶπις quoque apud Græcos eadem quantitate usurpatur. Vt in Aspide Hesiodi.

τοῦ

Τοῦ γὰρ ὅπη ἦεν πᾶσα θεμισονόμ κυα – υυ νεο πιρ &c. Quare eò adducor, ut priorem lectionem magis probem, eorum scilicet, qui ὑγανεε quatuor sylla bis legunt, & ipsum y, pro ancipiti habendum putem, quandoquidem omnia hæc ab eadem origine descendũt.

Y, ante E.

Y ante E, in primis syllabis corripitur, ut Thyestes, Iuuenalis Saty. 8.

Longum tu pone Thy – υυ estæ.

Syrma uel Antigones &c Syene. Idem Satyra 11.

Dentibus ex illis quos mittit porta Sy – υυ enes

Et siqua alia.

Y, ante I.

Y in primis syllabis ante I, corripitur, ut Dryidæ. Lucanus libro 1.

Moremq; sinistrum

Sacrorũ Dryi – υ υ dæ positis repetistis ab armis.

Quod tamen sunt, qui Druidæ per V latinum scribũt.

Y, ante O.

Y in primis syllabis ante O, corripitur, ut Hyon.

Sternit Hy – υυ ona Chromis &c. Statius. Dry ops. Virg.

Crescesq; Dryo – υυ pesq; fremũt etc. Æn. 4. et similia.

Y, ante V.

Huius formæ exemplum apud latinos scriptores nõ puto reperiri. Quod siquod tamen inuenietur, id exem

plum superiorum corripiendum censeo. Nam Dryudæ, quod Despauterius pro Dryïdæ legit, & i, longum habere dicit, superiori exemplo redarguitur.

Y, ante Y.

Y sibi ipsi in primis syllabis præpositum, nusquam, quod equidem sciam, inuenitur, sed tamen si quod exemplum tale fortè incidet, in eo communem regulam seruandam existimo.

Notentur autem ubiq; circa hanc uocalē, quæ Græce per υ diphthongum scribuntur, ut μῦα, musca, & Nymphæ nomen, & quæ inde deriuantur. Atq; hactenus de uocalibus, quæ in primis syllabis aliæ alias antecedunt. Sequitur de medijs, eodem ordine.

A, ante A, in medijs syllabis.

A ante A, in medijs syllabis propriè corripitur, ut Nausicaa. Martialis:

Si mihi Nausica – υυ a patrios promitteret hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.

Barbara autem, ut Abraam & similia, fermè producuntur, ut

Deus inquit A – υ υ braam – υ. Apud Aratorem. Et:

Abra – – am sanctis merito sociando patronis.

Sidon. li. epist. 7. Quanquam in Canaan et Balaam &c. puto liberum, cuiq; utendi arbitrium permitti.

A, ante E.

A an-

A, ante E, in media syllaba corripitur, ut Danaë, Pasiphaë, *quod tamen ex deriuatione quoq; cognoscitur, &c.* Ouidius.

Quid Dana -vv ën, Dana -vv ïq; *nurus, matremq; Lyei &c. lib.2. Trist.* Virg. in Bucol.

Pasipha -vv en niuei solatur amore iuuenci.

Peregrina tamen, ut Michaël, Israël, *pleraq; a, longa ponuntur, ut*

Hic & odoratus spiranti crine Mi -vv chael -v. Valer. *sexto* Argonaut. Et

Non aliter cecinit respectans uictor hiantem

Isra -- el rabiem, ponti post terga minacis. Prudentius in Psychom. *Tametsi ex recentioribus quidam in his quoq; regulam seruarunt, penultimam corripientes. Sed ego ueterum authoritatem haudquaquam negligendam puto.*

A, ante I.

A, ante I, in medijs syllabis corripitur, ut Tanais, Calais, *&c.* Luc. lib.3.

Qua uertice lapsus

Riphæo Tana -vv is *diuersi nomina mundi*

Imposuit &c. Ouidius 7. Meta.

Implumes Cala -vv *isq; puer, Zetesq; fuerunt.*

Sic & Thebais, Phocais *& simila patronymicorum forma inclinata.* Lucan. lib.3.

Phocais -vv in dubijs ausa est seruare iuuentus,

Non Graia leuitate fidem &c. Et adiectiua, quæ

Alcyone Ce -- *yca uocat*, Ce -- *yeis in ore.*
Nulla nisi Alcyone est &c. Metamor. 11.

I, ante A, in primis syllabis.

I ante A, in primis syllabis corripitur, ut Iason, Iapis, Iacchus, Iambus, Iaspis. Iuuena. Saty. 5.

Da ueniam, praeclara illi claudatur I -uu spis &c.
Sic & Iarbas, apud Vergilium, ut

Non ante Tyro despectus I -uu arbas &c. Aenei. 4. *Quod tamen alij per y scribunt.*

Excipe Iasius, ut

Iasi -uu de palinure &c. Aenei. 6. *Iapetus, ut*

Quám satus Iape -uu to mistam fluuialibus undis &c. Metamor. 1. *Vnde & Iapetionides. At Iapetides propriam citharoedi apud Ouidium 5. Metamorph. corripitur, ut*

Tu quoq; I -uu ăpeti -uu de, non hos adhibendus ad usus &c. De quo suprà quoque diximus.

Excipiuntur item Dia, insulae nomen, ut

Quae breuis aequoreis Dia fe -uu ritur aquis. 2. de Arte. *Et Phthia, patria Achillis, ut*

Cum domus Assaraci, Phthi -- am, clarasq; Mycenas.

Seruitio premet &c. Et:

Οἵτ' εἶχον φθί -- ην, ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα. *Iliados* 2. *Tametsi apud Aristophanem, in Ranis,*

tis, commentator, super hoc uersu.

φθιῶτ' ἀχιλεῦ τίπτοτ' αὐδρὸς δ' ἀίκτον ἀκούων etc. Metrum, inquit, Aeolicum hoc uocatur, quoniã primum pedem, Iambum habet &c. Quod si uerè ab illo dicitur, patet etiam corripi, priorem in Phthia, præsertim, ut in hoc exemplo, in deriuatis. Sed uidetur Homeri, Vergilijq; authoritas, pluris, quàm Grammatici istius facienda. Phlias quoque propriũ I, longa ponitur apud Valerium Flacc. 1. Argonaut.

Et quem fama genus non est decepta Lyæi.

Phlias -- immissos patrios de uertice crines.

Sic enim uulgo legitur. Et Phia loci nomen apud Homerum Iliados -. ut

Φείας -- παρ' Βίχεοσιν ιαρδ'άνου ἀμφὶ ῥέεθρα &c. Et Priamides, patronymicum, ut

Priami -υυ demq; Helenum Graias regnare per urbes &c. Aeneid. 3. Nam primitiuum Priamus, i, breue habet, ut

Hic finis Pria -υυ mi fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Aeneid. 2. Vt & possesiuum Priameius, a, um, ut

O felix una ante alias Pria -υυ meia uirgo &c. Aeneid. 3. Seruant enim hæc primitiui naturam, τοῦ πρίαμος puta, quòd i breue apud Græcos habet, quod idem in Priamides fieri non potest, si modo in Heroicũ metrum uenire debet. Diana autem uariatur, ut suprà dictum

dictum est, quanquam hoc alij inter Græca recenseri nolint.

I, ante E.

I ante E, in primis syllabis corripitur, ut Hieron. enim & apud Theocritum ponitur.

Ἔνδ' αὐτοῖς ἱε -υυ ρων προτέροις ἴσος ἥρωεσσι. Idyl. 16. Et rursum.

ὑψιλόφῳ δ' ἱε -υυ ρωνι κλέος φερέοιεν ἀοιδοί.

Tametsi ipsum primitiuum etiam longa i, reperitur, ut apud Homerum, apud quem crebrò illud ponitur.

ἱερα -υυ ρέζων. Eodem modo & peregrina ferè ponuntur, ut Hiempsal, Iesus, ut

Dixit Ioannes, cui talia reddit I -υυ esus. Apud Iuuencum, et Iesse apud Prudentium in Enchiridio, ut

Dauid paruus erat, fratrum ultimus, & modo I-

-υυ esse

Cura gregis. Nisi quis duabus tantum syllabis Iesse -- legendum contendat.

Excipitur, Pierus proprium, ut

Pierus -υυ has genuit Pellæis diues in aruis, Metamor. 5. Et, Pierides, ut

Pergite Pieri -υυ des. Et Pierium antrum. Priene autem uariè positum reperitur, ut

Prie -- nae Bia quòd plus tibi turba malorũ est, &c. Apud Sidonium in Panegyr. & rursum.

Et tu, quem dederat Bias, Priene, υ--, Apud eundẽ:

Frequens

Frequentius tamen ac potius est, ut corripiatur.

I, ante I.

I ante I, in primis syllabis corripitur, ut Dijambus, Terentianus.

Hūc ritè uocant, quia geminatur Dij --vu ambon. Versus est Ionicus Sotadæus, nec facilè alia reperies.

I ante O.

I ante O in primis syllabis corripitur, ut

Iole vu- Iolas u-- Iolcus u-u. Luca lib. 5.

Thessalus Aemoniam uomer proscindit I -vu olcum. Diocles u-- Diores u-- Vergi. lib. 5.

Regius egregia Priami, de stirpe Di -vu ores.

Tametsi idem nomen, ut uidetur, etiam longa I, apud Homerum positum reperitur, ut Iliados 4.

Ενθ᾽ ἀμαρυγκείδην Δι -- ὤρεα μοῖρ᾽ ἐπέδησε. Nisi quis hic contendat Διωρέα scribendum esse, à nominatiuo Διωρεύς. Sed tamen & commentator pro Διώρην positum accipit.

Dione υ-- Dion υ-.

Vt in Epigrammate Platonis, quod ab Apuleio lib. 1. Apolog. refertur.

Κεῖσαι δ᾽ εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δί -vu ων.

quod eò hic addidi, ne quis à Διὸς compositum, priore longa ponendum existimet, & similia. Ad quam formā et peregrina pleraq; poni solent, ut Ioseph, Ioānes, quoties τετρασυλλαβικῶς ponitur et similia. Iunēcus.

Hic

Hic ab Arimathia nomen gestabat I – ∪∪ oseph.
Et: Dixit I –∪∪ oannes, cui talia reddit Iesus &c.

Excipiuntur Clio, Spio, & cætera ab ijs, quæ Græcis per ει diphthongum scribuntur, deriuata, ut Thiodamas, apud Statium lib. 8.

Prion, apud Flaccum lib. 6.

Item quæ cum διὸς componuntur, ut Diogenes, ut apud Homerum.

Διόγε –∪∪ νες Λαερτιάδη πολυμήχαν᾽ ὀδυσσεῦ. Et apud Auson.

Dioge –∪∪ nes obijt? non obijt, sed abit. Quanquam non facile uidere est, quæ à Διὸς, & quæ à Διὸς composita sint. Nam Diomedes, & cætera quæ similis formæ sunt, pleraque corripiuntur, ut

Vidimus ò ciues Dio –∪∪ medem, Argiuaq; castra. Aeneid. 11. Et sunt, qui Diogenes quoque, non quia à διὸς deductum sit, sed per ἔκτασιν produci uelint. Ego rē in medio relinquo. Porrò ad superius exemplum Prudentius etiam nomen Hiob i, longa posuit, ut

Nam proximus Hiob ––.

Hæserat inuictæ bella inter dura magistræ. In Psychomachia.

Ionium cum de mari dicitur, producitur, ut

Insulæ Ioni –∪∪ o in magno. Aeneid. 3. Ionia autem pro regione, ut & Iones, & Ionus proprium corripiuntur, ut

Nec Latium norat, quem præbet I –∪∪ onia diuet. Fastor. 6. Et:

Mo-

Motus doce --u- ri gaudet I --uu onicos.
Horatius lib.3.Oda.6. Et:

Primus Thessalicæ rector telluris I -uu onus.
Lucanus lib.6. *Io autem proprium Inachi filiæ, utroque modo ponitur, ut*

Constiterat quocunque loco spectabat ad Io --.
Metamorph.1. Et:

Quæ tibi caussa fugæ, quid I -uu o freta longa pererras. *In Epist. Hyperme. Nam aduerbium Io, semper corripitur, ut*

Dicite I -uu ò Pæan, & I -uu ò bis dicite Pæan, Ouid. Vt & Græcum Ioú.

I, ante V.

I ante V, in primis syllabis corripitur, ut Iulus. Ver.

Cui pulcher I -uu ulus

It comes &c. *Sic & Peregrinum Iudas à recentioribus quibusdam ponitur, ut*

Protinus hinc reges, à prisco sanguis I -uu uda etc. *apud Vidam lib.1.Christeidos. Iuuencus tamen & reliqui eius ætatis, disyllabum fermè posuere, ut*

Proditor et Iu -- das postquam se talia cernit &c. Et:

Iudæ -- æ sectatus iter &c. *Apud Sedulium, quo pacto & apud Lucanum, lib.2.legimus.*

Et dedita sacris

Incerti Iu -- dæa Dei &c.

Excipiuntur, Chius, possessiuum à Chios, ut

Consulis ex Chi -- o soluite uincla cado. Catul.
Nam primitiuum Chius i breue habet, ut

Quas Asine cantes, & quas Chius -uu asperat un dis, lib. 2. Dius proprium uiri, & Criu metopon, pro montorij nomen, ut apud Fannium.

Arietis hanc rupem simulantem uertice frontem,
Pro merito Graij Cri -- u dixere metopon.
De Dius, a, um, & Dium, substantiuo, suprà dictum.

I, ante Y.

I ante Y, in primis syllabis apud Latinos non facilè reperitur. Apud Theocritum autem ἴυγξ quod & auiculæ, & fascini nomen est, i, longa ponitur, ut in Pharmaceutria.

Ἴυγξ -- ἕλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα Composita autē, ut δίυγος per se nota sunt.

O, ante A, in primis syllabis.

O ante A, in primis syllabis corripitur, ut Thoas, Cloanthus, Oaxes. Vergilius.

Et rapidum Cretæ ueniemus O -uu axem. Sic & Choaspis, fluuij nomē, quod χόασπις Græce scribitur, & Coastræ populi apud Lucanum libro 3.

Æthera tangentes syluas liquere Coastræ, et similia. Ad quod exemplum etiam Ioannes à quibusdam positū inuenias, trisyllabū uidelicet, o correpta, ut apud Sedu liū: Hunc Baptista petens, ut uidit ab amne Io -uu annes. lib 1. Et apud Sidonium in Eucharist.

Hic est.

Qua

Qua nunc Helias, nunc te iubet ire Io – ∪∪ annes.
Ita enim ipse scando hos uersus, quanquam non negem etiam pro Tetrasyllabo idem nomen accipi posse. Iuuencus tamen, & qui Græcam scripturam sequi malunt, o longa, & Tetrasyllabum ponunt, ut

Dixit I – ∪∪ oan – – nes, cui talia reddit Iesus, &c. Quanquam in his & similibus peregrinis, puto nō minus Latinorum usum, quàm Græcorū ualere, cum et Priscian. dicat, in potestate cuiusq; positū esse, pro eo ac rationi consentaneum maxime uidebitur illis uti.

Excipiuntur, Oarion, apud Catullum, pro Orion, ut

Proximus Hidrochoo fulgeat Oari – ∪∪ on. Sic enim ex Græcis Callimacho, & Nicandro, Politianus legendum esse ostendit, non, ut alij quidam legunt, Aorion. uide Miscellan. 69. Et Troas, ut

At procul in sola secretæ Troades – ∪∪ acta &c. Æneid. 5. Nam Stoa primitiuum, quod ipsum quoque Despauterius excipit, ò breue habet, Græce enim στοὰ scribitur. Stoicus autem deriuatum, ō longum.

O, ante E.

O ante E, in primis syllabis corripitur, ut Cloë proprium mulieris, apud Martialem, ut

Tota te po – – – ∪ teram Cloë ∪ – ∪ – carere. li. 3. Noë peregrinum quod tamen & Noà quibusdam ponitur, apud Aratorem uariatur. Sedulius autem lib. 1. o longa posuit, ut

Nunc bonus Heliæ, qui perfidus antea Noë – –.

O, ante I.

O ante I, in primis syllabis corripitur, ut Oïleus, ut

Vnius ob noxam, & furias Aiacis O – u u ilei.

Æneidos 1.

Sed producuntur, Troilus, Zoilus, Troïus adiectiuum, Stoicus, Stoicidæ & si qua huius formæ alia inueniuntur. Persius.

Stoicus – u u hic aurem mordaci lotus aceto &c.

Reliquorum exempla nota sunt.

O, ante O.

O ante o, in primis syllabis corripitur, ut Thoon, Boötes &c. ut

Frigida circumagunt, pigri sarraca Bo – u u ötæ.

Apud Iuuenalem Satyra 5.

O, ante V.

O ante V, in primis syllabis corripitur, ut Thous proprium canis, apud Ouidium libro 3. Metamorph.

Et Thous, – u u & Cyprio uelox cum fratre Lycisca.

Excipe deriuata ut, Cous, & siqua alia, quæ græcè per ω μέγα scribuntur. Propertius:

Callimachi manes, & Coï – – sacra Philetæ. &c.

O, ante Y.

O ante Y, in primis syllabis, inter ea quæ à Latinis usurpantur, non facile reperies. Nisi quòd Sedulius Moysen, hac forma posuit, o breui, ut, libro 2.

Quid

Quid quod & Heliam, et clarum uidere Mo - vu
ysen. Quanquam idẽ et Mosen absq; y codẽ li. posuit, ut
Vt typicus Mo -- ses, uerusq; propheta uideret.
Quam rationẽ cum alij pleriq; in hac uoce secuti sunt,
tum Iuuenalis quoque, apud quem satyra decima quar-
ta ita legitur.
Tradidit arcano quodcunq; uolumen Moses --.

V, ante uocales.

De V ante cæteras uocales, nihil præcipiendum ui-
detur, quòd ea Latinorum propria sit, & in Græcis di-
ctionibus, quæ quidem à Latinis usurpantur, ante alias
uocales non facilè reperiatur. Nam & apud Græcos
οὔατα, & si qua similia, non nisi figurate dicuntur.
Proinde Despauterius una atque communi regula, an-
te omnes uocales corripi illam dixit. Quam rationem
& nos sequamur, si quando huius generis exemplum ali-
quod inciderit. Quod autem apud Ouidium legitur li-
bro 5. Metamorph.
Ecce Su - vu enites genitus Methione Phorbas
&c. ex Syenita factum puto, quemadmodum & pro
Sylla Sulla crebrò positum uidemus.

Y, ante A, in primis syllabis.

Y, in primis ante A corripitur, ut Hyas, Dryas, Cya-
thus, Gyarus, Hyæna, Hyantes &c. ut
Hic iuuenis placido compellat Hy - vu antius
ore. Ouid. de Actæone.
Excipitur Thyas pro muliere bacchante, ut

Thias u – υυ bi audito stimulant Trieterica Baccho &c. Æneid. 4. Et Cyaneus, a, um, ut

Cyaneus, a, um. Cyane – υυ as tellus emisit in æquora cautes. Lucan. lib. 2. & Cyane proprium filiæ Mæandri, ex qua Miletus Byblida genuit, ut

Cyane. Cognita Cyane – υυ e præstāti corpore nympha. Metamorph. 9. Tametsi hoc loco alij, Cyane tribus tantum syllabis legant, uidelicet ut priores duæ ambæ producantur. Quo pacto & apud Iuuenalem idem nomen pro Symplegadibus uulgo positum uidemus, ut quidem nostræ æditiones habent, ut

Nam citius Scyllam, uel concurrentia saxa
Cya – – nes, plenos & tempestatibus utres
Crediderim &c,

De quo equidem quid affirmem, non habeo. Nam etiam si primæ syllabæ gratiam faciamus, quæ contra alia huius uocis exempla trisyllaba, longa ponitur, mediam certe, τὸ A, utroque modo, & cum tribus syllabis κύανος dicitur, & cum quatuor, κυάνεος, apud Græcos corripi uideo. Id quod & in sequentibus apparet. Nam Cyane pro nympha & fonte Siciliæ, utraq; correpta poni solet, ut

Inter Sicelides Cya – υυ ne pulcherrima nymphas.

Et:

At Cya – υυ ne, raptamq; deā, contemptaq; fontis
Iura sui mœrens &c. Metamor. 5.

Et κυανῶπις quoque apud Græcos eadem quantitate usurpatur. Vt in Aspide Hesiodi.

Τοῦ γὰρ ὀπηῦς παῖδα θεμισονόμου κυα – υυ νοσπιν &c. Quare eò adducor, ut priorem lectionem magis probem, eorum scilicet, qui ι γανεē quatuor syllabis legunt, & ipsum y, pro ancipiti habendum putem, quandoquidem omnia hæc ab eadem origine descendūt.

Y, ante E.

Y ante E, in primis syllabis corripitur, ut Thyestes, Iuuenalis Saty. 8.

Longum tu pone Thy – υυ estæ.

Syrma uel Antigones &c Syene. Idem Satyra 11.

Dentibus ex illis quos mittit porta Sy – υυ enes

Et siqua alia.

Y, ante I.

Y in primis syllabis ante I, corripitur, ut Dryidæ. Lucanus libro 1.

Moremq; sinistrum

Sacrorū Dryï – υ υ de positis repetistis ab armis.

Quod tamen sunt, qui Druidæ per V latinum scribūt.

Y, ante O.

Y in primis syllabis ante O, corripitur, ut Hyon.

Sternit Hy – υυ ona Chromis &c. Statius. Dryops. Virg.

Creuesq; Dryo – υυ pesq; fremūt etc. Æn. 4. et similia.

Y, ante V.

Huius formæ exemplum apud latinos scriptores nō puto reperiri. Quod siquod tamen inuenietur, id exem

plum superiorum corripiendum censeo. Nam Dryudæ, quod Despauterius pro Dryîdæ legit, & i, longum habere dicit, superiori exemplo redarguitur.

Y, ante Y.

Y sibi ipsi in primis syllabis præpositum, nusquam, quod equidem sciam, inuenitur, sed tamen si quod exemplum tale forte incidet, in eo communem regulam seruandam existimo.

Notentur autem ubiq; circa hanc uocalē, quæ Græce per υ diphthongum scribuntur, ut μῦια, musca, & Nymphæ nomen, & quæ inde deriuantur. Atq; hactenus de uocalibus, quæ in primis syllabis aliæ alias antecedunt. Sequitur de medijs, eodem ordine.

A, ante A, in medijs syllabis.

A ante A, in medijs syllabis propriè corripitur, ut Nausicaa. Martialis:

Si mihi Nausica – υυ a patrios promitteret hortos,
Alcinoo possem dicere, malo meos.

Barbara autem, ut Abraam & similia, fermè producuntur, ut

Deus inquit A – υ υ braam – υ. Apud Aratorem. Et:

Abra – – am sanctis merito sociando patronis.

Sidon. li. epist. 7. Quanquam in Canaan et Balaam &c. puto liberum, cuiq; utendi arbitrium permitti.

A, ante E.

A an-

A, ante E, in media syllaba corripitur, ut Danaë, Pasiphaë, quod tamen ex deriuatione quoq; cognoscitur, &c. Ouidius.

Quid Dana -uu ën, Dana -uu iq; nurus, matremq; Lyei &c. lib.2. Trist. Virg. in Bucol.

Pasipha -uu en niuei solatur amore iuuenci.

Peregrina tamen, ut Michaël, Israël, pleraq; a, longa ponuntur, ut

Hic & odoratus spiranti crine Mi -uu chael -u. Valer. sexto Argonaut. Et

Non aliter cecinit respectans uictor hiantem

Isra -- el rabiem, ponti post terga minacis. Prudentius in Psychom. Tametsi ex recentioribus quidam in his quoq; regulam seruarunt, penultimam corripientes. Sed ego ueterum authoritatem haudquaquam negligendam puto.

A, ante I.

A, ante I, in medijs syllabis corripitur, ut Tanais, Calais, &c. Luc. lib.3.

Qua uertice lapsus

Ripheo Tana -uu is diuersi nomina mundi

Imposuit &c. Ouidius 7. Meta.

Implumes Cala -uu isq; puer, Zetesq; fuerunt.

Sic & Thebais, Phocais & simila patronymicorum forma inclinata. Lucan. lib.3.

Phocais -uu in dubijs ausa est seruare iuuentus,

Non Graia leuitate fidem &c. Et adiectiua, quae

ab his descendunt, ut Thebaicus, a, um. Phocaicus, a, um, & similia Idem eodem libro.

Phocai -υυ cis medias rostris oppone carinas.

Excipe, quæ per resolutionem diphthongi αι, per αϊ, efferuntur, ut Achaïa, Panchaïa &c. In ijs enim a, longum est, ut & in Latinis, Aulaï, aquaï, &c. De quibus suprà dictum est. Virg.

Totaq; thuriferis Panchaia -υυ pinguis arenis.
Georgico. lib. 2. Et

Ah quoties dices, quàm pauper Achaia -υυ nostra est. Ouid. epist. Pari. Sic & Achais, ut

Pars ego nympharum, quæ sunt in Achaide -υυ dixi. Metamorph. 5. quod tamen alij Acheide scribunt, quia Græcè per η, idem, & similia nomina scribuntur.

Notatur Iudaicus, a, um. quod Iuuenalis exemplo superiorum uidelicet, à breui posuit, ut

Iudai -υυ cum ediscunt, & seruant, & metuunt ius. Satyra decimaquarta.

A, ante O.

A, ante O, in medijs syllabis producitur, ut Amithaon, Parthaon, Didymaon, Lycaon, & cætera ad hoc exemplum desinentia, ut

Notus feritate Ly -υυ caon. Primo Metamorph.

Excipe quæ ab ἀγλαὸς, deriuantur, ut Aglaophon, prop. pictoris, & Aglaopes, Aesculapij cognomentum: hæc enim a, breue habent, ut & apud Homerum, ἀγλαόκαρπος & similia.

Barbara autem in Aon, à plerisq; corripiuntur, ut

Sol stetit ab Gaba -uu on. Sedulius. Et

Mergamur uolucres ceu Phara -uu onis equi. Claud.

Quod idem tamen Arator produxit quoq;, ut

Nec iam sua iura Pha -uu raon --,

Ægyptusq; tenet &c. Sed de his non ita anxiè laborandum.

A, ante V.

A, ante V, in medijs syllabis corripitur, ut Danaus, Oenomaus, Talaus &c. Stat. 1. Theb.

Illic Mauortius axis

Oenoma -uu i, Geticoq; pecus stabulare sub Aemo &c. Ouid. in Ibin.

Tam quoq; dij faciant possis gaudere fideli

Coniuge, quàm Tala -uu i, Tyndareiq; gener.

Excipe composita à λαός, ut Menelaus, Protesilaus, et similia, quæ primitiui naturam sequuntur.

Ad quorum exemplum & barbara, ut Esaü, Capharnaum, & similia posita reperiuntur, ut

Hic patrem illudit dextrā mentitus E -uu sau --.

Iuuencus. Et Iamq; Capharna -- e synagogam intrauerat urbis. Sedulius lib. 4.

Despauterius regulam inuertit, & quæ nos excipimus, ille pro exemplis allegat. Sed nostræ sententiæ etiā adstipulatur, quòd quæ ille pro exemplis affert, composita omnia sunt, & ad primas syllabas pertinent.

A, ante Y.

A, ante

Å, ante Y, in medijs dictionibus non facilè reperitur, sed tamen sicubi reperitur, breue ponas licet, ut & in primis syllabis.

E, ante A, in medijs syllabis.

E, ante A, in medijs syllabis corripitur, ut Oceanus, Meleager, Nemea, Tegea, Demea, Chærea, & similia, quæ Græcis in εας, exeunt, ut & Boreas, Broteas, Bareas &c. Iuuenal. Saty. 3.

Stoicus occidit Bare – υυ am delator amicum.

Ouidius in Ibin.

Quodq; ferunt Brote – υυ am fecisse cupidine mortis. Ad quam formam quidam & Andreas e, breui dici uoluerunt, sed tamen obtinuit usus, ut Andreas e, lõga, perinde ut Æneas dicatur. Græcè Ανδρείας, Αἰνείας &c. Vnde & iocus ille extat:

Andrea uis dicam, ne sis pede longior uno,
Cum tamen Andreas sesquipedalis eras.

Huc pertinent & obliqui nominum in Eus, ut Orphea, Vlyssea, Tydea, & similia, quæ tamen per extensionem Ionicam, nonnunquam e, longa efferuntur, ut

Idomenea du – υυ cem, desertaq; littora Cretæ.

Virgil. libro tertio Aeneid. Et

Ilionea pe – υυ tit dextra &c. Æneid. i. Nam Græcè Ιδομενῆα, Ιλιονῆα: ut & βασιλῆα, scribuntur. Et composita, ut Dorothea, Leucothea, & similia.

Excipe deriuata in ea, & eas, quæ uel à uerbis in ευω, uel à nominibus substantiuis quidẽ in ευς, η, α, & ος,

ος; adiectiuis aũt in ειος, uel ης, communis generis dedu cumur, ut Basilea à βασιλεύς, & βασιλεύω, Calliopea, à καλλιόπη. Pareas serpentis nomen apud Lucanum lib. 9. à παρεία. Oreas, oreadis nympharum nomen apud Vir. 1. Æneï. ab ὄρος. Medea à μῆδος. Althea, ab ἀληθής. Aeneas, ab αἶνος. Andreas ab ἀνδρεῖος, & similia, quorum exempla subijcere, nihil hic necesse fuit, quando ipsa deriuatio atq; scriptura, pro ratione sufficit. Scribuntur enim omnia hæc per diphthongũ græcè, ut βασιλεία, καλλιοπεία, παρείας, ὀρείας, μήδεια, ἀλήθεια, αἰνείας, ἀνδρείας &c.

Ad hoc exemplum & Agea pro uia in naui, à quibusdam apud Lucilium legitur, ut

Multa foro ponens, ageaq; – υυ longa repletur. Pro quo tamen haud scio, an agya legendum potius sit, quòd Græcis ἀγυῖα, scribatur, quanquam idem nomen apud illos prima breui ferè ponitur.

Excipiuntur & ciuitatum pleraq; nomina, præsertim deriuata, ut Cassandrea, Alexandrea, Antiochea, Laodicea, & similia, nam & hæc per ει, diphthongum in penultima scribuntur, unde & multa horum per I, longum apud Poetas proferri quoq; uidemus, ut Anemoria, Lebedia, Coronia, apud Statium. De quibus infrà dicemus. Hor. lib. 4. Car. Ode 14.

Portus Ale – – υ – xandrea sup – – υ – plex –.
Et uacu – υυ am pate – υυ fecit aulam – υ – υ.

Prior uersus est Iambicus Dimeter Hypercatalecticus.

poste

Posterior Dactylicus Logaoedicus. Fannius in Diony.

Hic enim Antiochus nomen dedit Antiocheæ – –.

Platea tamen apud Martialem lib. 1. corripitur.

Et ferro pla – – – u team suo u – u – sonantem u – u. Siue hoc Latinum origine, siue Græcum dicere malueris. Locus est Hispaniæ. Nam Plateæ apud quas Mardonius à Græcis uictus fuit, per æ, diphthongum scribuntur. Chorea autem & platea, pro uia latiore. Item Malea, promontorij nomen, & Romphea, tametsi ipsa quoq; græcè per diphthongum ει, scribantur, reperiuntur tamen, incisa diphthongo, e, breui posita quandoque, ut

Pars pedibus plaudunt chore – uu as, & carmina dicunt, Virg. 6. Æneid. Et

Puræ sunt plate – uu æ, nihil ut meditantibus obstet &c. Horat. Epistol lib. 2. Et

Æquaq; nec ferro breuior, nec romphea – uu ligat. Valer. lib. 6. Argo. Et

Ionioq; mari, Male – uu æq; sequacibus undis. Æneid. 5. Nam de productione horum dubium nõ est, quando & scripturæ ratio eodem accedit.

Idea uero, quod quidam non satis cum ratione producunt, sub regulam cadit, non enim ab εἶδος εἴδεια, ut à μῆδος, μήδεια, sed ἰδέα, ε breui apud Platonem ubiq; ponitur. Et quod penultima acuta uulgò proferatur, non quantitatis, sed accentus causa fieri solet.

E, ante E.

E an-

E, ante E, in medijs syllabis corripitur, quanquam nõ facilè reperitur, nisi in ijs, quæ pro A, Latino, e Græcum retinent, ut Nemee pro Nemea, sylua est Arcadiæ, Vnde Nemeæus Leo nomen habet. Sta. 4, Theb.

Isq; ubi pulucrea Neme – υυ en efferuere nube
Conspicit &c.

E, ante I.

E, ante I, in medijs syllabis ferè producitur, ut Priameius, Aeneius, & similia deriuata. Virg. Æn. 7.

Tu quoq; littoribus nostris Aeneia – υυ nutrix, &c. Sic & nomina in εια, quæ Græca diphthongo soluta, & per ectasin, e, producta, apud Latinos in eia terminantur, ut Elegeia. Ouid.

Flebilis indignos elegeia – υυ solue capillos.

Et adiectiua, eadem solutione, in eius, a, um, facta, ut Baccheius pro Baccheus, Pegaseius, pro pegaseus. Virgilius secundo Georg.

Quid memorandum æquè Baccheia – υυ dona tulerunt. Persius in præfatione.

Cantare cre – – υ – das Pegase – – υ ium melos υ – – υ. Item Echeneis, quod tamen ex compositione cognoscitur. Est enim ab ἔχειν, & νηὸς, compositum, qui genitiuus à ναῦς est, quod nauem significat. Piscis nomen, qui naues, quibus inhæret, remoratur, unde & Remora Latinis dicitur. Lucanus.

In medijs eche – υυ neis a – υυ quis &c.

Æneis aũt & Nereis uariantur apud poëtas. Ouid. 2. Tristium. Et la-

Et tamen ille tuus felix Æneidos -υυ author
Contulit in Tyrios arma, uirumq; thoros.

Idem 3. de Ponto. Elegia 4.

Res quoq; tanta fuit, quantæ subsistere uati
Ænei -υυ dos summo, grande fuisset onus.

Idem 13. Metamorph.

Discedunt, placidisq; natant, Nereides -υυ undis.

Et Virgil. lib. 5. Æne.

Nereî -υυ dum Phorciq; chorus, Panopeaq; uirgo. Quod idem & in cæteris huius formæ fieri posse uidetur. Nam ut ε, in η, apud Græcos conuertitur, ita rursum η, in ε, mutari solet: nisi quis contendat, in posteriore utrobiq; uersu, Aneîdes, & Nereîdes, tribus syllabis per contractionem legendum esse. Quod quocũque modo fiat, nihil equidem censeo, absq; exemplis ueterum, audendum aut innouandum esse.

Notatur autem & Pireicus à Despauterio, pictoris nomen apud Propertium, quasi id quoq; syllabis quatuor legeretur Pireîcus e, breui. Sed ego pro trisyllabo accipio & ẽi, coniunctim una syllaba lego, hoc modo:

Pirẽi -- cus parua uendicat arte locum.

E, ante O.

E, in medijs syllabis ante O, corripitur, ut Androgeos, Demoleos, quæ tamen ex compositione quoq; nota sunt. Virg. 5. Aene.

Loricam, quam Demole -υυ o detraxerat ipse.

Teleon, siue Pteleon, loci nomen, Luca. lib. 6.

Quæ

Quæ tetigit Phylace, Tele – υυ osq; & Dorion ira Flebile Pieridum &c. Stat. lib. 4. Theb.

Quos Helos, et Ptele – υυ on, Getico quos flebile uati, Dorion &c. Sic & Pheneos Idem libro eodem.

Et Phene – υυ os nigro Styga mittere credita Diti.

Et Lepreon apud Aristoph. in Acharnen. quod tamen & λέπρεον, penultima longa dicitur, & id genus alia.

Excipitur Lageos, uuæ species, quæ & leporaria dicitur. Virg 2. Georg.

Et passo Psithia utilior, tenuisque Lageos – –.

Cui & Ethneon, loci nomen, à Despauterio annumeratur. Quod tamen ego, quod sciam, nusquam legi, neque ipse exemplum addit.

Peregrina autem, ut Gedeon, à recentioribus uariantur. Sidon in Eucharist.

Firmasti Gede – υυ ona tubis inserte canoris.

Baptista Mantuanus lib. 2. Mar.

Velleraq; & siccos magni Gedeonis – υυ imbres etc.

E, ante V.

E, ante V, in medijs syllabis producitur, ut Alpheus, Peneus, Spondeus, Dareus, & similia deriuata, quæ Græcè per ει, scribuntur, Ouid. in Ibin.

Vtq; necatorum Darei – – fraude secundi. Eandem autem quantitatem seruant & nomina in eus, quando soluta diphthongo ε, in υ, conuertuntur, & trisyllabicos ponuntur, ut Grineus – – υ pro Grineus – – Anteus – – υ pro Anteus, quorũ exempla supra de diphthongis citauimus.

Excipiuntur, primo composita in θεος γεως, νεος, et id genus, græcè desinentia, in quibus e, breue est, ut & suprà in primis syllabis annotauimus. Talia sunt Enthe us, Dositheus, Timotheus, Androgeus, & Euneus, ut quidem à Despauterio citatur. Nam apud Homerum Iliad. 7. pro Iasonis filio, Euneus e, producta legimus, ut

Πολλαὶ τὰς προέηκεν Ἰησονίδης Εὔνηος – υ.

Τὸν ῥ' ἔτεχ' ὑψιπύλη ὑπ' Ἰήσονι ποιμένι λαῶν. Secundo excipiuntur deriuata, & possessiuorum formam habentia, ceu sunt: Euganeus, a, um. Herculeus a, um. Caucaseus, a, um. Tartareus, a, um, &c. Quæ Latinorũ quantitatem habent, eandem uidelicet, quam & ferreus, igneus, spumeus, & similia.

Ad quod exemplum & culeus, quod ipsum quoque origine Græcum est, e, breui ponitur. Iuuenalis:

Simia, nec serpens unus, nec culeus – υυ unus.

Quãquam hoc nihil attinebat notari, quando ceu usucapiendo, iam Latinum factum uideri poterat.

Notatur ex peregrinis Zebedeus, quod qui sacra tractarunt, uariè posuerunt. Iuuencus.

Illi Zebede – υυ um genitorem in puppe relinquunt. Baptista:

Tertia de natis tibi Zebedee duo – υυ bus. Edidit etc.

E, ante Y.

E, ante Y, in medijs syllabis, in ijs, quæ à Latinis usurpantur, hactenus nõ repperi. Sed tamen si quod eiusmodi aliquando reperietur, ad communem regulam referen-

referendum esse censeo.

I, ante A, in medijs syllabis.

I, in medijs syllabis ante A, *corripitur, ut* Media, Io*nia*, Thessalia, *& quæcunq; alia in ia, uel ias*, Græcè, *per ι, simplex scribuntur, ut* Comœdia, Tragœdia, Sophia, Vrania, Harmonia, *& similia*. Sic *&* Thaumantias, Helias, Pelias, Pythias, *& cætera huius formæ patronimica*. Horat.

Pythias *–υυ emunctò lucrata Simone talentum*. *&c.* Exempla *ubiq; obuia sunt*.

Et *ad hoc exemplum etiam barbara pleraq; posita uidemus, ut* Helias, Zacharias, Arimathia *&c.* Auson.

Helias *–υυ & solido cum corpore præuius* Enoch. Iuuencus.

Zachari *–υυ as uicibus cui templum cura tueri*. Idem. Hic *ab* Arimathi *–υυ a nomen gestabat* Ioseph. Quanquam *Arator*, Sedulius, *& alij quidam nonnulla huius formæ etiam produxisse inueniuntur, ut* Matthias, Ananias, Golias. Iuuencus *in* Enchirid.

Conserit, *& funda sternit stridente* Goliam *–υ*. Licebit *igitur in his & similibus superiorem regulam sequi, ut barbaris & peregrinis, ubi ueterum exempla deerunt, pro commodo, et ut maximè consentaneum cæterorum rationi erit, utamur*.

Cæterum quod Priscianus, philosophia, Vrania *& similia accentum in penultima habere dicit, non eò ualere debet, ut penultimæ in ijs, propterea lõgæ ponantur*,

aliud enim accentus, aliud quantitas syllabæ est, neque continuò syllaba eadem longa est, quæ accentu acuto effertur. Nam quæ non statim à principio à Latinis ita usu capta atq; uendicata sunt, ut in accentū pariter & scripturam Latinam transierint, ut Comœdia, Tragœdia, & similia. in ijs accentus quidem Græcus manet, quantitas autem ad exemplum aliorum seruatur. Quare sophía, & philosophía accentu in penultima acuto proferrimus quidem. In uersu autem non aliter quàm breui eadem ponimus Sic Martialis lib. 6.

Hic pius antistes Sophi -uu æ sua dona ministret,

Et libro primo.

Cum tibi par sophi - uu æ par fama, & cura deorum. Et Afranius, quem Gellius citat lib. 13. ca. 8.

Vsus me genuit, mater peperit memoria,

Sophiam uocant uu-u- me Graij, uos sapientiam.

Sic et philosophia, in antiquo Epigrammate Dorsenni poëtæ sepulchro inscripto, ut à Cornuto refertur lib. 1.

Hospes resiste, & -uu-- philosophiā Dor uuuu--senni lege --uu. Eliso s, in hospes, antiquo more. Et Varnie apud Ouidium.

Excipit Vrani -uu e, fecere silentia cunctæ.

Fastorum quinto. Et

Vrani -uu e redimita comas &c. Apud Claudi. de censo. Theod. Et symphonia apud Horat.

Vt Gratias inter mensas symphonia -uu discors &c. In arte. Et harmonia apud Lucr.

Harmo

Harmoni -uu am Graij quam dicunt, quòd faciat nos Viuere cũ sensu &c. Lib. 3. Et Naumachia apud Mar.

Hanc norunt unam secula Naumachi -uu am.

Et alia innumera.

Notatur autem Academia, quod Claudianus & alij nonnulli, ad exemplũ superiorum, i, breui posuerũt, ut

In Latium spretis Academia -uu migret Athenis.

Et Sidonius:

Obruet & quanquam totis Academia -uu sectis.

In Epithalamio Polemij. Cicero autem, & libertus eius Laurea produxere, ut

Inq; Academi -- a umbrifera, nitidoq; Lycæo. Et in descriptione uillæ, quã ille Athenarum exemplo (ut inquit Plinius) Academiam uocarat.

Atq; Academi -- æ celebratam nomine uillam,

Nunc reparat cultu sub potiore Vetus &c. Quo pacto & apud Aristophanem in Nubibus uidetur positum; ut

Ἀλλ' εἰς ἀκαδὴμ --uu- μίαν κατιὼν --uu-

ὑπὸ ταῖς μορίαις uu-uu- ἀποθρέξεις uu--.

Στεφανωσάμεν⊗ καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώ φρονος ἡλικιώτου &c. Anapæstici enim sunt Tetrametri Catalectici. Nisi quis tertio loco Iambum ponı uelit, qui pes etiam ipse in hoc genus interdum cadit, ut Hephæstio tradit. Apud Stephanum tamen reperias ἀκαδήμεια, & ἐκαδήμεια, ubiq; per ει, diphthõgum scriptum. Quare pro diuersitate scribentium, di-

uerse quoq; corripi atq; produci posse puto.

Excipiuntur autem à regula, principio, deriuata à uerbis in ευω, *quæ græcè per* ει, *scribuntur, qualia sunt* Dulia, *à* δουλεύειν. Latria, *à* λατρεύειν. *Vnde* Idololatria. Ironia, *ab* εἰρωνεύειν. Hermenia, *ab* ἑρμηνεύειν. *quo nomine interpretatio siue explicatio, interdum etiam sermo, seu dicendi figura significatur.* Magia, *à* μαγεύειν, Mantia, *à* μαντεύειν. *Vnde & Necromantia, & Geomantia, & similia dicuntur.* Pedia, *à* παιδεύειν, *quæ uox & humanitatem & eruditionem significat.* Politia, *à* πολιτεύειν. Litania, λιτανεύειν. *quod nomen preces, siue supplicationes peragere significat.* Angaria, *ab* ἀγγαρεύειν, *quod cogere, siue onus & necessitatem imponere significat. Et si qua alia huius generis erunt. Secundo excipiũtur, quæ ab adiectiuis in* ης, *deriuãtur, ut sunt omnia, quæ in* genia, *&* damia *definunt, ut* Iphigenia, *ab* ἰφιγένης, Amphigenia, *ab* ἀμφιγενής, Eugenia, *ab* εὐγένης *&c. Sic* Astydamia, Hippodamia, Laodamia, Deidamia, *et similia à* δαμᾶν *composita, quorũ tamen adiectiua frequentius in* ος, *& substantiua in* αα, *quàm in* ης, *reperiũtur. Sic & hæc,* Epiphania, Entelechia, Energia, Eumenia, Eusebia, Alethia Ablabia, Peripheria, Homœomeria *apud Lucret. lib. 1. & similia. Habent enim omnia hæc adiectiua in* ης, *à quibus deriuantur, ut* ἐπιφανής, ἐντελεχής, ἐνεργής, εὐμενής, εὐσεβής, ἀληθής, ἀβλαβής, περιφερής ὁμοιομερής *&c. Addit autem Despauterius etiã* La-

marg

margia, & Gastrimargia, Calepini authoritatem secutus scilicet, cum tamen hæc græcè per ἰῶτα, scripta reperiantur, à μάργος. ου. tertiæ declinationis uidelicet, quod edacem & ignauum significat.

Tertio excipiuntur, quæ à substantiuis in ευς, aut ος ueniunt, aut de se gentilia in ευς, producunt, ut, Ægialia, ab αἰγιαλεύς. Basilea, à βασιλεύς. Cratia à κράτος. Vnde et Democratia, et Aristocratia, tàetsi hæc apud Aristotelem ferè per ἰῶτα, scripta reperias. Argia ab ἄργος, ut uidetur. Elegia, ab ἔλεγος.

Et ciuitatum nomina, ut Anemoria. Apud Stat.

Aut Cyrrham tauris, Anemori -- amq; supinant.

Lib. 6. Corona & Lebadia, apud eundem, ut

Messe Coroné -- am, Baccho Glysanta colentes.

Lib. 7. Theb. Et

Et Valles Lebadia tu - uu as &c. eodem lib. Sic et Alexandria, Antiochia, Cassandria, & similia, quæ uulgò, & ab imperitioribus plerunq; per i, breue efferuntur. Faciunt enim hæc deriuata in ευς, ut Ανεμωριεύς, Κορωνεύς, Αντιοχεύς, Αλεξανδρεύς, Κασσανδρευς & similia.

His annumerat Despauterius & Niciam, pro quo tamen ipse Nicæam per æ, diphthongum scribere malim, quoniam à νίκη, uenit, perinde ut à τιμή, Timæus, à δίκη Dicæa, & similia. Efferuntur autem pleraque superiorum etiam per e, longum, ut Antiochéa, Cassandréa, Alexandrea, De quibus & suprà meminimus.

Postremo excipiuntur et propria quædā, ut Augias, ut
Septimus Augi -- æ stabulum labor egerit undis. de laboribus Herculis.

Laugia fontis nomen. Stat. 4. Theb.
Hæc quoq; secreta nutrit Laugia sub -uu umbra.

Lampia urbis nomen. Idem in eodem libro.
Candensq; iugis Lampia ni -uu uosis.

Ligia (quod tamen & Ligea legitur) Mart. lib. 12.
Toto uertice quot gerit capillos,
Annos si tot habet Ligi u-u- a, trima est. Thalia ut: Ingenium nobis, nobis molle Tha -uu lia facit.
Ouidius in Epist. Sapphûs. Hyperia nymphæ nomē. Valerius Flac. lib. 4.
Fleuit Amimome, flerunt Messeides undæ,
Fleuit et effusis reuocās Hyperia la -uu certis. etc.

Peridia. Virg. lib. 12.
Nomen Echionum, matrisque genus Peridiæ --, quod tamen ex Dios a, um, compositum uidetur.

Melanthia, ad superiorem exceptionem, tertiam, puta, pertinet, uidetur enim compositum ex μέλανος, & ἄνθους esse. Anthias autem, quod pro proprio uiri allegat Despauterius ex Oppiano, piscis nomen est, & in Græco carmine breui penultima ponitur, ut
Ἀνθίαι -uu εἰσαΐοντες ἀναθρέξωσι θαλάσσης. Et
Ἀνθίαι, ἀλλ' ἐθέλουσιν ἀμώμενον &c. Quod nescio, qua ratione ubiq; producta eadem syllaba, Lippius, is qui Oppiani libros latinè reddidit, posuit, ut

Appetit

Appetit Anthi -- as lurco pingues aranisços. &c.
Anthi -- æ ad strepitum finis, nauemq; sequũtur.
Scribuntur tamen ex superioribus pleraq; per ει diphthongum Græce, ut, αὐγείας, ὀφείας, λάγγειά, λάμπειδα &c. quare etiam ipsa per ε, quandoq; efferuntur. Neque dubito etiam plura his similia alibi reperiri, sed nos communiora tantum persecuti simus, quando impoßibile adeò fuerat, cuncta illa comprehendere, & in unum locum aggregare.

I, ante E.

I ante E, in primis syllabis infrequens est, & rarum sed tamen sicubi reperietur, corripiendum puto.

I, ante I.

Neque huius exemplum aliquod in promptu est, ubi I, ante se ipsum in media dictione ponatur, quare & hic, si quod tale aliquando occurret, communem regulam de uocalibus ante se positis, sequamur.

I, ante O.

I ante O, in medijs syllabis corripitur, ut Calliope, Hermione, Hesione, & similia &c. Vergil.
Ledeam Hermio -uu nem, Lacedæmoneosq; hymenæos. Lucanus libro 9.
Aspicit Hesio -uu nes scopulos &c. Notantur propria in Ion, quæ uariè apud poëtas usurpantur. Quædam enim i, breui, quædam longa eadem ponũtur. I breue retinent hæc ferè Asterion, fluuij nomen, Statius lib. 4.

Audax Erasinus & aequus

Fluctibus Asteri – uu *on &c.* Carmenion proprium uiri apud Martialem libro 10.

Cum te municipem Corinthiorum

Iactes Carme – – – u *nion negan* u – u – *te nihil* &c. Ad cuius exemplũ & Parmenion, et quae similis formae sunt, corripi puto. Deucalion, ut

Deucali – uu *lachrymis ita Pyrrham affatur obortis.* Metamorph. 1. Daedalion.

Cum se Daeda – uu *lion saxo misisset ab alto.* Metamorph. 11. Eetion, ut suprà.

Eeti – uu *oneas impleui sanguine Thebas.* Endymiõ, ut *Latmius Endymi* – uu *on non est tibi Luna rubori.* Ouid. 3. de Arte. Emathion. Aeneid. 9.

Emathio – uu *na liger &c.*

Eurytion, centauri nomen. Propertius libro 2.

Tu quoq; ô Euryti – uu *on uino Centaure peristi.* Ethalion, Ouidius:

E quibus Etha – uu *lion.* 3. Metamor.

Iasion, ut, *Queritur canescere mitem*

Iasio – uu *ona Ceres etc.* Meta. 9. Melãthion, ut

Caluo Plotia cum Melanthione . u – u Mart. 9.

Melanion, pro quo apud Propert. corruptè legitur. Mimalion, tametsi per y, scribendum arbitror, Melanyon παρὰ τὸ ἀνύειν τὸν ἀγῶνα τοῖς μήλοις, ut

ὥς ποτε μηλανύ – uu ωνος ἐρασσαμένου φύγεν εὐνήν

Quem uersum Codrus ex Palephato citat. Oarion,

pro

pro Orion, cuius exemplum suprà positũ ex Catullo. Oenopion. Oenopio -vu nis ducens epulas coenare *nitetis*, Cic. *in Arat.* Porphyrion, *gigãtis nomen. Claudianus.* Te Delphica laurus.

Stringat Porphyri -vu on &c. Pygmalion *frater Didonis. Virgilius 1. Aeneid.*

Pygmali -vu on, scelere ante alios immemor omnes. Tongilion *Martia. lib. 3.*

Quid narrat tua moecha? non puellam

Dixi Tingi ---u lion, quid er v-u- go? linguã. Quo pacto & Socration, Erotiõ, Morion, Capnion et *similia, quae diminutiuorum formam habent, ponuntur.*

Reliqua autem, ut Despauterio placet omnia, producuntur, ut Ixion, *Virgilius 6. Aeneid.*

Quid memorem Lapithas, Ixiona -vu Pirithoumq;. Orion. *Idem 3. Aeneid.*

Armatumq; auro circumspicit Ori -- ona. *Versus Spondaicus est.* Arion. *Idem in Bucolicis:*

Orpheus in syluis, inter delphines Arion --. Quo modo & pro equo ponitur apud Statium 4. Theba.

Comit equos, atq; inde iugo luctatur Ariõ. Echion. *Idem: Flet pater, & lacerum componit corpus Echion --.* Hiperion. *Ouidius 1. Fastorum.*

Placat equo Persis radijs Hyperiona -vu cinctũ. Ethion, *gigantis nomen. Claudianus:*

Hic uerò interitum fratris miratur Ethion --. Methion --- *Ouidius 5. Metamorph.*

Ecce

Ecce Suenites genitus Methione -υ υ Phorbas.

Pandion ---. Idem 6. Metamorph.

Nunc sequitur nudo genitus Pandione - υ υ ferro, Amphion. Horatius.

Dictus Amphi. - - on Thebanæ conditor arcis &c. Ophion Claud. de rapt. Proserp. tertio.

Hæc arma minantis.

Sustinet, hos onerat ramos exutus Ophion - -.

Vbi tamen sunt, qui Ophias legunt. Et cætera, quæ intra tres syllabas consistunt, aut ab εἰμι deriuantur. His adduntur & Oedipodion, pro Oedipo, et Iapetion, pro Iapeto. Addũtur & patronymica in On, quæ græce per ει scribuntur, ut Pelion, Atrion, ut

Δέξετ' Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα πηλει - - ωνος - υ &c. Iliados P. Sed hæc quia à Græcis tantum usurpantur, in præsentia missa faciamus. Sidonius autem & Hilarion eodem exemplo posuit, ut

Nunc Sarmata, nunc Hilarion -- &c. In Enchi.

Excipiuntur & hæc à Despauterio, in quibus i, longum seruatur. Ariobarzanes, cuius tamen exemplum ipse non addit. Herios, apud Manilium lib. 4.

Bactraq; & Heri -- os, Babylon, & Susa, Panosq; &c. Et Hermione quod etiam Hermion nominatiuo casu dicitur, loci nomen, apud Verg. in Ciri, ut

Hinc sinus hinc statio contra patet Hermi -- ones.

I, ante V.

I ante V, in medijs syllabis corripitur, ut Iulius, Priameius,

meius, Troius, Ilium &c. similia per Iῶta græce scri- pta tam substantiua quàm adiectiua. Verg. 2. Æneid.

Dardanidæ fuimus Troes fuit, Iliū, & –υυ ingens
Gloria Teucrorum &c. *Et hoc modo tam apud Græcos, quàm apud Latinos poni solet Nā quod apud Homerum Iliados χ. & alibi item legitur.*

ἰλί –– ου προπάροιθε πυλάων τε σκαιάων.
I longa uidelicet, hoc & similia licentiæ poeticæ ma- gis, quàm rationi tribuenda existimo.

Excipiuntur primo, quæ à uerbis in ευω ueniunt, ut Brabium, à βραβεύειν. Bacchius, ut uidetur, à βακ- χεύειν, aut certe βακχεῖος Grecè, ut σπονδεῖος. Epi- cedium, & Epicedius, curator, à κηδεύειν. Tametsi uulgo & ἐπικήδιον absq; diphthongo pro carmine fu- nebri, in dictionarijs scriptum paßim legatur.

Et quæ à nominibus in ευς formantur, ut Basilius, à βασιλεύς, & similia. Hæc enim omnia Græce per ει scribuntur, quod Latine tam per i, quàm per e red- di solet.

Secundo, excipiuntur quæ à uerbis πωλεῖν, δέ- χεσθαι, τρέφειν, & similibus, deriuata, locū ubi aliquid uenditur, continetur, aut alitur, significant, ut Phar- macopolium, Pandochium, Chenotrophium et similia, quæ tamen, ut puto, rectius per e longum efferentur. Quanquam & eadem à Latinis præsertim uetustiori- bus etiam per i simplex & breue, aliquando posita re- perias ut apud Plautum Amphitry.

Nam

Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia -υυ Est enim Tetrameter, Trochaicus; Cata lecticus, Et in Trinummo.

Ecce hominem te Stasime nihil satin' in Thermopolio -υ-, qui uersus eiusdem rationis Trochaicus est. Quod idem & in alijs huius generis quibusdam fieri ui demus, quare & hanc & illam quantitatem, absque reprehensione puto, sequi licebit.

Pertinent autem ad hanc exceptionem & Gynaeciũ, siue Gynaecéum potius (ita enim et apud Terentium le gitur.) Telonium, seu Teloneum, locus ubi publicanus sedens, tributum siue uectigal exigit, et caetera huius for mae nomina, ut uocant, comprehensiua. Siquidẽ & haec Graece per ει scribuntur omnia. His addit Despauterius & Graphium, & Scaphium, quod ea quoq; Graecè γραφεῖον & σκαφεῖον scribantur. Sed tamen Latine correpta eadem inuenias, ut

Quid digitis opus est graphi -υυ um lassare tenen do. Ouid. Sic & Graphiarium apud Martial. Et:

In Scaphi -υυ um moechae Sardanapale tuae. Apud eundem lib. 11.

Item Peristrophium, á στρεφειν. Cui et caetera eiusdẽ formae, instrumentorum nomina adiungi posse uidẽtur.

Postremo excipiuntur haec: Arius, populus Scythiae. Lucanus libro 3.

Substringẽs Arimaspe comas, hic fortis A -υυ rius &c. Darius quod quidã et per e - scribunt. Ouid.

Itéq; necatorum Darij -- fraude secundi &c. In *Ibin. quem uersum suprà quoque citauimus.* Hormius *fluuij nomen. Statius libro 7.*

Et felix Hormie uadis &c. Orius *ab* ὄρος, *ut uideatur deductum.* Ouid.

Oppreßitq; duos Protean, & Orion, O -υυ rio.

Mater erat &c. Metamor. 12. Ad quam formam puto & cætera à neutris in os deriuata, pertinere.

Item, Sperchius, Thessaliæ fluuius.

Populifer Sperchius, & -υυ irrequietus Enipeus. Metamorphoseos primo &c.

Et quæ à γένεια, *ut Agenios, imberbis latine.*

Et à γένος, *ut Eugenius, deriuantur. Vult enim Despaut. Eugenius i longa, ut Iphigenia & similia, proferri, quanquam ex recentioribus inueniamur, qui hanc quantitatem non seruarunt.*

Addit idem et Prymnesium, quod tamē qua ratione non uideo, cum Græce per ἰῶτα πρυμνήσιον *scribatur, pro fune nautico, quo nauis ad terram alligatur,* ἀπὸ τῆς πρύμνης *uidelicet. Et, Lycius, Apollinis cognomentum, ut apud Statium:*

Templa Lycie da -υυ bis &c. libro decimo. Pro quo tamen alij Lycæus scribere malunt, ἀπὸ τῆς λύκης *deducta uoce, ut à* τιμῆς *Timæus. Et, Lycium, gymnasium Athenis, ubi Aristoteles docere solebat, quod ipsum quoque per e, Lyceum, ut plurimum scribitur.*

Lan-

I, ante Y.

I ante Y, in medijs syllabis, non facilè reperitur, in ijs, quæ à Latinis usurpata sunt. Quare si quid eius formæ aliquando incidet, licebit & hic communem regulam sequi.

O, ante A, in medijs syllabis.

O ante A, in medijs syllabis, in peregrinis & barbaris ferè tantum reperitur, ut Siloa, Iöannes, cum tetrasyllabicôs ponitur, in quibus o, uariè positū inuenias, ut

Accepta domini Silo – υυ am uenisset ad undam.
Sedulius lib. 4. Et:

Ille iacebat iners cui proxima mota Siloa – –.
Arator, sic,

Dixit Ioan – – nes, cui talia reddit Iesus. Iuuencus, ubi Græca scriptura seruata est. Scribitur enim Græce Ιωάννης, quatuor syllabis. Et:

Qua nunc Helias, nunc te iubet ire Io – υυ annes. Sidonius in Euchar. quo pacto & apud recentiores, et nostræ ætatis homines quosdam positum reperias.

Sunt tamen & Græca quædam deriuata, quæ o longa ante uocales scribuntur, ut Latous, a, um, Gelous, a, um, de quibus infrà dicetur. Nam Teleboas, & similia composita ex compositione quoque nascuntur, ut Vergilius 7. Æneidos.

Quem generasse Telon Sabetide nympha
Fertur, Telebo – υ υ üm Capr. as cum regna teneret &c.

O,

O, ante E.

O ante E, in medijs syllabis corripitur, ut Beroë Ver. Fit Bero -uu ë Ismarij coniunx &c. Æne. 5. Meroë Lucan. lib. 10.

Indomitum Mero -uu e cogens spumare falernũ.

Sic Pholoe apud eundem lib. 3. & 6. & Arsinoë lib. 10. & Autonoe apud Ouid. lib. 3. & alia his similia.

Excipiuntur propria quædam in Eus, ut Typhöeus Alöeus, in quibus o longum est, ut

Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhöeus --. Æneid. 8. Et:

Impius hanc prolem superis immisit Alóeus --. Lucanus libro 6.

O, ante I.

O, in medijs syllabis ante I corripitur, ut Simois, Pyrois, Opois, Euboicus &c. Virg.

Et tandem Euboi -uu cis Cumarum allabitur oris.

Excipiuntur obliqui nominum in Os, quæ per o purum declinantur, ut

Minois --u à Minos, Herois --u ab Heros. Vnde & Minoius, Heroicus, Herois & Heroine patronymica eadem quantitate. Propertius lib. 1.

Illá potest magnas he -- roum -- frangere mentes. Idem eodem lib.

Illa sit Inachijs, & blandior Hero -- inis. Et Virgilius libro 6. Æneidos.

Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia – ∪ ∪ regna &c.

Excipiuntur & patronymica, á superioribus in Oeus deriuata, ut Aloides. Verg.

Hic & Aloi – – des geminos, immania uidi
Corpora &c. Æneidos 6.

Et quæ á nominibus fœmininis in ω uel ως ueniunt, ut Deois, *cuius exemplum suprá positum est, &,* Lagois, *piscis nomen,* Horat. *Satyra* 3. *libro Sermonum* 2.

Nec Scarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois – – & cætera.

O, ante O.

O, in medijs syllabis ante se ipsum positũ corripitur, ut Demophoon, Laocoon, *& similia.* Ouidius:

Hospita Demopho – ∪ ∪ on tua te Rhodopeïa Phyllis &c. Et:

Laoco – ∪ ∪ on ardens summa decurrit ab arce. Æn. 2. *Sunt autem pleraq; propria & composita.*

O, ante V.

O ante V, *in medijs syllabis corripitur, ut* Nausithous, Pambous, *quod per contractionem &* Pambûs *dicitur,* Alcinous, Antinous, *& similia.* Horat. 2. Epist.

Sponsi Penelopes, nebulones Alcino – ∪ ∪ iq;.

Ouidius Epist. Penelopes.

Eurimachiq; auidas, Antino – ∪ ∪ iq; manus.

Excipe Achelous *proprium fluuij.* Ouid.

Dixit & ut uincas alios Acheloë dra – ∪ ∪ cones

nes

nes &c. Metamor. 9. Pyrous, *proprium uiri, ut qui dem à Despauterio allegatur.* Et *quæ possesiuorum for mam Græce habent, ut Latous, Eous, Arctous, Argous, Myrtous, Lesbous, & similia. Ea enim omnia per ω με γα scribuntur.* Horatius:

Lesboum re — — — υ fugit tendere barbiton. An *tispasticum Asclepiadæum est.*

De V, *ante cæteras uocales, suprà dictum est. Nam ea regula communiter ad omnes syllabas pertinet.*

Y, ante A, in medijs syllabis.

Y, in medijs syllabis ante A corripitur, ut Libya, Phle gyas, Euryalus, Marsyas, & similia. Ouid. 6. Metam.

Marsya – υ υ nomen habet Phrygiæ liquidißimus amnis &c. Sic & Mattya cibi genus, quod Martial. qui dem plurali numero posuit, ut nunc uulgò legitur, ut

Diues, & ex omni posita est instructa macello

Cœna tibi, sed te Mattya – υ υ sola iuuant. Lib. 10. Epigra. apud Atheneū autem ubiq; ματῆύη fœminino genere, & secunda declinatione ponitur. Vide lib. 14.

Excipiuntur hæc, quæ Græcis per ῃ diphthongum scribuntur, ut Orithya, et Ilithya, dea quæ parientibus præest, & si qua similia. Ouid.

Dilecta diu caruit deus Orithya — — Metam. 6.

Et: Præpositam timidis parientibus Ilithyam — —. Idem Metamorph. 9. Item Enyalius, Martis epithe ton, ab Enyo deriuatum, de quo infrà dicetur.

Y, ante E.

Y in medijs syllabis, ante E corripitur, ut in obliquis nominum in υς. ut Erinnyes, ab Erinnys, Βότρυες à βότρυς etc. Admittunt enim contractionem in quibusdã casibus, quæ res argumento est, τὸ y, breue esse.

Y, ante I.

Y in medijs syllabis ante I corripitur, ut Polyidus, uatis nomen, & Polyhistor, quæ etiam ex compositione nota sunt, habet enim τὸ πολὺ posteriorem natura breuem, ut cætera adiectiua eius formæ.

Y, ante O.

Y, in medijs syllabis ante O corripitur, ut Alcyone. Propertius libro 1.

Nunc ego desertas alloquor Alcyo – υ υ nes. Sic Amphitryo. Vnde & Amphitryoniades, pro Hercule. Vergilius 8. Æneid.

Interea cum iam stabulis saturata moueret

Amphitry – υ υ oniades armenta, abitumq; pararet &c. Cercyon latronis nomen. Ouid.

Cercyo. – υ υ nis lethum uidit cerealis Eleusis. Metamorph. 7. Geryon, siue Geryones, rex Hispaniæ, quem Hercules occidit. Vergilius:

Geryo – υ υ nem decimo triplici cum corpore uicit.

Sicyon loci proprium, unde Sicyonij. Iuuenal.

Hic alta Sicy – υ υ one, ast hic Amidone relicta, &c. Cremyon, pagus corinthiacus, ubi Phæa, sus nu

trita

trita fuit, quæ aprum Erimanthæum, & alterum Calidonium peperisse fabulis traditur. Ouidius:

Quodque suam securus arat Cremy – υυ ona colonus &c. Metamorph. 7. Vbi Despauterius perperã Chromiona legit. Item Melanion proprium uiri, qui cum Atalanta cursu certauit, qui alio nomine Hippomenes uocatur de quo suprà. Sic & obliqui nominũ in ys, ut Tethyos &c. de quibus item suprà quoq; dictum est.

Excipitur Enyo. Stat.

Sed quid

Hoc ego? Mars habeat, uulgataq; iactet Enyo.

Theba. 11. Vnde Enyalius, quasi ἐνυῶς ὗός. Hesiodus in Aspide:

Παῦσε δ' ἰὸς μεγάλου καὶ ἐνυαλίοιο ἄ – υυ νακτος.

Y, ante V.

Y ante V, in medijs syllabis corripitur, ut Tityus. Virgilius:

Nec non & Tity – υυ on terræ omniparentis alumnum &c. Æneid. 6. Sic & Ocyus, comparatiuus, ab ὠκύ. Ouidius 1. Metamorph.

Dent ocyus – υυ omnes,

Quas meruere pati, sic stat sententia, pœnas.

Notatur Orithyus proprium apud Sidonium.

Qua super Idalium tenet Orithycn in – υυ æthram. In Epithalam. Ruricij, quod ad similitudinem Orithyæ, cuius suprà meminimus, factum est.

Y, ante Y.

Y, in medijs syllabis ante seipsum corripitur, ut in πολύυδρος, πολύυμνος. Unde & Polyhymnia deducitur, pro quo nonnulli Polymaeïam malunt legere, de qua uoce suprà dictum est. Nec facile alia, quàm composita, huius formae reperias.

Atque haec de medijs syllabis in quibus uocalis alia aliam praecedit, apud Grammaticos traduntur. De ultimis nihil necesse est praecipere, quoniam infrà de ijs in genere, tam de Graecis, quàm Latinis tractabitur.

IIII. Regula de deriuatis.

Deriuatum sequitur naturam originis suae, hoc est, tanta est syllaba in dictione deriuata, quanta eadem fuit in primitiua, à qua proxime descendit, dum tamen consonans eadem maneat, neque alia aliqua ex regulis generalibus intercedat. Ut Dominus υ υ υ Dominor υ υ υ Modulus υ υ υ Modulor υ υ υ Calamus υ υ υ Calamitas υ υ υ – Potis υ υ Potestas υ – – &c. Virgilius 1. Aeneidos,

Romanos rerum domi – υυ nos gentemq́; togatam. Idem eodem:

Seruitio premet, & uictis domi – υυ nabitur Argis. Horatius:

Metiri se quenq; suo modu – υυ lo ac pede, uerum est. Virgilius in Bucolicis:

Carmina descripsi, & modu – υυ lās alterna notaui. Idem: Tu cala – υ υ mos inflare leues, ego dicere uersus. Terentius in Eunucho:

Sed

Sed ipsa egredi υ–, –υυ tur nostri fun ––, ––
di calamitas –υυ, υ–. Virgilius 3. Aeneidos.

Nec potis –υυ Ionios fluctus aequare sequendo;
Idem Aeneidos 10.

O pater, ò hominum, diuûmq; aeterna po –υυ te- stas. Atque hoc pacto quae à praesenti uerbo descendunt, praesentis quantitatem retinent, quae à praeterito, praeteriti, & quae à supino, supini. Vt Veni, imperatiui modi priorem breuem habet, quoniam & Venio primam corripit. Veneram autem, plusquamperfectum primam longam, quandoquidem & Veni praeteritum, eandem ex regula producit &c. Et, Reditus nomen, mediam i corripit, quoniam & supinum Reditum eandem syllabam correptam habet. Contra autem Aratrum, medium A producit, quoniam & Aratum supinum, à quo ipsum formatur, eandem longam habet, ut apud Ouidium 2. de Ponto:

Atredi –υυ tus tum quisque suos amat &c. Et apud Vergilium 1. Georg.

Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro ––
Ingemere &c. Non enim hic Sidonium & similes approbarim, qui idem nomen breui media aliquoties posuere. Nam quòd supina, Reditum & Aratum, alterum media breui, alterum eadem longa dicantur, infra ex compositis & Analogis manifestum fiet. Proinde diligenter ubique animaduertenda Etymologia est, & unde unumquodque uerbum

proximè deriuetur, probè inspiciendum.

Quod autem in regula additur, dummodo consonans eadem maneat, id eò pertinet, quòd in quibus illa mutatur, in ijs non rarò & quantitas mutari solet. Sic enim à foueo, quod primam breuem habet, fomes o longa nascitur, & à Moueo quod itidem breuem primam habet, Mobile eadem prima producta, ut

Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite –υυ flammam, Æneid. 1. Et:

Mobili – υ υ tate uiget, uiresque acquirit eundo, Æneidos quarto.

Nam Primitiua ipsa foueo & moueo notá sunt. Eodem pacto & Iunior à Iuuenis. Iucundum, à iuuo, ut Grammaticis placet; Prelum à premo, quod tamen alij prælum, per diphthongum scribere malunt, & à Præluo deriuant. Tragula à trabo. Seculum à Senex, ut Varroni uidetur, uel à Sequendo, ut Pontanus mauult, & id genus alia diuersa quantitate dicuntur. Vt contra à Strideo, siue strido, quod i longum habet.
stryx. *Strix Strigis, eadem uocali breui. Id quod Ouidio placere uidemus, apud quem libro Fastorum sexto ita legitur.*

Est illis Strig – υυ bus nomen, sed nominis huius
Caussa, quod horrēda stridere –υυ nocte solēt.

Sed hæc & similia partim ex analogia & regulis generalibus cognoscuntur, partim, ut in quibus generales

les notiones deficiunt, ex specialibus peti possunt.

Atq; hoc loco fortaßis etiam illorum meminisse refert, quæ consonantem quidem primitiui seruant, sed eandem uel geminant, ut simillimus à similis, facillimus à facilis, & id genus alia, ut apud Ouidium 1. Meta.

Non exacta satis, rudibusq; simillima – uu signis. &c, uel si gemina aut duplex illa fuerit, ex duabus alteram abijciunt. Cuius generis fortasse ligula, à lingua fuerit. De quo Martialis in Apophoret.

Quamuis me Ligu – uu lam uocitent, equitesque patresque,

Dicor ab indoctis Lingula – uu Grammaticis. Et si qua huic similia. Quæ tamen ad Diplasiasmum & Parellipsim magis pertinent, de quibus figuris alibi diximus &c.

Cæterum excipiuntur à regula etiam alia quædam, in quibus licet deriuatum eandem cum primitiuo consonantem retineat, nihilominus tamen quantitas syllabæ in utroq; diuersa est. Cuiusmodi quædam & suprà cõmemorauimus, ut Priamides – uu – à Priamus uuu. Chius – u possesiuum à Chios, uu quod insulæ proprium est, Et hæc quoq; sunt, quæ mox sequuntur, quorum alia quidem contra naturam primitiuorũ producuntur, alia uero corripiuntur.

Producuntur itaq; hæc: Rex, regis, à rego u –. Rex.
Horatis in Epist.

Quicquid delirant re – – ges, plectuntur Achiui.

Lex. Lex legis à lego υ–. Ouid.1.Metamor.

Sponte sua, sine lege, fi –υυ dem, rectumq́; colebãt.

Vox. Vox uocis, à uoco υ–. Virg.1.Æneid.

Adquem tum Iuno supplex his uocibus –υυ usa est.

Laterna. Laterna à lateo υυ– Marti. Aßit

Dux la –– terna uiæ, clausis feror aurea flammis.

Nitella. Nitella à niteo υυ–, ut quidem uidetur. Idem lib.5.

Rhenîq; no ––υ– dos auream ––υ– quenitel-lam υ––υ. Scazon est.

Tegula. Tegula à tego υ– Iuuenalis.

Vltimus ardebit, quẽ tegula –υυ sola tuetur.

Regula. Regula à rego υ–. Horat. sat.3.

Regula –υυ peccatis, quæ pœnas irrogat æquas.

Sedes. Sedes, à sedeo υυ– Virg.6. Æneid.

Sedibus –υυ optatis gemina super arbore sidunt,

Quod tamen sunt, qui dicunt à sedi, præterito, deriua-tum esse, quemadmodum rursum sedile, quod primitiui naturam seruat, ut Æneid.1.

Intus aquæ dulces, uiuoq́; se –υυ dilia saxo. A præsenti Sedere. Quod ut ἀκριβολογούμενον nimis uidetur, ita dubitare contrà quispiam non inmerito posset, utrum à sidendi uerbo potius, quàm à sedi deductum foret.

Vena. Vena, à uenio υυ–. Nam hoc quoq; à quibusdam traditur. Ouid.1. Metam.

Protinus irrupit ue –– næ peioris in æuum.

Rapum. Rapa, uel rapum, à rapio, quod Calepino placet.

Mar-

Martialis in Xenijs.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa –u.

Quæ damus, in cœlo Romulus esse solet.

Totus à tot u Virg. Aen. **Totus.**

Hic iam tercentum to – – tos regnabitur annos.

Quanquam neq; hanc Etymologiam omnino probem.

Humor, ab humus uu. Idem 1. Georgi **Humor.**

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor –u.

Liquitur &c. Quam rationem & humeo, humidus, & humecto sequuntur.

Iugerum à, iugum uu. Iuuenalis. **Iugerum.**

Iugeri –uu bus paucis lumbos donare clientis.

Macero, à macer. Horat. lib. Carm. Ode 13. **Macero.**

Quam lentis pe – – –u nitus mace u– –u ror

ignibus u–uu. Asclepiadeũ est. Et Oui. in ep. Acõ.

Maceror interdum, quòd sum tibi causa doloris.

Quod quidam perperam, & transposito uerborum ordine legerunt: Interdum maceror &c. Id quod ex multis alijs locis probari potest.

Secius à secus uu Virg. 7. Æneid. **Secus.**

Filius ardentes haud secius –uu æquore campi

Exercebat equos &c. Et Sicelis, patronymicum **Sicelis.** à Siculus uuu. Idem in Bucolicis.

Siceli –uu des Musæ paulò maiora canamus.

Quod tamen quia Græcum est, ad ueram eius originem recurrendum erat.

His addunt alij & feriæ à feriendo, quòd in ferijs ui- **Feriæ.**

ctimæ scribebantur. Martia. lib. 5.

Durum est perdere ferias u-u- rogamus
Iacturam patiaris hanc, ferasq;. Phalæcia sunt.

Feriari. A quo & feriari uerbum eadem quantitate. Idem eodē.

Nec feria --u- tus ibat ante carrucas. Scazon est.

Feralis. Feralis, le, à fera, hoc est, morte, ut ipsis placet. Virgilius quarto Æneid.

Solaq; culminibus fe -- rali carmine bubo.

Feralia. Nam feralia, à fero, quod sacrificij genus erat, quod dijs manibus peragebatur, primitiui quantitatem seruat, ut apud Ouid. 2. Fasto.

Hanc quia iusta ferunt, dixere fe -uu ralia lucem.

Feronia. Et Feronia deæ nomen, à ferendo, ut Dionysio placet, qui scribit Lacedæmonios in Italiam transgressos, eū locum, ad quem primum appulsi uenerant à latione maris, Feroniam dixisse. Horat. sat. 5.

Ora manusq; tua lauimus Fe -- ronia lympha. Vbi lauimus tertia coniugatione dictum est, ut hoc quoq; obiter addam.

Remus. Et quæ ad Græcam originem ab iisdem referuntur, ut remus à ῥέειν. Ita enim Calepino placet. Virgilius. 1. libro Æneidos.

Franguntur re -- mi, tum prora auertit, & undis
Dat latus &c.

Cunæ. Cunæ à κυεῖν, quod idem, quod κύζειν, significat. Ouidius sexto Fastorum.

Et uitiant cu -- nis corpora rapta suis.

Alia-

Aliaq; cõplura, quæ nos hic cõsulto relinquimus, quòd ea tantum notanda putamus, quæ et communiora sunt, & quorum deriuatio minus obscuritatis aut ambiguitatis habet:

Comitium autem, quod Despauterius ex con, et itũ, deriuatum uult, & contra primitiui naturam i, longũ, habere dicit, falso ex Silij octauo citatur. Non enim comitia ibi, sed cõmunia, ut uerior æditio habet, legitur. Hoc uersu: Comitiũ.

Cernebat Paulus (namq; huic communia campus
Iura atq; arma dabat) &c.

Et Iapetides, quod eidem contra primitiui exemplum A, producere uidetur, ego ab Iapeto diuersum nomen esse puto, cum Iapetus Promethei frater, unus ex Titanibus fuerit, Iapetides autem Cytharœdus, ex gente Cephenum, ubi Perseus Caßiopeam à monstro marino liberatam, uxorem duxit. Huius exemplum est hoc Meta. 5. Iapetides.

Tu quoq; Iapeti – uu de nõ hos adhibendus ad usus.

Iapeti autem Metamo. primo.

Quam satus Iape – uu to mistam fluuialibus undis.

Tametsi etiam huius rei iudiciũ doctioribus permitto.

At contrà corripiuntur. Dux, ducis, à duco – –. Virg. Eclog. 4. Dux.

Te duce – uu si qua manent sceleris uestigia nostri.

Dicax & composita in Dicus, ut sunt fatidicus, causidicu, & similia à Dico – –. Ouid. 1. Meta. Dicax, & composita à dicus.

Fatidi – uu camq; Themin, quæ tũc oracla tenebat.

& Martialis. Carpere

Carpere causidi -uu cus fertur mea carmina &c.

Lucerna. Lucerna à luceo. Mart. in Apoph.

Non norat parcos uncta lu -uu cerna patres.

Et ibidem.

Dulcis conscia lectuli lucerna u-u. Quod Phal. est.

Sopor. Sopor, à sopio uu-. Virg. Eclog. 5.

Quale so -uu por fessis in gramine &c.

Cuius quantitatem & uerbum soporo sequitur.

Stabilis. Stabilis, à stabam -u. Idem Aeneid. 1.

Connubio iungam stabi -uu li, propriamq; dicabo.

Nato. Nato frequentatiuum, à natu, siue nare. Ouid. 6. Fast.

Nox erat, & uinis oculiq; animisque na -uu tabant &c.

Arista. Arista, ab areo -u- siue aridus, -uu, ut quibusdam uidetur. Vir. 1. Ecl.

Post aliquot mea regna uidens mirabor a -uu ristas.

Varicosus. Varicosus, à uarix --. Persius satyra quinta.

Dixeris hæc inter uari -uu cosos centuriones.

Vitium. Et quæ ab alijs adduntur: Vitium, à uito --. Horatius.

Dum uitant stulti uiti -uu a, in contraria currunt.

Lotium. Lotium, à lotum -u, ut Valla author est, libro Elegantiarum primo, capite secundo. Cui tamen diuersum Catulli illud Choliambicum, ad Egnatium uidetur esse, puta:

Vt quo iste uester expolitior Deus est:

Hoc te amplius --u- bibisse præ u-u- dicet

lotij

lotū υ – – –. Nisi quis ultimo loco Anapæstum, uel Tribrachum, pro Spondeo, qui loco illi propriè debetur, admittere uelit, quod tamen inusitatum foret.

Lituus, à lite – υ, ut Festus tradit. Virgilius septimo Æneid. Lituus.

Ipse Quirinali litu – υυ o, paruaq; sedebat
Succinctus trabea &c.

Præterea & composita quædam, ut siquidem, à si, & quidem, cuius exempla infrà de compositis ponentur. Siquidē.

Cognitum & agnitum à notum – υ. Ouidius sexto Fastorum. Cognitū. Agnitū.

Sed quæ nescieram, quorumq; errore tenebar,
Cognita – υυ sunt nullo præcipiente mihi.

Et Terentius in argumento Andriæ.

Mox filiam Glycerium insperato agnitam – – υυ.

Peiero & deiero, à iuro – –. Plautus in Asinaria, scena secunda, actus secundi. Peiero. Deiero.

Nam si quid scelestè fecit, lingua pro illo deierat – υυ. Trochaicus est Tetrameter Catalecticus.

Quanquam hæc duo etiam eò nota sunt, quòd uocalem primitiui, contra aliorum eiusdem uerbi compositorū exempla mutarunt. Nam cætera, quæ u, primitiui seruant, eadem & quantitatem eiusdem seruant, ut adiuro, coniuro, eiuro &c. Quomodo et periurus nomen, à quo & periurium, eiusdem quantitatis, ut Aeneid. 4. Periuriū.

Laomedonteæ sentis periuria – υυ gentis &c.

item

Pronubus Innubus. Item pronubus, & innubus (nam hoc quoq; additur á Despauterio) á Nubo – – . Virg. 4. Æneid.

Deueniunt, prima & tellus, & pronuba – υυ Iuno.
Dant signum &c.

Connubium. Et cõnubium, quod utroq; modo poni solet, ut Aen. 7.

Talia connubi – υυ a, & tales celebrent Hymenæos.

Et Æneid. 12.

Prodiderim natam, & cõnubia – υ υ nostra petentẽ.

Nihilum. &c. Et Nihilum, á ni, pro non, posito, ut etymologis placet, & hilum – υ. Lucr. lib. 1.

Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari
De nihi – υυ lo, neq; item genita ad nihi – υυ lum reuocari &c. Cuius primitiui quoq; exemplum apud eundem poëtam aliquoties habetur. Vt lib. 3.

Nil igitur mors est, ad nos neq; pertinet hilum – υ.

Nam cæterorum primitiua atq; simplicia, ea quæ nota aliàs non sunt, sub specialibus infrá regulis quærantur.

Atq; hæc ita enumerauimus, non quia non plura his similia inueniri posse putauimus, sed quòd hæc communiora essent, simul etiam ut studiosos huius rei, ad aliorum, si qua sunt, obseruationẽ intentiores redderemus. Ac tantum de deriuatis Latinorum.

Eodem autem propè modo, & Græcorum deriuata sese habent, præcipuè quæ á uerbis deriuantur. Nam & apud illos, quæ á præteritis fiunt, præteritorũ penultimas retinent, quæ ab indefinitis, indefinitorum, & quæ futuri characteristicam habent, futurorum, ut lo-

gus

gus υυ,ἀ λίλογα. Therodamas υ– ab ἔδαμον, poëma υ–υ ἀπεποίημαι, poësis υ–υ ἀποιήσω, seu πεποίησαι. Cometes, siue cometa υ–υ ἀ κεκόμηται &c. Habentque generaliter omnia, quæ præteriti passiui, aut futuri actiui consonantem seruant, penultimam longam, ut

Scribimus indocti, doctiq; poëmata –υυ passim.

Horati. Epistolarum lib. 2. Et

Vt pictura poësis e –υυ rit, quæ, si propius stes,
Te capiet magis &c. Idem in arte. Et
Oppreßit spatio stantem propiore Cometen ––.

Quo modo & pro stella crinita ponitur. Est enim eadem utriusq; origo. Et contrà, quæ ab indefinitis secundis, & præteritis medijs formantur, penultimam breuem, ut in superioribus, Logos, typus & similibus patet, ut apud Terentium.

Orator ad ––υ– uos uenio orna –υυ, –– tu prologi ––υ–. Et apud Iuuenal.

Et iubet archety –υυ pos pluteum seruare Cleanthas. Et item in ijs, quæ ab ἔδαμον, & ἔκαμον, descēdunt, ut sunt: Hippodamas, Theridamas, Acamas, & silia. Ouid. lib. 12. Metam.

Duxerat Hippoda –υυ men audaci Ixione natus. At quæ ab alijs partib. deriuantur, quanquam & ipsa primitiuorum quantitatem ferè custodiunt, quia tamen et rariora sunt, præsertim apud Latinos authores, & ipsa primitiua absque Græcorum præceptis atq; exemplis

cognoſci plenè & abſolutè non poſſunt, de iјs in præſentia tradi aliquid certum non poteſt. Quare iјſdem hoc loco relictis, ad ſequentes regulas ueniamus, quantitates illorum, quatenus à Latinis uſurpantur, infrà ſub ſpecialibus paßim, & quoad eius fieri poterit, tradituri.

Quinta regula de compoſitis.

Compoſita ſequuntur ſimplicium naturam, & contrà, hoc eſt, eadem ſyllabæ quantitas in dictione compoſita manet, quæ in ſimplici fuit, & rurſum eadem eſſe in ſimplici cenſenda eſt, quæ in compoſito illius inuenitur, ut amicus, ∪–∪ inimicus, ∪∪–∪, æquus –∪, iniquus ––. Trabo *∪–, retrabo ∪∪–, quæro ––, inquiro –––, & ſimilia.* Virg. Æneid. 9.

Vt ſtetit, & fruſtra abſcemem reſpexit á –∪∪ micũ –∪. Et Æneid. 1.

Gens ini –∪∪ mica mi –∪∪ hi, Tyrrhenum nauigat æquor. Idem Æneid. 4.

Nec pater hæc oculis Saturnius aſpicit æquis ––. Et Georgic. 1.

Tribulaq́; trabeæq́; & iniqui –– pondera raſtri &c. Item Æneid. 5.

Nate dea, quò fata tra –∪∪ hunt, retra –∪∪ huntque ſequamur.

Ouidius.

Non minor eſt uirtus, quàm quærere –∪∪ parta tueri

tueri. Idem Metamorph. primo.

Filius ante diem patrios inquirit in – uu annos.

Quod idem & in alijs fieri solet.

Poterat autem hæc regula cum superiore compre-hendi, propterea quod omne compositum, idem & deri uatum dici queat, & quod ad quantitatem attinet, ambo-rum ratio, una, eademq; sit. Sed tamen quia re ipsa à se mutuò differunt deriuata atq; composita, aliudq; est, ab aliquo deriuatum esse, & aliud cum aliquo compo-ni, nos quoq; communem partitionem secuti sumus, ut seorsim deriuatorum regulam, & seorsim compositorũ tractaremus.

Obseruabis itaq; & hic composita illa, quæ à simpli cium natura degenerant, ut sunt, quæ suprà cum deri-uatis recensuimus. Connubium, à nubo. Deiero & peiero à iuro. Cognitum, & agnitum, à notum, & si-milia, quorum alia contra simplicium quantitatem pro ducuntur, alia corripiuntur. Neque enim referre arbi-tror, hoc an illo loco commemorentur, cum utrobiq; u-na eademq;, ut suprà diximus, illorum ratio sit. Ac tan tum de primis, & medijs compositorum syllabis.

De finalibus autem earum partiũ syllabis, quæ prio rem in cõpositione locũ obtinent (nam quæ posteriore loco ponũtur, ex generali declinationis uel terminatio nis analogia cognoscuntur) duplex consideratio est. Aut enim integræ partes illæ sunt, ut in maleuolus, be-neficus, obeo, iubeo, si quis, ne quis, quicunque, quem-

doq;, & similibus. Aut contrà corruptæ, ut in munificus, magnificus, madefacio, tepefacio, biduũ, triduum, bilicem, trilicem, & id genus alijs.

In ijs igitur in quibus prior compositi pars integra est, quantitas ferè primitiua seruatur, ut in Maledico uu--, benedico uu--, siquis -u, nequis -u, Quicunq; --u & similibus. Terent. in prologo Phormi.

Maledictis de uu-, -- terrere, ne scribat, parat.

Et rursum.

Benedictis si uu-, -- certasset, audisset bene.

Virgilius tertio Aeneidos.

Si quasi -uu des animum, si ueris implet Apollo.

Et ibidem.

Ne qua in -- ter sanctos ignes in honore deorum, &c. Et Æneid. 11.

Hac qui -- cunq; sacrum uiolarit uulnere corpus.

Et quæ cum præpositionibus componuntur, ut obeo uu- subeo uu-, defero -u-, refero uu- &c. De quorum quantitate infrà agemus.

Excipiuntur pauca quædam, in quibus eadem finalis syllaba contra naturam simplicis uel corripitur, uel producitur, ut sunt:

Siquidem *Siquidem, quod ex si, & quidem compositum, contra quantitatem simplicis, si, corripit, quoties uidelicet, pro nam, uel si modo, accipitur, ut apud Ouidi.*

Quæ mihi uentura est, siqui -uu dem est uentura senectus. Et apud Lucan. lib. 4.

Hoc

Hoc siqui – υυ' dem solo ciuilis crimine belli.

Dux causæ melior &c. Despauterius uariari dicit, sed ego productionis exemplum nondum legi, neque etiam ipse affert.

Ibidem, quod media ubiq; longa apud ueteres ponitur, cum tamen simplex eius, ibi, posteriorem communẽ habeat, ut Ibidem.

Voluitur in caput, ast illam ter fluctus ibidem – υ.
Torquet agens circum. Aeneid.1. Et

Vel si quando datur custos affixus ibidem – υ.
Iuuenalis Satyra quinta. Nam exempla Iuuenci, in quibus idem uerbum media breui ponitur, perperam ac uiciose à Despauterio citantur, ut uidere est in posterioribus æditionibus eiusdem poëtæ.

Et composita pleraq; ab ubi, ut sunt, ubiq;, ubiuis, & ubilibet. Nam & in his mediam produci tantum uolunt, cum ipsum simplex syllabam eandem habeat communem, ut Vbique.

Non opis est nostræ Dido, nec quicquid ubiq; – υ
Gentis Dardaniæ &c. Æneid.1.

Vbicunq; tamen primitiui naturam retinet, utroq; enim modo positum reperitur, ut Vbicunq;

Seruor ubicun – υυ q; est &c. Metamor.8. Et
Occursant ubi – υυ cunq; uelis &c. Apud Claudianum de laudibus Stiliconis.

Et quæ cum retro, intro, & quando componuntur. Nam & in his productio frequentior est. A, retro, intrò, quã

do, cōtro cōposita. Vt, Lucretius libro tertio.

Sic animas introdu — — xerunt sensibus auctas.

Et Ouidius quarto Metamorph.

Ipse retrouer — — sus squallentia protulit ora.

Et Horatius in arte.

Indignor, quandoq; bo – ∪∪ nus dormitat Homerus. Nam contro ex contra factum, corruptum iudico. Proinde & breui o, positum reperias, ut in dictione controuersia, cuius exemplum Despauterius ex Sidonio citat, Hendecasyllabum hoc:

Declamati — — – ∪ o contrThe ∪ – ∪ – siarum.

Lib. 8. Atq; hactenus de ijs, quæ priorem cōpositi partem ab integro pronomine, uel aduerbio, uel cōiunctione incipiunt. Cæterum quod ad præpositiones attinet (De præpositionibus.) ex quibus maxima adeò compositorum pars nascitur, tametsi omniū earum quantitas, ex finalibus terminationibus, de quibus infrà lib. 3. dicetur, aut etiā ex regulis generalib. cognosci poterat, quia tamē plerique circa hāc regulam, quantitates illarū, quibus cū nomina, uel uerba cōmuniter componi solent, tradidere: nos quoq;, ne à communi aliorum consuetudine recedamus, easdem illas, quantum huic loco satis erit, persequemur.

Breues. Sunt itaq; præpositiones in compositione breues, quæcunque in consonantem aliquam simplicem exeūt, ut ab, ob, sub, ad, in, per, inter, con, am, & circum. Dum tamen positione nulla impediamur.

Ab. Exempla, ab, ut abhorreo, ∪ – ∪ –, aberro ∪ – –, abeo

abeo uu-, abest, u- & similia.
Virgilius decimo Æneid.

Æneas ignarus ab -uu est, ignarus & absit.

Hæc eadem, sequente uerbo, ab F, incipiente, non rarò in u, conuertitur, diphthongumque efficit, ut aufero, aufugio & cæte. excepto tamen abfore, quod B, retinuit. Et rursum sequente T, ex ab, in abs transit, ut abstulit, ab aufero, abstinuit, abstraxit, & similia, quæ omnia ex regulis, de positione, & diphthongis cognoscuntur.

Ob, ut obire u-u, obesse u-u, obustus u-u, Et id genus alia, ut Ob.

Hic torre armatus ob -uu usto. Æneid. 7.

Sub, ut subeo, subigo &c. Idem eodem lib. Sub.

Aruina pingui, subi -uu gunt'q; in cote secures.

Ad, ut adhæreo, adhortor, adorior, adoro &c. Ad.
Idem primo Aeneidos.

Et quisquam numen Iunonis a -uu doret
Præterea &c.

In, ut inimicum, iniquum, inutile, & similia. In.
Horatius in Sermonibus.

Olim truncus eram ficulnus, in -uu utile lignum.

Per, ut perire u-u, perimere, uuuu, peragere, Per. uuuu, &c. Idem tertio Æneid.

Venite felices, quib. est fortuna per -uu acta. Iā sua.

Inter, ut intereo -uu- Intererit -uuu &c. Horat. Inter.
Intere -uu rit multum, Dauus ne loquatur, an Heros.

Con. *Con autem, sequente uocali, uel abijcit N, ut cohæreo ᴗ-ᴗ-, coërceo ᴗ-ᴗ-, cohibeo ᴗᴗᴗ-, coëo ᴗᴗ-, & similia absq; elisione. Virgili. 12. Æneid*

Inter se coi -ᴗᴗ isse uiros &c. Quo pacto & cogo, ex coago factum est, quod tamen priores duas breues syllabas in unam longam in præsenti & futuro, contraxit, ut Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus

Cogunt -- me Neptune preces descendere in oēs.

Nam præteritū, et quæ ab eo fiunt, o, breue seruant, ut

Vis erat, hinc leges & plebiscita co -ᴗᴗ actæ.

Lucanus libro primo.

Vel mutat N, in M, eodem modo uocali in scansione integra manente, ut in comedo ᴗᴗ-, comest ᴗ-, et similibus. Iuuenalis satyra tertia.

Si uero & pater est, come -ᴗᴗ dam inquit flebile nati Sinciput &c. Et Plautus in Mostella sce. 1.

Sine modo ueni ᴗᴗᴗᴗ; ᴗ- re saluum, quem ab ᴗ-, --

sentem comes --ᴗᴗ. Trimeter est Iambicus.

Vel etiam B, interponitur inter M, & uocalem sequentem syllabamq; longam efficit, ut comburo. Est enim à con & uro, à quo & combustus.

Am. *Quam rationem & Am, uetus præpositio, pro circum poni solita, ferme sequitur, id quod in his exemplis apparet, ambustus, ambesus, ambitus, ambages et similib.*

An. *At eadem quoties M, in N, mutat, breuem syllabam constituit, ut anhelus ᴗ-ᴗ, & si qua sunt similia. Virgilius quinto Æneidos.*

Et me sæuus equis oriens afflauit an - υυ helis.

Circum quoque, sequente uocali, posteriorem breuem habet, integraq́; , & absque elisione eiusdem syllabæ in scansionem uenit, ut Circum.

Circuma - υ υ gat madidas à tempestate cohortes. Iuuenalis Satyra 7. Et Æneidos 11.

Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circumit, - υυ & quæ sit fortuna facillima tentat.

Quod tamen alij circuit absq; M scribunt, quandoquidem & circuitus, non circumitus scribi soleat. Quanquam non multum referre arbitror utro modo scribatur, cum M, in huiusmodi compositis, ut & Priscianus indicat, ante uocales inter pronunciandum alioqui & per se elidatur, hoc est, uim litteræ quodãmodo amittat.

Ex ijs autem. quæ in uocales exeunt, corripiuntur. O, Ante, & Re. O, ut in uerbo Omitto. Horat in arte: O.

Pleraq; differat, & præsens in tempus o - υυ mittat &c. *Ante, ut in Antepono, Antefero, & similibus, ut* Ante.

Quæ quibus antefe - υ υ ram' iam iam nec regia Iuno &c. Æneidos 4. *Nam in quibus uocalis sequitur, in ijs plerunque E, Per Synecphonesim cum sequenti syllaba pro una sumitur, ut in Anteambulo, apud Martialem libro 3.*

Anteambulo - - υ - nis congiarium lassi. Scazon est. Et apud eundem:

Sum comes ipse tuus, tumidiq́; anteãbulo - υυ regis.

Et in Antehac apud Terent. Andr. Scena 1.

Iniqui patris υ–, –υυ *est, nam quod an* – – υ– *tehac fecit mihi* – –, –υυ *ad me attinet.* Iambicus est Tetrameter, & id genus alijs.

Re. Re autem, consonante quidem sequente, corripitur, ut in Refero, υυ– Reuertor υ–υ Reuello, υ – – & similibus. Virgilius 5. Aeneidos:

Et super incūbens cū puppis parte re –υυ *uulsa etc.*

Refert. Excipitur Refert, quando idem quod interest, aut utile, siue necesse est significat. Tum enim Re, producitur. Vt apud Virgilium Georg. 2.

Nec nomina quae sint

Est numerus, neque enim numero comprehendere refert – – &c. Et haec praeteriti temporis: Rettulit, Repperit, quae tamen per reduplicationem primae consonantis uerbi, extenduntur, ut

Rettule –υυ *rat nato Nestor, at ille mihi.* Ouidius in epistola Penelopes. Et:

At qui condiderat, postq̄ non repperit –υυ *aurum*
Aptauit collo quem repperit laqueum.

Apud Ausonium in Epigrammatis. Tametsi etiam in alijs quibusdam eandem praepositionem, pari reduplicatione, productam inuenias Vt in, Reficit, Reccidit, Redducit, Rellatus, & similibus, sed illa perpetuò producuntur, haec pro licentia & arbitrio poëtae tantum. Vt apud Lucretium:

In gremium qui saepe tuum se

Reffi-

Refficit, -uu æterno deuinctus uulnere amoris.
Libro primo. Et:

At neq; reccide -uure in nihilũ res posse, neq; autẽ
De nihilo testor &c. Eodem libro. Et:

Reddu -- cit Venus & red -- ductum Dæda
la tellus &c. Eodem item Et:

Id rursum cœli rel -- latũ templa receptant. li. 2.
Ad quam formam Relliquiæ quoque, & Relligio, & quæ his similia sunt, pertinent. Nam & in his prima syl laba per ἀναδιπλασιασμὸν eodem modo extenditur. Vt, Aeneidos 1.

Troas relliqui -uu as Danaum atq; immitis Achil li. Et Aeneidos 7.

Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligi -uu one sacræ, & sæui formidine Martis &c. Quibus contraria illa sunt, quorum suprà mentionem fecimus, in quibus, altera cõsonantium per syncopam siue parellipsin exempta, syllaba, siue præpositio quæ alioqui positione longa futura erat, in breuem conuertitur, ut sunt: Subicit, pro Subijcit. Adicit pro Adijcit. Obicit, pro Obijcit, & similia. Vt apud Lucanum libro 7.

Ipse manu subi -uu cit gladios, ac tela ministrat
Et apud Statium Thebaidos 10.

Pectoraq; muris obi -uu cit summamia muris.
Item apud Martialem:

Siquid nostra tuis adi -uu cit uexatio rebus &c.

At

At quoties à uocali incipit dictio, cum qua componitur Re, inter ipsam et uocalem, interponi D, fermè solet, ut Redhibeo, à Re & Habeo. Redoleo, à Re & Oleo. Redigo, à Re & Ago. Redeo, à Re & Eo, & similia, eâdem, ut supra quantitate, ut

Iusserat, hi rede –∪∪ unt, ac fontibus ora relaxant. Ouidius Metamorph. 1. Sic & Redintegro, à Re & Integro, factum est. In quo tamen figura usus Terentius est. D, unà cum uocali præcedente, in uersu elisa, ut in Andria:

Amantium i ∪–, ∪– ræ, amoris redin ∪–, –– tegratio est, quod in exemplum non facile trahendum. Reddo autem, quanquam ipsum uerbum Do, quod cum Re componitur, à consonante incipiat, nihilominus tamen alterum D, assumpsit, siue id Euphoniæ causa, siue etiam differentiæ, ut Calepino uidetur. Atque hæ præpositiones in compositione per se breues sunt. Contra autem longæ præpositiones sunt, & quæ in duas consonantes desinunt, ut Ex, Post, Trans, etc. Ex quibus composita sunt: Exhaustus, Posthabitus, Translatus, & quæ utranq; consonantē abijciunt, ut Traijcere –∪∪ Traducere ––∪∪ Tranare ––∪ & similia, quæ ipsa quoq; A, longum seruant, ut

Tra, pro Trans.

Altera quos nudo traducit Gallia tale. Apud Iuuenalem Satyra 7. Et: Illius ergô Venimus, & magnos Erebi tra ––∪ nauimus amnes. Æneidos sexto.

Et quæ

Et quæ reliquæ præter iam dictas, in uocalem exeunt, ut A, E, Di, De, Se, Præ, &c. quæ ultima etiam ex diphthongo sua cognoscibilis est.

A, ut Amoueo, – u u – Auoco, – u – Auerto, – – – &c similia. Virgilius Æneidos 3. A.

Dij prohibete minas, dij talē a – – uertite casum etc.

E, ut Euerto, – – – Eripio, – u u – Euolo – u u Educo, – – – &c. Idem Æneidos primo: E.

Cum gemis adultos

Edu – – cunt fœtus, aut cum liquentia mella

Stipantur &c.

Di, ut Diduco, – – – Dimoueo, – u u – Diripio, – u u – &c. Idem eodem libro: Di.

Tergora diripi – u u unt costis, & uiscera nudāt.

Exceptis Dirimo, u u – & Disertus u – u ut

Cede Deo, dixitq́;, & prælia uoce di – u u remit.

Æneidos quinto. Et:

Fœcundi calices, quem non fecere di – u u sertum.

Apud Horatium.

De, ut Detraho, – u – Desero, – u –. Deijcio, – u u – Demitto – – – &c. Idem Æneidos 4. De.

Ipse Deûm tibi me claro de – – misit Olympo

Regnator &c.

Se, ut Separo, – u – Seduco, – – – Secedo, – – – Secessus, – – u & similia. Ouidius 1. Metamorph. Se.

Separet – u u Aonios, Actæis Phocis ab aruis etc.

Vergilius primo Aeneidos:

Est

Eſt in ſeceſ —– ſu longo locus, inſula portum

Efficit &c. *Vbi tamen etiam illud notandũ, quod*

De & Se, quando breues. *hæ duæ: Se, puta & De, quoties cum dictionibus à uocali incipientibus, componuntur, non raro E, breui ponuntur. De. quidem frequentius, ut in Deamo, Deoſculor, Debiſco, Deunx, Dehinc, & ſimilibus, ut Aeneidos primo:*

Hi ſummo in fluctu pendent, his unda de – uu hiſcẽs.

Terram inter fluctus aperit &c. *Et apud Iuuenalem Satyra prima:*

Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo De – u u unccem. *Item Aeneidos tertio:*

Dona de –uu hinc auro grauia, ſectoq; elephanto &c. Et id genus alia complura. *Se autem in dictione Seorſum fere tãtum. Cuius exemplum habes in Carmine cui titulus, Eſt et Nõ, quod inter Vergiliana refertur, ut*

Alterutro pariter nonnunquam, ſæpe ſe –uu orſis

Obſiſtunt dubijs &c.

Præ. *Quod eodem modo, & in Præ, fieri conſueuit, ut uidere eſt, in Præuſtus, Præacutus, & ſimilibus, quorum aliquot exempla, ſuprà de diphthongis citauimus. Nã aliàs ſequente conſonante Præ, etiam diphthongi ratione producitur. Vt in Prædico, – – – Præpono, – – – Prælego, –u– Præfiro, –u– & id genus alijs. Virgilius Ecloga 1.* *Ipſe Neæram*

Dum fouet, ac ne me ſibi præferat –uu illa, ueretur &c.

Pro

Pro autem, tametsi natura sua longa est. Vt Pro.

Procri -- nali auro, pro -- longæ tegminè pallæ. Et:

Proteo -- dunt longe dextris, & spicula uibrant. Aeneidos 11. *In plurimis tamen correpta inuenitur. Vt in* Profugus, Profugio. Profanus, Profano, Proficiscor, Profectò, *quod aduerbium asserendi est.* Profundus, Proteruus, Pronepos, Profestum, Profari, Profiteor, Prohibeo, *et si qua alia, nobis uel ignota adhuc, uel alioqui parum animaduersa, reperientur. Quorum tamen pleraque alij non ex* Pro, *sed ex* Procul *composita uideri malunt. Quod, ut in quibusdam uerum esse concedam, ita rursum in alijs, ipsa etiam significatio reclamat. Quæ igitur recensuimus, eorum exempla hæc sunt.* Profugus, ut Profugus

Italiam fato profu -uu gus, Lauinaq; uenit
Littora &c. Aeneidos primo.

Profugio, ut Profugio.

Contingat mihi deinde mori, sic fata pro -uu fugit. Apud Valerium Flaccum lib. 7.

Profanus, ut Profanus.

Aduentante dea, procul ò procul este pro -uu fani,
Conclamat uates &c. Aeneidos sexto.

Profano, as, uerbum, ut Profano.

Scilicet omne sacrum mors importuna pro -uu fanat. Ouidius in mortem Tibulli.

Proficiscor, ut Proficiscor.

Magnum iter ad doctas profi – ∪ ∪ cisci cogor Athenas. Propertius libro 3.

Profectò. Profectò aduerbium, ut

Ille pro – ∪ ∪ fecto

Reddere personæ scit conuenientia cuiq;. Horat. in arte. Nam Profectus & profecturus à proficio, longa, pro, ponuntur, ut in Elegiaco illo:

Non pro – – fecturis littora bobus arat.

Profundus. Profundus, ut

Ni faciat, maria ac terras, cœlumq; pro – ∪ ∪ fundũ Quippe ferant &c. Aeneidos 3.

Proteruus. Proteruus, ut

Intererit Satyris paulum pudibunda pro – ∪ ∪ teruis. Horatius in Arte.

Pronepos Pronepos, ut

Est Neptunus auus, prone – ∪ ∪ pos ego regis aquarum. Ouidius 10. Metamorph. Quo pacto & Proneptis. Proneptis ponitur, ut apud Persium:

Iã reliqua ex amitis, patruelis nulla, pro – ∪ ∪ neptis Nulla manet patrui &c.

Profestũ. Profestum, ut

Studium iuuenile fatiscit.

Læta nisi austeris uariẽtur festa pro – ∪ ∪ festis. Auso.

Profari. Profari, ut

Totumq; pererrat

Luminibus tacitis, & sic accensa profatur. Aenei. 4.

Profiteor Profiteor, ut

Vtilitas lateat, quod non profi – ∪∪ *tebere, fiet.* Ouidius 2. de Remed. Et:

Incœptis grauibus plerunq; & magna pro – ∪∪ *fessis.* Apud Horatium in Arte.

Prohibeo, ut Prohibeo

Dij prohi – ∪∪ *bete minas, dij talem auertite casum.* Æneidos tertio &c. His addit Despauterius & Procio uerbum quartæ coniugationis, à quo ipse Procus & Procari, deriuata putat, Calepini opinionem in hoc secutus scilicet. & Procello, is, eò quòd procella nomen quoque o breue dicatur, sed tamen nulla certa authoritate. Nam uersus Lucretij, quem ille pro exemplo allegat, ab alijs aliter legitur. Est autem ex libro sexto talis:

Turbinis immanẽ uim prouomit atq; pro – ∪∪ *cellit.* pro quo alij Procellæ genitiuo casu legunt, eoq; etiam pacto Aldini codices scriptum habent. Atque hæc siue à procul, siue à pro composita, o breue habent. Cæterum sunt, in quibus eadem præpositio, siue particula, etiam utroq; modo ponitur, hoc est nunc longa, nunc breuis. Vt sunt, Propino, Prologus, quæ Græca origine sua sunt. Et Latina, Procuro, Profundo, Propello, Propago, uerbum, & Propago Propaginis, nomen.

Propino quidem, ut apud Martialem libro 12. Propino.

Hoc quoque non nihil est, quod propi – – *nabis in istis.* Et apud eundem libro sexto.

t

Nemo pro –uu pinabit Cassiodore tibi.

Prologus Prologus, ut in Hecyra Terentij:

Orator ad ––, u– uos uenio orna –uu, –– tu Prologi ––, u–. Et rursum in Phormione.

Vetus si Poëta non laceßisset prior.

Nullum inueni ––, u– re prologum potu uuu, –uu isset nobis ––uu. Quæ duo longa, pro, poni, non alia ratione, quàm Ltinorum exemplo & imitatione existimo, quandoquidem & à Latinis ueluti quadam usucapione occupata atq; retenta fuere, cum Græca primitus, ex πρὸ & πίνω alterum, alterum ex λέγω siue λόγος, composita fuissent.

Procuro. Procuro autem, ut

Ipse pro –uu curaui ne possent sæua nocere Somma. Tibullus libro primo. Et:

Quod superest bene gestis corpora rebus

Procu –– rate uiri &c. Æneidos 9.

Profundo Profundo, ut apud Catullum:

Has postquam mœsto pro –– fudit pectore uoces. Et apud Ouidium epistola Canaces.

Ipsa nihil præter lachrymas pudibūda pro –uu fudi

Propello. Propello, ut Lucretius lib. 4.

Est procul à tergo, quæ prouehat, atque pro –uu pellat. Et eodem libro.

Atq; altū præ se pro –– pellēs aëra uoluit. Vnde

Propul o & Propulso frequentatiuum, quod eodem modo uariatum reperitur, ut apud eundem eodem libro de Echo.

Ita

Ita colles collibus ipsis

Verba pro – ∪ ∪ pulsantes iterabant dicta referri.

De productione dubium non est.

Propago, uerbum, ut Propago

Propa – – gare genus possent, uitamq; tueri uerbum.

Idem libro primo. Et:

Nec ratione fluunt alia, stragemq; pro – ∪ ∪ pagant. Ibidem. Nomen autem Propago, modo Propago quidem utroq; ponitur, sed cum certa differentia. Nam nomen. cum uitem quæ propagatur, significat, producitur. Vt

Flexos pro – – paginis arcus apud Virg. 2 Geor.

Cum autem progeniem, corripitur, ut

Sit Romana potens Itala uirtute pro – ∪ ∪ pago.

Apud eundem libro Æneidos primo.

Iam quod de præpositione inseparabili Re, suprà monuimus, assumere eam d, quoties dictio sequens cum qua componitur, à uocali incipit, Vt Redeo, Redamo, & cæ. Idem etiam Circa, pro, accidere interdum solet, Ita enim ex pro, & Ire, Prodire fit, & ex pro & agere, Prodigere, Vnde & prodigus, & alia quædam nascuntur, quæ eandem quantitatem habent cum iis, in quibus Pro, purum, & absque d ponitur, ut apud Horatium Epistola prima.

Est quoddam pro – – dire tenus si non datur ultra. Et in Arte apud eundem.

Vtilium tardus prouisor prodigus – ∪ ∪ æris.

Atq; in hunc modum se habent, quæ cum præpositionis

bus componuntur, quaq; priorem cōpositi partem inte gram habent. At uero composita, quæ priorem partem corruptam habent, eorum alia quidem in E, alia autē in I, eãdem desinunt. In E, ut pleraq; cum uerbis composita, ceu sunt, Liquefacio, Tepefacio, &c. Et quæ negandi particulam præfixam habent, ut Nefas, Nequeo, Nefastus, & id genus alia. In I, autem, ut quæ à nominibus ueniunt, qualia sunt: Fatidicus, Causidicus, Armiger, Imbrifer &c. Item quæ cum numeralibus particulis iunguntur, ut Biremis, Bicornis, Tricorpor, Tricuspis, Quadrijugis, Quadriuium, & similia.

Eorum igitur, quæ in E priorem partem desinunt, si sint ex uerbis composita, ut Liquefacio, Tepefacio, Expergefacio, & cætera huius formæ, pleraque communem eam syllabam habent, hoc est, nunc breuem, nunc longam. Vt

Thura liquefaci -uu unt, indutáq; cornibus aurū.
Victima uota facit &c. Ouidius septimo Metamorph. Et:

Et media aduersi lique -uu facto tēpora plumbo
Diffidit &c. Virgilius 9. Æneid. Sic,

Alta tepefaci -uu et permista flumina cæde.
Catullus in Argonaut. Et:

In matris iugulo ferrum tepe -uu fecit acutum.
Horatius Satyra 3. lib. 2. Serm. Item

Expergefa -- ctiq; sequuntur mania sæpe
Ceruorum simulachra &c. Lucretius lib. 4.

Cuius

Cuius correpti exemplum quidem non habemus, sed tamen de correptione dubium non est, quando ipsum primitiuum, siue simplex. Expergo, *tertiæ coniugationis est, cæteraq; omnia, quæ à secunda fiunt, corripiantur.* Eodem autem modo & Rarefacio, Patefacio, & Patefio, longa. E, posita reperias, ut

Et rarefe -- cit calido miscente uapore. Lucretius libro 6. Et

Atq; patefe -- cit quas ante obsederat aer &c. Idem libro quarto. Et:

Causa patefi -- et, quæ ferri pelliceat uim &c. Idem libro sexto. Proinde & cætera huius formæ, ut sunt Madefacio, Tremefacio, Calefacio, Frigefacio, & similia, produci quoque puto posse. Nam correptionis exempla ubique obuia sunt.

Sin autem aliunde composita sint, fermè corripiunt E. Vt Huiuscemodi, Cuiuscemodi. Equidem &c. Lucretius libro quarto:

Et cuiuscemo -uu di formarũ uertere in ora &c. Virgilius libro 2. Aeneidos:

Cuncta equi -uu dem tibi rex, fuerint quæcunq; fatebor &c. Et quæ cum Ne, priuandi particula cõponuntur, ut Nefas. Nefastus. Nequeo &c. ut

Credebunt hoc grande ne -uu fas, & morte piandum. Iuuenalis Satyra 13. Et:

Ille ne -uu fastus erit per quem tria uerba silẽtur. Ouidius 1. Fastorum. Et:

Minimo, si neq; υυ–, – υ υ *us paululo, at quanti queas.* Senarius est, apud Terentium in Eunucho.

Notatur Nequicquam, pro frustra positum. Habet enim E longum, siue id à negandi particula, siue à probibendi, ut Despauterio placet, compositum dicamus, ut

Nequic – – quam ingeminans iterumq;, iterumq; uocaui. Æneid. secundo:

Et Veneficus, Venefica. Ouidius in Epist.

Barbara narratur uenisse uenefica –υυ tecum.

At quæ in I, priorem partem finiunt, perpetuoque composita sunt, hoc est, non alijs casibus I, habent, alijs aliam uocalem ex declinatione sumunt, eãdem illam uocalem corripiunt, ut Fatidicus, Causidicus, Altitonãs, Arcitenens, Nidifico, Fœtifico, Semiferi, Semineces, Armiger, Imbrifer, Sesquipes, Loripes, & id genus infinita alia. Item quæ cum particulis numeralibus componuntur. Vt sunt, Biremis, Bipennis, Bicornis, Bipes, Tripes, Triformis, Tricuspis, Tricorpor, Triuium, Quadriuium, Quadrifidum, Quadrijuges, & similia. Quorum omnium exempla, ita nota, itaque passim obuia sunt, ut ineptum fuerit, in ijs allegandis, quantumuis paulum immorari. Addo autem si perpetuo composita sint. Nam quæ certis casibus I, habent, in cæteris autem aliam uocalem, Declinationis analogiam sequuntur, ut Quantiuis, Quanticunque, Qualicunque & similia. Iuuenalis:

Quas

Quami -- cunque domus constet &c. Manilius libro secundo.

Omne quidem signũ sub quali -- cunq; figura etc.

Excipiuntur, Tibicen, quod à Tibia, uelut Tibijcen, factum est, quamobrem & ex contractione I, longum habet. Horatius in Arte: Tibicen.

Tibi -- cen didicit prius, extimuitq; magistrũ. Et

Meridies, quod ipsum quoq; eadem ratione, ut superius illud, produci uidetur. Est enim ex Medius et dies, quasi Medijdies, factum, conuersa D, in R, ut placet Etymologicis. Martialis libro 3. Meridies.

Inter tepentes post meri -- υ- diem buxos.

Choliambicum est Trimetrum. Ab hoc uerbum fit Meridiari, eadem quantitate. Catullus ad Ipsithillam: Meridiari.

Iube ad te ue υ--υ niam meri υ-υ- diatum.

Hendecasyllabum est Antispasticum.

Ad quod exemplum Ausonius & Matricida posuit, priore I, longa, in Monostichis Cæsarum, si tamen id carmen Ausonij γνήσιον, ut Matricida.

Matri -- cida Nero proprij uim pertulit ensis.

Quod præter analogiam, ab illo factum est. Nam parricida certè syllabam eandem illam breuem habet, ut apud Horatium libro 3. Ode 29.

Telego -υυ ni iuga -υυ parricidæ -υ--.

Dactylicum est Logaœdicum.

Excipiuntur & hæc. Scilicet, Ilicet, quæ originem suam sequuntur. A Scire enim et Ire composita hæc esse Scilicet. Ilicet.

uolunt Grammatici quidam. Virg. Aenei. 2.

Scilicet – u u hæc Spartam incolumis, patriasq;
Mycœnas.

Aspiciet &c. Idem eodem libro.

Ilicet – u u ignis edax summa ad fastigia tecti
Voluitur &c.

Pridie, Postridie Pridie, Postridie, ut quidem ex Quintiliano colligit Despauterius. Is enim libro 9. de compositione, in hac clausula Ciceronis, quæ est in Philippicis, puta.

„ In conspectu Populi Rom. uomere postridie: ultimo loco, hoc est, in dictione postridie, Creticum esse ait, quod si fit, necesse est antepenultimam eius dictionis, hoc est, syllabam, stri, produci. Et ad eam quantitatem, apud Apuleium in prima Apologiæ, etiam Priduanus ponitur, in ijs senarijs uidelicet, quos ipse ex Catullo citat, ut, Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,

Conuerrito – –, u – rem pridua – –, u – næ reliquiæ – u u, u – &c.

Quotidie Quotidie autem, utroq; modo usurpatur, ut

Coniugis in culpa flagrauit quottidi – u u ana – –. Apud Catullum, Epigrammate in Mallium. Vbi & prima syllaba, Quo, per Anadiplasiasmum extenta est. Item:

Leuis dropa – – – u ce tu quoti u – u – diano.
Hendecasyllabum est, apud Martialem libro decimo.

Hodie, Vt contra Hodie, undecunq; formatum est, primam corripit tantum. Vt apud Ouidium:

Qui

Qui non est hodi – υυ e, cras minus aptus erit.

Idem quoq; nunc longam priorem, nunc breuem habet, sed diuerso genere. Nam masculino quidem genere producitur, ut Idem.

Idem o – – mnes simul ardor habet, rapiuntq;, ruuntq;. Æneid. 1.

In neutro autem corripitur, ut

Si fecisset i – υυ dem, caderet sub iudice morum. Iuuenalis. Atq; hæc communiter, & ab alijs quoq; uulgo excipiuntur.

Cæterum uidentur mihi biduum & triduum, notanda quoq; esse. Nam & hæc apud Terentium prima ubiq; longa ponuntur, contra aliorum huius formæ exemplum, ut in Eunucho. Biduum. Triduum

Ego impetra υ–υ– re nequeo hoc abs υυυ, – – te biduum – – υυ: Et

Rus ibo, ibi hoc – – υ– me macera – – υ– bo biduum – – υυ. Et in Andria.

Nihil hercle, aut si ade υυ–, –υυ o, bidui est – – υ–, aut tridui – – υ–. Et rursum in Eunucho.

Tandem ego non il –υυ, – – la caream, si –υυ, – – sit opus, uel to υυ–, – – tum triduũ – – υυ. Et

Nequeo te exo υυ–, – – rare, ut maneas – –, υυ– triduum hoc, quò –υ– – nunc abis –υ–. Trochaicus est Tetrameter Catalecticus. Ad quem modum & apud Martialem libro secundo positum legitur, ut

Si totus ti – – –υ bitriduo υ–υ–. legatur, Hen

decasyllabum est. Vbi tamen superiorum analogia commotus Despauterius trãsposito uerborũ ordine legebat.

Si totus tri ---u duo tibi u-u- legatur &c.

Sed quàm rectè, ipse uiderit. Mihi certè exempla Terētij haudquaquam negligenda, aut contemnenda uidentur. Bigæ autem, & quadrigæ per contractionem, i longam habent. Sunt enim ex bijugæ, et quadrijugæ, ut uidetur facta. Horat. Epist. 11.

Quadri -- gis petimus bene uiuere. &c.

Atq; hæc de compositis Latinorum.

De compositis Græcorum.

Habent autem & Græcorum cōposita generales quasdam notiones, quibus finaliũ syllabarũ quantitas, in ijs partibus, quæ priore loco in cōpositionem ueniunt, deprehendi possunt. Nam apud illos quoq; uoces aliàs integræ, aliás corruptæ præcedunt. Integræ, ut in his, Euander, Euadne, Nereus, Nepenthe, Parasitus, Catamytus, & similibus. Corruptæ aũt, ut in sequentibus Dorotheus, Dositheus, Graiugena, Troiugena, Archemorus, Chærestratus, Nicopolis, Palæopolis, Sycophanta, & id genus prope innumeris. Proinde & de his eodem ordine, quo in superioribus usi sumus, præcipiemus. Et quanquam non omnium earum partium, quibuscum Græca cōponuntur, apud Latinos idem, aut æque frequens usus sit, illarum tamen exempla, quæ apud poëtas Latinorum paßim usurpamur, sub certas descriptiones

ac re

ac regulas, quoad fieri potest, reducemus.

Sunt igitur ex ijs, quæ integræ alijs præponuntur, longæ, Eu, & Ne, priuationis particula, ex quibus prior Eu, etiam diphthongo sua nota est, ut Eu. Ne.

At non Euan-- drum potis est uis ulla tenere.
Æneidos undecimo. Et
Neri-- ne Galathæa thymo mihi dulcior Hible &c.
In Bucolicis. Est enim Euander ab εὐ, & ἀνήρ. *Nereus, ab* νη, & ῥέω, *factum.*

Item hæc disyllaba: Palæ, chamæ, & si qua similia. In quibus prior breuis est, altera natura producta, ut in Palæphatus, Chamæcissos, & similib. quæ quia diphthongo sua, qua scribuntur, nota sunt, deinde etiam apud Latinos non ita usitata, in eorum exemplis perquirendis non putaui sollicitè laborandum esse. Illud tamẽ hinc iam apparet, uersificatorem illum, quicunq; is tandem fuit, qui Macri nomine de herbis scripsit, errasse in eo, quòd Chamedryn, siue Chamedryon, ut ipse uocat, prima longa, & secunda breui posuit, hoc uersu: Chamæ. Palæ.

Chamædry-uu os Græcè, quæ Chamădrea Latinè
Dicitur &c.

Et ex præpositionibus, quæ in diphthongum exeunt, aut positione extenduntur, ut sunt εἰς, & ἐξ, *quæ tamen neq; ipsæ in ijs dictionibus, quæ à Latinis usurpantur, usitatæ sunt. Vt neque* οὐ, μὴ, & ἢ, *cx quibus* οὔ μωτις, μηδείς, ἤτοι, *& similia componuntur.* Eis. Ex. Ou. ē.

Con-

Contrà autem corripiuntur πάλιν, ἐρι, *quæ particula intentionem significat, & interdũ etiã productionis causa* γ, *assumit:* πὰν, *pro quacunq; tandem parte accipiatur. A, priuandi particula, quæ* ν, *assumit quoq; sequenti dictione à uocali incipiente, præsertim aspirate. A, priuandi particula, &* δυς, *quæ postrema, in ijs quæ à Latinis usurpantur, nusquam adeò, quod ego sciam, in usu, est, ut neq;* ἐρι *in multo. Horũ exempla sunt.*

πάλιν. *Palinodia, à* πάλιν, *&* ᾠδή.

Palinurus, à πάλιν, *&* οὐρεῖν, *ut apud Martia.*

Minxisti Palim –uu ure semel currente carina,

Meiere uis iterum, sic Palin –uu urus eris.

Ἐρι. *Eridupus, ab* ἐρι, *&* δουπέω, *quod Ouidius interposita g, produxit. Meta. 12. ut*

Strauit E –uu rigdu –– pum, memini & uenabula condi. Nam correptionis exempla paßim apud Homerum habentur, ut in his:

Ἐρι uu ούνι@ Ἑρμῆς. *Et*

Ἐρι uu βώλακα γαῖαν *&c.*

Quale & Erisiton illud apud Ouidium 8. Meta. erit, si id à σῖτος, *siue* σιτέω, *ut quidem ego malim, & ipsa quoq; fabula consentit, deduci magis, quàm Erisichthon, legendum putemus, ut*

Nec minus Autolyci coniunx, Eri –uu sitone nata

πὰν. *Panætius, à* πὰν, *&* αἴτιον.

Panomphæus, à πὰν, *&* ὀμφή.

Panacea, à πὰν *&* ἀκέω, *& similia, Oui. 7. Met.*

Ara Pan –υυ *omphæo uetus est sacrata tonanti,*
Virgilius duodecimo Æneid.

Ambrosiæ succos & odoriferam Pan –υυ *ceam.*

Acamas, ab α, & κάμνειν. *Adamas, ab* α, & δάμνειν. Adytum, *ab* α, & δυτόν, *siue* δῦμι, *Asylum, ab* A, & συλᾶν, & *id genus alia complura.* A.

Virgilius Æneid. sexto.

Porta aduersa ingens, solidoq; Ada υυ *mante columnæ.* Et Æneid. tertio.

Mons circum, & immugire, ady –υυ *tis cortina reclusis.* Et Æneid. octauo.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer A –υυ *sylum* Rettulit &c.

Et Græca hæc, in quibus N, assumptum est, Ανάιτιος, ab ἀ, & αἴτιον. ἄνοπλος, ab α, & ὅπλον: ἀνέστιος, ab α, & ἑστία, ut Apud Homerum.

Αφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, –υυ ἐστιν ἐκεῖνος, ὃς πολέμου ἔραται &c.

A δυσ, autem cōposita sunt: δυσώνυμος, δυσειδής. quæ quando apud solos Græcos reperiuntur, ab iisdem & exempla illorum petantur. Δυσ.

Notaadur tamen hoc loco ἀθάνατος, ab α, & θάνατος, compositum, quod ab Homero ubique ferè lon ga prima ponitur, ut Iliad. 1. Αθάνατος.

Οἱ ἦ γ᾽ ἀθανά –υυ τοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι.

Et Iliados secundo.

Ζηνὶ φόως ἐρέουσα, καὶ ἄλλοις ἀθανά –υυ τοισι.

Cor

Πολὺ. Μέγα. Corripiuntur autem & ex nominibus, quæ recto casu in compositionem ueniunt, nonnulla, ut πολὺ, μέγα, & quæ his similia. Quanquam fortaßis hæc alij pro aduerbijs accipere maluerint, cui non multum repugno. Vt in Polydorus, Polyphemus, Megapenthes, & id genus alijs. Virgil. tertio Æneid.

Nam Poly -uu dorus ego, hic confixum ferrea texit Telorum seges &c. Et eodem.

Nam qualis, quantusque cauo Poly -uu phemus in antro. Megapenthis aũt exemplum habes Odyß. 4. Ὃς οἱ τηλύγετος γένετο κρατερὸς Μεγα -uu πένθης. Est enim Megapenthes à μέγα, & πένθος, deductum, ut Polyphemus, à πολὺ, & φήμη. Polydorus, à πολὺ, & δῶρον &c.

Et præpositiones pleræq; omnes, quæ exceptis ijs, quæ positione uel diphthongo impediuntur, omnes tã penultimam, quàm ultimam syllabam corripiunt, ut in his exemplis patet, quæ sequuntur.

Πρό. Prometeus, à πρὸ, & μῆτις. Iuuenal. saty. 8.

Inter maiores, ipsumq; Pro -uu metea ponas.

Πρός. Proshymne, loci nomen, à πρὸς, et ὑμνεῖν, ut apparet Statius quarto Theba.

Huic armat Larissa uiros, huic celsa Pros -uu hymne &c. Sic & Prosopon, à πρὸς, & ὤψ, apud Martialem libro sexto.

Comædi tres sunt, sed amat tua Paula, Luperce
Quattuor, & Cophon, Paula, Pros -uu opon amat. Enesimus

Enthesimus, propr. uiri apud Ouidium, ab ἐν, & αἰσι- Ἐν,
μος, ut ex ipso uersu quoq; colligitur, ut

Sinon Lethiferos effugit En – υυ esimus ictus.

Cui simile & Enispe, loci proprium, ab ἐν, & ἴσπειν,
apud Statium libro quarto.

Rhipeq; & Stratie, uentosaq; donat En – υυ ispe.

Synergos, à σύν, & ἔργον. Cuius tametsi exemplum Σὺν.
in promptu non sit, de quantitate tamen dubium nõ est,
ut & de Synanche, & similibus.

Diadema, à διὰ, & δέω. Iuuenalis Sat. 13. Διὰ.

Sumeret agrestem posito dia – υυ demate falcem.

Sic Diadumenus apud Martialem libro 5.

Vt se sæpe rogem, cædo Dia – υυ dumene sæpe etc.

Parasitus, à παρὰ, & σῖτος. Idem. Παρὰ

. Ad cœnam quoties para – υυ situs uenerit infans.

Et Terentius in Adelphis.

Est alius qui – υυ – – dam parasita – υυ, – –
ster paruulus.

Analecta, ab ἀνὰ, & λεκτὸμ. Martia. in Apopho. Ἀνὰ.

In precio scopas testatur palma fuisse

Ocia sed scopis nunc Ana – υυ lecta dabunt.

Catamytus, à κατὰ, & μύω, siue μύτης, ut ipse opi- Κατὰ
nor. Nam Calepinus & cæteri Etymologici à μισθός,
deductum uolunt, quoniam meritorium significet, &
per ἰῶτα, scribunt, cum th, aspirato, quasi dicatur
κατάμισθος.

Ausonius in mortem Glauciæ.

Verum aut Persephone Cynareius ibis Adonis
Aut Iouis Elysij,tu Cata –υυ nitus eris.

μετά. Metanœa,ἀ μετὰ,& νοέω, apud eundem in simulachrum pœnitentiæ.

Sum dea,quæ facti,non factiq; exigo pœnas,
Nempe ut pœniteat, sic Meta –υυ nœa uocor.

Ἐπὶ. Epimeteus,ab ἐπὶ,& μῆτις. Ouidi.prima Metam.
Inde Prometides placidis Epi –υυ metida dictis
Mulcet &c. Sic & Epidipnis, cuius exemplum alio loco posuimus,& similia.

Περὶ. Periphas,proprium,ἀ περὶ,& φάω,siue φημί,ut opinor,apud Ouidium duodecimo Metamor.

Quid tibi uictorem gemini Peri –υυ phanta, Pyreti &cæt.

Ἀντὶ. Antilochus,ab ἀντὶ,& λόχος. Ouidius in Epistola Penelopes.

Siue quis Antilo –υυ chum narrabat ab Hectore uictum &c. Sic Antimachus,Antiochus, Antigenes, & id genus alia.

Ἀμφὶ. Amphimedon,ab ἀμφὶ, & μέδων. Idem quinto Metamorphorseos.

Et Libys Amphime –υυ don,auidi committere pugnam. Quo pacto & Amphiaraus, Amphigenia, & similia ponuntur.

Ὑπὸ. Hypocaustum,ab ὑπὸ, & καυσὸν. Statius in balneum Hetrusci.

Vbi languidus ignis inerrat

Ædibus

Ædibus, & tenuem uoluunt hypo – ∪∪ causta uapo rem. Hyperion, ab ὑπὲρ, & ἰέναι. Ouidius quarto Metamorpho. ὑπὲρ.

Cedit amore pari, quid nunc Hyper – ∪∪ ione nate
Forma, colorq; tibi &c.

Ab ἀπὸ, autem composita, ut sunt, apologus, apotheca, apotheosis & similia, quantum ad ultimam syllabam attinet, per se nota sunt. Græcè enim ἀπὸ, per ο μικρὸν, scribitur. Quantum autem ad priorem syllabam pertinet, eodem modo se habent, ut superiora, cum cata, para, ana & similibus composita, ut apparet in dictione Apage, quæ ex ἀπὸ, & ἄγε, composita est. Terentius in Eunucho. Ἀπὸ.

Tu me seruato. Neq; pol seruandum tibi
Quicquã dare au – –, ∪ – sim, neq; te ser – ∪∪, – – uare
apage te – ∪∪, ∪ –. Et in dictione Epaphæresis, quæ ex epi, & aphæresis componitur, quod posterius rursum ab, ἀφαιροῦμαι, quod uerbum ex ἀπὸ, & αἱροῦμαι, iunctum est, descendit. Epaphæresis.

Martialis lib. octauo Epigram.

Expungitq; cutem, facitq; longam,
Detonsis e – – – ∪ paphæresin ∪ – ∪ – capillis ele.

Item ex nomine Apollo, quod siue ex ἀπὸ, & ὄλλυμι, compositum dicatur, id quod Euripidi quoq; placuit, teste Macrobio Saturn. 1. capite 17. Qui uersus hos ex Phaëtonte eiusdem poëtæ citat. Apollo.

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι' ὥς μ' ἀπώλεσας.

θεῖμος Ἀπόλ υ–υ– λων' ἐμφανῶς κλύοις θεοῖς &c. siue ab ἀπὸ ἄλλων, quasi qui ab alijs atque alijs declinationibus locorum faciat ortus, ut Cleanthi uidetur, ab eadem præpositione primam syllabam incipit, quam ubique ferè correptam habet, ut in superiore exemplo Euripidis, et apud Latinos quoque poëtas uidere est, ut Æneidos tertio.

Egreßi ueneramus A –υυ pollinis urbem. Et eod.
Si qua fides, animũ si ueris implet A–υυ pollo
Et Æneidos quarto.
Sed nunc Italiam magnam Gryneus A –υυ pollo.
Et rursum in eodem.
Heu furijs incensa feror, nunc augur A –υυ pollo.

Quod eò pluribus exemplis hic ostendo, quòd Homerus aliquot locis eandem syllabam, ectasi magis, ut puto, quàm ratione produxit, ut Iliad. 1.

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλ – – λωνος. Et rursum eodem.

Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλ – – λωνα Διῒ φίλον, ὧτε σὺ κάλχαν &c. Sed de hoc satis.

Cæterum neque illud hoc loco prætereundum, quod, quæ præpositiones in uocalem exeunt, si dictio sequens cum qua componuntur, à uocali itidem incipiat, uocalem ipsæ suam elidant. Deinde quòd & consonantem, quam ante uocalem finalem habent, si ea tenuis sit, in aspiratam mutent, si sequens dictio à uocali aspirata forte incipiat.

Prioris

Prioris rei exempla sunt: Apage, cuius & suprà meminimus. Epenthesis, ab ἐπὶ, & ἔνθεσις. Parergon, à παρὰ, & ἔργον. Antœci, ab ἀντὶ, & οἶκος. siue οἰκεῖν. Catorthoma, à κατὰ, & ὀρθωμαι, siue ὀρθοῦν & similia. Posterioris autem, Ephebus, ab ἐπὶ, & ἥβη. Ephippium, ab ἐπὶ, & ἵππος. Ephemeris, ab ἐπὶ, & ἡμέρα. Cathedra, à κατὰ, & ἕδρα. Catholicus, à κατὰ, & ὅλον. Aphæresis, ab ἀπὸ, & αἵρεσις, siue αἱροῦμαι. Apheteria, ab ἀπὸ, ἑτήριον, quod ab ἕω, à quo ἵημι, fit, quod mitto significat, deducitur, & id genus alia.

Excipiuntur πρὸ, & περὶ, quarũ περὶ, semper integra manet: πρὸ, aũt cum uocali sequenti, si ea fit ε, psilon, in ου, diphthongum contrahitur, ut περίεργον, à περὶ, & ἔργον. προῦργον, à πρὸ, & ἔργον &c. Sed hæc ad Græcos magis pertinent. Ac tantũ de integris.

At quorum compositorum prior pars corrupta est, in iis eadem illa corrupta, syllabam finalem breuem habet, à quacunq; etiam parte orationis ueniat, & in quãcunq; item uocalem desinat, dummodo simplicem et nõ diphthongum, ut Archemorus, ab ἄρχη, siue ἄρχεσθαι potius, & μόρος. Archetypus ab eodem uerbo, & τύπος. Alcimedon ab ἀλκὴ, & μέδων. Theridamas, à θὴρ, & δάμνω. Tisiphone, à τίσις, & φόνος. Leucothoe, à λευκος, & θοός, siue θέειν. Cymothoe, à κῦμα, & eodem uerbo. Demoleon, à δῆμος, et λέων. Troiugena à Tros & γένος, siue γενέσθαι.

Graiugena, à *Graius*, & *eadem uoce*. Quanquam non magnopere repugnarim, si quis postrema hæc inter Latina potius referenda contendat, cuiusmodi & uerbigena, terrigena, & similia sunt. Exempla horum sunt.

Nomen patriamq; nouercæ
Archemo – uu ri dicat, quot Acestes uixerit annos?
Iuuenalis Satyra septima. Et
Et iubet Archety – uu pos pluteum seruare Cleanthas. Idem satyra secunda. Et
Et nobis idem Alcime – uu don duo pocula fecit.
Virgilius in Bucolicis. Et Vulnera fecit
Proxima Therida – uu mas, Oresitrophus hæsit in armo. Ouid. tertio Metamor. Et
Nec mora Tisipho – uu ne madefactam sanguine sumit
Importuna facem. Idem quarto Meta. Et
Orsa est
Dicere Leucotho – uu e, uocem tenuere sorores,
Idem eodem libro. Et
Cymotho – uu e, simul & Triton, adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo &c. Virg. Æne. 1. Et
Accipe ait, ualidoq; in Demole – uu onta lacerto
Fraxineam misit &c. Ouid. duodc. Met. Et
Troiuge – uu na interpres diuûm, qui numina Phoebi &c. Virgil. tertio Æneid. Et
Optime Graiuge – uu num, cui me fortuna precari &c. Æneid. octauo.

Ad

Ad quem modum se habent & illa, quæ cum particu- Δὶς.
lis numeralibus componuntur, ut sunt Dipyrus, à δὶς, Τρὶς.
et πῦρ, Tripos, à τρὶς, & πούς. Trichoro, à τρὶς, si Τέτρα.
ue τρία, & χωρεῖν. Triteris, à τρὶς, siue τρία, &
ἔτος. Tetrametrum, à τέτρα, & μέτρον, & id genus
alia, Martial. libro primo.

Quid tibi uis Dipy -υυ ron, qui Phaëtonta facis?
Virgilius tertio Æneidos.

Qui tripo -υυ das Clarij, lauros, qui sidera sen-
tis. Statius in Tiburtinum Manlij.
Aut quid partitis distãtia tecta tri -υυ choris. Verg.

Thyas ubi audito stimulant Trie -υυ terica Bac-
cho. Terentianus de metris.

Pastorale uolet si quis componere carmen.

Tetrame -υυ trum absoluat &c. Quomodo &
quæ à πέντε, ἕξ, ἑπτά, & similibus fiunt, ponuntur.
Item quæ cum aduerbijs, ἄγαν, ὁμῶς, ἑκὰς, et id ge- Ἄγαν.
nus alijs componuntur, quæ tamen Græcis familiora Ὁμῶς.
sunt, quàm Latinis, ut Agamede, ab ἄγαν, & μῆδος, Ἑκάς.
Aganippe ab ἄγαν, et ἵππος. Ouidi. 5. Fasto.

Dicite, quæ fontes Aganippides -υυ Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Homologia, ab ὁμῶς, & λόγος. Homonœa, ab ὁμῶς,
& νοέω, ut in Epigrammate illo, quod apud Calepi-
num legitur.

Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homo -υυ nœa breui cõdita sum tumulo.

Et Græcum ἑκάεργος, ab ἑκὰς, & ἔργειν, ut ἑκὰ υσ εργ@ Απόλλων, quod paßim apud Homerum leges. Est enim epitheton Apollinis, ab eo, quod à longè feriat, cuius originis et Hecate, quo nomine Proserpina appellatur, esse quoq; uidetur. Virgil. 4. Æneid.

Tergeminãq; Heca –υυ ten, tria uirginis ora Dianæ.

Excipiuntur à regula, primo, quæ cum nominibus quartæ declinationis, quæ & Atticorum dicitur, compositasunt. In ijs enim uocalis O, in quam prior compositi pars desinit, producitur. Huius generis sunt, Leophorus, uia publica, à λεώς, & φέρειν, seu φορᾶ. Neocorus, æditus, à νεώς, & κορῶ, ut uidetur, quæ tamẽ Græcis usitatiora, quàm Latinis. Lagophonus, aquilæ species, à λαγώς, & φονέω. Lagopus, ab eodem nomine, & πούς, cuius & apud Martialem mentio fit, libro septimo Epigrammatum, ut

Si mens aurita gaudet Lagopode Flaccus.

Quibus similia sunt & illa, quæ cum γέα, componuntur, ut Geolophus, à γέα, & λόφος. Geometra, à γέα & μετρεῖν. Georgus, à γέα, & ἐργᾶν, siue ἔργον. quorum quantitas ex scriptura nota est. Quanquam Iuuenalis in Geometre, secundam corripuisse, uideri potest, Satyra 3. hoc uersu:

Geometres Grammaticus, rhetor, Geo –υυ metres, pictor, aliptes. Quod tamẽ, ut suprà monui quoq;, si synecphonesim admittas, nihil uitij habebit. Nisi uero quispiam cum Despauterio legere omnino malit.

Grammaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes &c. Vt prima in Geometra per æ, diphthōgum extendatur, quando & γαῖα, eodem modo, quo γέα, dicitur, & geometra Latina terminatione, pro Geometres etiā apud alios reperiatur. Quam lectionem neque ego prorsus reijcio, sed tamen communior superior est, & neque ipsa minore defensione nititur.

Secundo excipiuntur contracta, in quibus ex duabus uocalibus, priore tamen breui, una longa efficitur, ut Archegus, quod ex corrupto ἀρχε, cum quo & Archestratus & Archemoius &c. de quibus supra dictum, componuntur, & ἄγω, coniunctū est. Strategus, quod ex ςρατὸ, & eodem uerbo, ἄγω, compositum est, & similia, quæ exemplis non egent, quando ex uocali sua noscuntur. Scribuntur enim Græcè ἀρχηγός, ςρατηγός. Item Bucephalus, quo nomine equus Alexandri Magni uocatus fuit, & Bucerus, a, um. Quo adiectiuo & Ouidius usus est, ut

Armentaq; bucera – uu pauit &c. & quæ alia à βὸς, siue βοῦς, facta sunt. Nā hæc Græcè per diphthongum scribuntur, βουκέφαλος, βούκερος, βουκολικὰ &c. Cum quibus & Timiagenes, & si qua similis formæ fuerint, notanda erunt. Nam hoc siue ab integro τιμὴ, siue à uerbo τιμάω, deductum putemus, A longum habet, ut apud Hora. Epist. 20. Timiagenes.

Rupit Hiarbitam Timagenis – uu æmula lingua.

Diphilus. Et Diphilus, ſiue hoc à δὶς, ſiue à διός, potius deductum, exiſtimandum eſt. Nam & hoc prima longa apud Iuuenalem Saty. 3. ponitur, ut

Non eſt Romano cuiquam locus, hic ubi regnat,

Protogenes aliquis, uel Diphilus -uu, aut Erimanthus. Tametſi non ignorem Calepinum, & qui eum ſecuti ſunt, Dyſphilus legere, à δύς, & philus, quod tamen illorum iudicio relinquo. Mihi uetus ſcriptura nõ uidetur negligenda, præſertim quando & apud Græcos ſcriptores idem nomen eadem uocali ἰῶτα, & abſque σ, ſcriptum reperimus.

Dithyrambus. Et Dithyrambus, quòd quanquam & ipſum à δὶς, compoſitum uideatur, tamen contra cæterorum analogiam, i, longa ab Horatio poſitum eſt, lib. Car. 4. Ode 2. ut

Cum per auda -u-- ces noua di -uu- thyrãbos u-- Verba deuoluit &c. Cuiuſmodi fortaßis etiã alia apud poëtas inueniuntur, pro licentia ipſorum, figuratè ac uariè uſurpata. Sed nobis ſatis eſt, communiora tantum indicaſſe.

VI. regula de Analogis.

Quarum partium eadem Analogia, earum etiã quantitas eadem eſt, hoc eſt, quæ dictio alteri alicui flexu, aut terminatione reſpondet, eadẽ alterius illius & quantitatẽ ea parte, qua ſimilis illi eſt, ſequi ſolet, ut lego u- lègis uu, legere uuu. Dico --, dicis -u, dicere -uu. Gener uu, generi uu-, genero uu-. Socer uu, ſoceri uu-, ſocero uu- &c.

Hæc

Hæc regula ad ultimas, penultimas & antepenultimas syllabas pertinet, uidelicet, quæcunque similitudinē atque analogiam inter se quandam habent, siue ea ex casu aut flexu uerbi, siue etiam ex quacunque terminatione fuerit. Est enim Analogia, similitudo, & quædam ueluti proportio, qua uoces alias cum aliis comparatas, dijudicamus. Vt, quia Amabilis, penultima breui, antepenultima autem longa efferri solet. Affabilis quoque & similia, eodem modo pronuncianda censemus. Est enim ἀνάλογον illi, hoc est, ex eadem coniugatione, simili terminatione formatum. Contrà autem Iustitia, penultima & antepenultima breuibus efferendum iudico, quoniam & Amicitia & Pudicitia, quæ illi analoga sunt, eodem modo pronunciantur. Eodem modo & Flos, Floris, o, longa, tam nominatiuo, quàm genitiuo casu pronuncio, quoniam & Mos, Moris, Ros Roris, Honos, Honoris, & cætera eiusdem desinentiæ, eandem quantitatem habent. Vt contra Sulphur, Sulphuris, u, breui, utroque casu, quoniam & Fulgur, Fulguris, & Vultur, Vulturis, & similia, eodem modo efferuntur. Hæc igitur partium analogia seu similitudo in tribus potissimum rebus uersatur. In Coniugatione, Declinatione, & Terminatione. In quibus rursum uel ultimæ tantum syllabæ inter se comparantur, ut in plerisque casibus declinationum Isosyllabarum, hoc est, quarum obliqui, nominatiuum syllabarum, numero non excedunt, ecu sunt Musæ, Musam, à Musa. Tabula, Tabulæ, Tabu

Contrà autem corripiuntur πάλιν, ἐρι, quæ particu la intentionem significat, & interdũ etiã productionis causa γ, assumit: παν, pro quacunq; tandem parte ac cipiatur. A, priuandi particula, quæ ν, assumit quoq; sequenti dictione à uocali incipiente, præsertim aspira te. A, priuandi particula, & δυς, quæ postrema, in ijs quæ à Latinis usurpantur, nusquam adeò, quod ego sci am, in usu, est, ut neq; ἐρι in multo. Horũ exempla sunt.

πάλιν. *Palinodia, à πάλιν, & ὠδή.*

Palinurus, à πάλιν, & οὐρεῖν, ut apud Martia.

Minxisti Palim -υυ ure semel currente carina,

Meiere uis iterum, sic Palim -υυ urus eris.

Ἐρι. *Eridupus, ab ἐρι, & δουπέω, quod Ouidius inter posita g, produxit. Meta. 12. ut*

Strauit E -υυ rigdu -- pum, memini & uenabula condi. Nam correptionis exempla paßim apud Home rum habentur, ut in his:

Ἐρι υυ οὔνι© Ἑρμῆς. Et

Ἐρι υυ βώλακα γαῖαν &c.

Quale & Erisiton illud apud Ouidium 8. Meta. erit, si id à σῖτος, siue σιτεῖσθαι, ut quidem ego malim, & ipsa quoq; fabula consentit, deduci magis, quàm Erisi chthon, legendum putemus, ut

Nec minus Autolyci coniunx, Eri -υυ sitone na ta

παν. *Panætius, à παν, & αἴτιον.*

Panomphæus, à παν, & ὀμφή.

Panacea, à παν & ἀκέω, & similia, Oui. 7. Met.

Ars

Ara Pan –υυ omphæo uetus est sacrata tonanti,
Virglius duodecimo Æneid.

Ambrosiæ succos & odoriferam Pan –υυ ceam.

Acamas, ab α, & κάμνειν. Adamas, ab α, & δάμνειν. Adytum, ab α, & δυτόν, siue δῦμι, Asylum, ab A, & συλᾶν, & id genus alia complura. A.
Virglius Æneid. sexto.

Porta aduersa ingens, solidoq; Ada υυ mante columnæ. Et Æneid. tertio.

Mons circum, & immugire, ady –υυ tis cortina reclusis. Et Æneid. octauo.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer A –υυ sylum Rettulit &c.

Et Græca hæc, in quibus N, assumptum est, Αναίτιος, ab ἀ, & αἴτιον. ἄνοπλος, ab α, & ὅπλον: ἀνέστιος, ab α, & ἑστία, ut Apud Homerum.

Αφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, –υυ ἐστὶν ἐκεῖνος, ὃς πολέμου ἔραται &c.

A δυσ, autem cõposita sunt: δυσώνυμος, δυσειδής. quæ quando apud solos Græcos reperiuntur, ab iisdem & exempla illorum petantur. Δυσειδής.

Notandum tamen hoc loco ἀθάνατος, ab α, & θάνατος, compositum, quod ab Homero ubique ferè lõga prima ponitur, ut Iliad. 1. Αθάνατος.

Οἱ γὰρ ἀθανά –υυ τοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι.
Et Iliados secundo.

Ζηνὶ φόως ἐρέουσα, καὶ ἄλλοις ἀθανά –ῡυ τοισι.

Cor

Πολύ. Μέγα. *Corripiuntur autem & ex nominibus, quæ recto casu in compositionem ueniunt, nonnulla, ut πολύ, μέγα, & quæ his similia. Quanquam fortaßis hæc alij pro ad uerbijs accipere maluerint, cui non multum repugno. Ut in Polydorus, Polyphemus, Megapenthes, & id genus alijs. Virgil. tertio Æneid.*

Nam Poly – uu dorus ego, hic confixum ferrea texit Telorum seges &c. Et eodem.

Nam qualis, quantusque cauo Poly – uu phemus in antro. Megapenthis aūt exemplum habes Odyß. 4.

Ὃς δὴ τηλύγετος γένετο κρατερὸς Μεγα – υυ πένθης. *Est enim Megapenthes* ἀ μέγα, *&* πένθος, *deductum, ut Polyphemus,* ἀ πολὺ, *&* φήμη. *Polydorus,* ἀ πολὺ, *&* δῶρον *&c.*

Et præpositiones pleræq; omnes, quæ exceptis ijs, quæ positione uel diphthongo impediuntur, omnes tā penultimam, quàm ultimam syllabam corripiunt, ut in his exemplis patet, quæ sequuntur.

Πρό. *Prometeus,* ἀ πρὸ, *&* μῆτις. *Iuuenal. saty. 8.*

Inter maiores, ipsumq; Pro – uu metea ponas.

Πρός. *Proshymne, loci nomen,* ἀ πρὸς, *et* ὑμνεῖν, *ut apparet Statius quarto Theba.*

Huic armat Larissa uiros, huic celsa Pros – uu hymne &c. Sic & Prosopon, ἀ πρὸς, *&* ὤψ, *apud Martialem libro sexto.*

Comædi tres sunt, sed amat tua Paula, Luperce

Quattuor, & Cophon, Paula, Pros – uu opon amat. Enæsimus

Enaesimus, propr. uiri apud Ouidium, ab ἐν, & αἴσιμος, ut ex ipso uersu quoq; colligitur, ut Ἐν

Atque Lethiferos effugit En -υυ aesimus ictus.

Cui simile & Enispe, loci proprium, ab ἐν, & ἴσπεὶρ, apud Statium libro quarto.

Rhipeq; & Stratie, uentosaq; donat En -υυ ispe.

Synergos, à σὺν, & ἔργον. Cuius tametsi exemplum Σὺν in promptu non sit, de quantitate tamen dubium nõ est, ut & de Synanche, & similibus.

Diadema, à διὰ, & δέω. Iuuenalis Sat. 13. Διὰ

Sumeret agrestem posito dia -υυ demate falcem.

Sic Diadumenus apud Martialem libro 5.

Vt se saepe rogem, caedo Dia -υυ dumene saepe etc.

Parasitus, à παρὰ, & σῖτος. Idem. Παρὰ

Ad coenam quoties para -υυ situs uenerit infans.

Et Terentius in Adelphis.

Est alius qui -υυ-- dam parasita -υυ, -- ster paruulus.

Analecta, ab ἀνὰ, & λεκτὸν. Martia. in Apopho. Ἀνὰ

In precio scopas testatur palma fuisse

Ocia sed scopis nunc Ana -υυ lecta dabunt.

Catamytus, à κατὰ, & μύω, siue μύτης, ut ipse opinor. Nam Calepinus & caeteri Etymologici à μυθός, deductum uolunt, quoniam meritorium significet, & per ἰῶτα, scribunt, cum th, aspirato, quasi dicatur κατάμυθος. Κατὰ

Ausonius in mortem Glauciae.

Verum aut Persephone Cynareius ibis Adonis
Aut Iouis Elysij, tu Cata -uu nitius eris.

μετὰ. Metanœa, ἀ μετὰ, & νοέω, apud eundem in simulachrum pœnitentiæ.

Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas,
Nempe ut pœniteat, sic Meta -uu nœa uocor.

Ἐπί. Epimeteus, ab ἐπὶ, & μῆτις. Ouidi. primo Metam.

Inde Prometides placidis Epi -uu metida dictis
Mulcet &c. Sic & Epidipnis, cuius exemplum alio loco posuimus, & similia.

Περί. Periphas, proprium, ἀ περὶ, & φάω, siue φημί, ut opinor, apud Ouidium duodecimo Metamor.

Quid tibi uictorem gemini Peri -uu phanta, Pyreti &cæt.

Ἀντί. Antilochus, ab ἀντὶ, & λόχος. Ouidius in Epistola Penelopes.

Siue quis Antilo -uu chum narrabat ab Hectore uictum &c. Sic Antimachus, Antiochus, Antigenes, & id genus alia.

Ἀμφί. Amphimedon, ab ἀμφὶ, & μέδων. Idem quinto Metamorphoseos.

Et Libys Amphime -uu don, auidi committere pugnam. Quo pacto & Amphiaraus, Amphigenia, & similia ponuntur.

Ὑπό. Hypocaustum, ab ὑπὸ, & καυστόν. Statius in balneum Hetrusci.

Vbi languidus ignis inerrat

Ædibus

Ædibus, & tenuem uoluunt hypo -uu causta uapo rem. Hyperion, ab ὑπὲρ, & ἰέναι. Ouidius quar to Metamorpho. Ὑπὲρ.

Cedit amore pari, quid nunc Hyper -uu ione nate
Forma, colorq; tibi &c.

Ab ἀπὸ, autem composita, ut sunt, apologus, apotheca, apotheosis & similia, quantum ad ultimam syllabam attinet, per se nota sunt. Græcè enim ἀπὸ, per o μικρὸν, scribitur. Quantum autem ad priorem syllabam pertinet, eodem modo se habent, ut superiora, cum cata, pa ra, ana & similibus composita, ut apparet in dictione Apage, quæ ex ἀπὸ, & ἄγε, composita est. Teremi us in Eunucho. Ἀπὸ.

Tu me seruato. Neq; pol seruandum tibi
Quicquã dare au --, u- sim, neq; te ser -uu, -- uare
apage -uu, u-. Et in dictione Epaphæresis, quæ ex epi, & aphæresis componitur, quod posterius rursum ab, ἀφαιρεῦμαι, quod uerbum ex ἀπὸ, & αἱρεῦμαι, iunctum est, descendit. Epaphæresis.

Martialis lib. octauo Epigram.

Expungitq; cutem, facitq; longum,
Detonsis e ---u paphæresin u-u- capillis ele.

Item ex nomine Apollo, quod siue ex ἀπὸ, & ὄλλυμι, compositum dicatur, id quod Euripidi quoq; placuit, teste Macrobio Saturn. 1. capite 17. Qui uersus hos ex Phaëtonte eiusdem poëtæ citat. Apollo.

Ω χρυσοφεγγὲς ἥλι' ὥς μ' ἀπώλεσας,

d

θεῖν σ᾽ Ἀπόλ υ–υ– λων᾽ ἐμφανῶς κλύω δὲ βροτοῖς &c. siue ab ἀπὸ ἄλλων, quasi qui ab alijs atq; alijs declinationibus locorum faciat ortus, ut Cleanthi uidetur, ab eadem præpositione primam syllabam incipit. quam ubiq; ferè correptam habet, ut in superiore exemplo Euripidis, et apud Latinos quoq; poëtas uidere est, ut Æneidos tertio.

Egressi ueneramus A –υυ pollinis urbem. Et eod.
Si qua fides, animũ si ueris implet A –υυ pollo

Et Æneidos quarto.

Sed nunc Italiam magnam Gryneus A –υυ pollo.

Et rursum in eodem.

Heu furijs incensa feror, nunc augur A –υυ pollo.

Quod eò pluribus exemplis hîc ostendo, quòd Homerus aliquot locis eandem syllabam, ectasi magis, ut puto, quàm ratione produxit, ut Iliad. 1.

Στέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλ – – λωνος. Et rursum eodem.

Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλ – – λωνα Διὶ φίλον, ᾧτε σὺ Κάλχαν &c. Sed de hoc satis.

Cæterum neq; illud hoc loco prætereundum, quod, quæ præpositiones in uocalem exeunt, si dictio sequens cum qua componuntur, à uocali itidem incipiat, uocalem ipsæ suam elidant. Deinde quòd & consonantem, quam ante uocalem finalem habent, si ea tenuis sit, in aspiratam mutent, si sequens dictio à uocali aspirata forte incipiat.

Priorib

Prioris rei exempla sunt: Apage, cuius & suprà meminimus. Epenthesis, ab ἐπὶ, & ἔνθεσις. Parergon, à παρὰ, & ἔργον. Antœci, ab ἀντὶ, & οἶκος, siue οἰκεῖν. Catorthoma, à κατὰ, & ὀρθωμα, siue ὀρθοῦν & similia. Posterioris autem, Ephebus, ab ἐπὶ, & ἥβη. Ephippium, ab ἐπὶ, & ἵππος. Ephemeris, ab ἐπὶ, & ἡμέρα. Cathedra, à κατά, & ἕδρα. Catholicus, à κατά, & ὅλον. Aphæresis, ab ἀπό, & αἵρεσις, siue αἱροῦμαι. Apheteria, ab ἀπό, ἑτήριον, quod ab ἕω, à quo ἵημι, fit, quod mitto significat, deducitur, & id genus alia.

Excipiuntur πρό, & περί, quarũ περὶ, semper integra manet: πρὸ, aũt cum uocali sequenti, si ea fit ε, psilon, in ου, diphthongum contrahitur, ut περιεργον, à περί, & ἔργον. προῦργον, à πρό, & ἔργον &c. Sed hæc ad Græcos magis pertinent. Ac tantũ de integris.

At quorum compositorum prior pars corrupta est, in ijs eadem illa corrupta, syllabam finalem breuem habet, à quacunq; etiam parte orationis ueniat, & in quãcunq; item uocalem desinat, dummodo simplicem et nõ diphthongum, ut Archemorus, ab ἀρχή, siue ἄρχειν, potius, & μόρος. Archetypus ab eodem uerbo, & τύπος. Alcimedon ab ἀλκὴν, & μέδων. Theridamas, à θήρ, & δάμνω. Tisiphone, à τίσις, & φόνος. Leucothoe, à λευκος, & θοός, siue θέειν. Cymothoe, à κῦμα. & eodem uerbo. Demoleon, à δῆμος, et λέων. Troiugena à Tros & γένος, siue γενέσθαι.

Graiugena, à Graius, & eadem uoce. Quanquam non magnopere repugnarim, si quis postrema hæc inter Latina potius referenda contendat, cuiusmodi & uerbigena, terrigena, & similia sunt. Exempla horum sunt.

Nomen patriamq; nouercæ
Archemo -uu ri dicat, quot Acestes uixerit annos?
Iuuenalis Satyra septima. Et
Et iubet Archety -uu pos pluteum seruare Cleanthas. Idem satyra secunda. Et
Et nobis idem Alcime -uu don duo pocula fecit.
Virgilius in Bucolicis. Et Vulnera fecit
Proxima Therida -uu mas, Oresitrophus hæsit in armo. Ouid. tertio Metamor. Et
Nec mora Tisipho -uu ne madefactam sanguine sumit
Importuna facem. Idem quarto Meta. Et
Orsa est
Dicere Leucotho -uu e, uocem tenuere sorores,
Idem eodem libro. Et
Cymotho -uu e, simul & Triton, adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo &c. Virg. Æne.1. Et
Accipe ait, ualidoq; in Demole -uu onta lacerto
Fraxineam misit &c. Ouid. duodc. Met. Et
Troiuge -uu na interpres diuûm, qui numina Phoebi &c. Virgl. tertio Æneid. Et
Optime Graiuge -uu num, cui me fortuna precari &c. Æneid, octauo,

Ad

Ad quem modum se habent & illa, quæ cum particu- Δὶς.
lis numeralibus componuntur, ut sunt Dipyrus, à δὶς, Τρὶς.
et πῦρ, Tripos, à τρὶς, & πούς. Trichorō, à τρὶς, si Τέτρα.
ue τρία, & χωρεῖν. Triteris, à τρὶς, siue τρία, &
ἔτος. Tetrametrum, à τέτρα, & μέτρον, & id genus
alia, Martial. libro primo.

Quid tibi uis Dipy -υυ ron, qui Phaëtonta facis?
Virgilius tertio Æneidos.

Qui tripo -υυ das Clarij, lauros, qui sidera sen-
tis. Statius in Tiburtinum Manlij.
Aut quid partitis distātia tecta tri -υυ choris. Verg.

Thyas ubi audito stimulant Trie -υυ terica Bac-
cho. Terentianus de metris.

Pastorale uolet si quis componere carmen.

Tetrame -υυ trum absoluat &c. Quomodo &
quæ à πέντε, ἕξα, ἑπτὰ, & similibus fiunt, ponuntur.
Item quæ cum aduerbijs, ἄγαν, ὁμῶς, ἑκὰς, et id ge- Αγαν.
nus alijs componuntur, quæ tamen Græcis familiora Ομῶς.
sunt, quàm Latinis, ut Agamede, ab ἄγαν, & μῆδος, Εκάς.
Aganippe ab ἄγαν, et ἵππος. Ouidi. 6. Fasto.

Dicite, quæ fontes Aganippides -υυ Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Homologia, ab ὁμῶς, & λόγος. Homonœa, ab ὁμῶς,
& νοέω, ut in Epigrammate illo, quod apud Calepi-
num legitur.

Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homo -υυ nœa breui cōdita sum tumulo.

Ut Græcum ἑκάεργος, ab ἑκὰς, & ἔργειν, ut ἑκάεργος Ἀπόλλων, quod paßim apud Homerum leges. Est enim epitheton Apollinis, ab eo, quod à longè feriat, cuius originis et Hecate, quo nomine Proserpina appellatur, esse quoque uidetur. Virgil. 4. Æneid.

Tergeminamq; Hecă –∪∪ ten, tria uirginis ora Dianæ.

Excipiuntur à regula, primo, quæ cum nominibus quartæ declinationis, quæ & Atticorum dicitur, composita sunt. In ijs enim uocalis O, in quam prior compositi pars desinit, producitur. Huius generis sunt, Leophorus, uia publica, à λεὼς, & φέρειν, seu φορᾶ. Neocorus, æditu us, à νεὼς, & κορῶ, ut uidetur, quæ tamē Græcis usitatiora, quàm Latinis. Lagophonus, aquilæ species, à λαγὼς, & φονεύω. Lagopus, ab eodem nomine, & πούς, cuius & apud Martialem mentio fit, libro septimo Epigrammatum, ut

Si mens aurita gaudet Lagopode Flaccus.

Quibus similia sunt & illa, quæ cum γέα, componuntur, ut Geolophus, à γέα, & λόφος. Geometra, à γέα & μετρεῖν. Georgus, à γέα, & ἐργᾶν, siue ἔργον. quorum quantitas ex scriptura nota est. Quanquam Iuuenalis in Geometre, secundam corripuisse, uideri potest, Satyra 3. hoc uersu:

Gometres Grammaticus, rhetor, Geo –∪∪ metres, pictor, aliptes. Quod tamē, ut suprà monui quoq;, si synecphonesim admittas, nihil uitij habebit. Nisi uero quispiam cum Despauterio legere omnino malit.

Grammaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes &c. Vt prima in Geometra per æ, diphthõgum extendatur, quando & γαῖα, eodem modo, quo γέα, dicitur, & geometra Latina terminatione, pro Geometres etiã apud alios reperiatur. Quam lectionem neque ego prorsus reijcio, sed tamen communior superior est, & neque ipsa minore defensione nititur.

Secundo excipiuntur contracta, in quibus ex duabus uocalibus, priore tamen breui, una longa efficitur: ut Archegus, quod ex corrupto ἀρχε, cum quo & Archestratus & Archemorus &c. de quibus supra dictum, componuntur, & ἄγω, coniunctũ est. Strategus, quod ex σρατο, & eodem uerbo, ἄγω, compositum est, & similia, quæ exemplis non egent, quando ex uocali sua noscuntur. Scribuntur enim Græcè ἀρχηγός, σρατηγός. Item Bucephalus, quo nomine equus Alexandri Magni uocatus fuit, & Bucerus, a, um. Quo adiectiuo & Ouidius usus est, ut

Armentaq; bucera — uu pauit &c. & quæ alia à Βοῦς, siue Βοῦς, facta sunt. Nã hæc Græcè per diphthongum scribuntur, βουκέφαλος, βούκερος, βουκολικὰ &c. Cum quibus & Timiagenes, & siqua similis formæ fuerint, notanda erunt. Nam hoc siue ab integro τιμὴ, siue à uerbo τιμᾶσθαι, deductum putemus, A longum habet, ut apud Hora. Epist. 20. Timiagenes.

Rupit Hiarbitam Timagenis — uu æmula lingua.

Diphilus. Et Diphilus, siue hoc à δίς, siue à Διός, potius deductum, existimandum est. Nam & hoc prima longa apud Iuuenalem Saty. 3. ponitur, ut

Non est Romano cuiquam locus, hic ubi regnat,
Protogenes aliquis, uel Diphilus – υυ, aut Erimanthus.

Tametsi non ignorem Calepinum, & qui eum secuti sunt, Dysphilus legere, à δὺς, & philus, quod tamen illorum iudicio relinquo. Mihi uetus scriptura nõ uidetur negligenda, præsertim quando & apud Græcos scriptores idem nomen eadem uocali ἰῶτα, & absque σ, scriptum reperimus.

Dithyrambus. Et Dithyrambus, quòd quanquam & ipsum à δὶς, compositum uideatur, tamen contra cæterorum analogiam, i, longa ab Horatio positum est. lib. Car. 4. Ode 2. ut

Cum per auda – υ – – ces noua di – υυ – thyrãbos υ – – Verba deuoluit &c.

Cuiusmodi fortaßis etiã alia apud poëtas inueniuntur, pro licentia ipsorum, figuratè ac uariè usurpata. Sed nobis satis est, communiora tantum indicasse.

VI. regula de Analogis.

Quarum partium eadem Analogia, earum etiã quantitas eadem est, hoc est, quæ dictio alteri alicui flexu, aut terminatione respondet, eadẽ alterius illius & quantitatẽ ea parte, qua similis illi est, sequi solet, ut lego υ – lègis υυ, legere υυυ. Dico – –, dicis – υ, dicere – υυ. Gener υυ, generi υυ –, genero υυ –. Socer υυ, soceri υυ –, socero υυ – &c.

Hæc

Hæc regula ad ultimas, penultimas & antepenultimas syllabas pertinet, uidelicet, quæcunq; similitudinē atque analogiam inter se quandam habent, siue ea ex casu aut flexu uerbi, siue etiam ex quacunque terminatione fuerit. Est *enim* Analogia, *similitudo, & quædam ueluti proportio, qua uoces alias cum alijs comparatas, dijudicamus.* Vt, *quia* Amabilis, *penultima breui, antepenultima autem longa efferri solet.* Affabilis *quoq; & similia, eodem modo pronuncianda censemus.* Est *enim* ἀνάλογον *illi, hoc est, ex eadem coniugatione, simili terminatione formatum.* Contrà *autem* Iustitia, *penultima & antepenultima breuibus efferendum iudico, quoniam & Amicitia & Pudicitia, quæ illi analoga sunt, eodem modo pronunciantur.* Eodem *modo &* Flos, Floris, *o, longa, tam nominatiuo, quàm genitiuo casu pronuncio, quoniam &* Mos, Moris, Ros Roris, Honos, Honoris, *& cætera eiusdem desinentiæ, eandem quantitatem habent.* Vt *contra* Sulphur, Sulphuris, *u, breui, utroque casu, quoniam &* Fulgur, Fulguris, *&* Vultur, Vulturis, *& similia, eodem modo efferuntur.* Hæc *igitur partium analogia seu similitudo in tribus potißimum rebus uersatur.* In Coniugatione, Declinatione, *&* Terminatione. In *quibus rursum uel ultimæ tantum syllabæ inter se comparantur, ut in plerisque casibus declinationum* Isosyllabarum, *hoc est, quarum obliqui, nominatiuum syllabarum, numero non excedunt, ceu sunt* Musæ, Musam, *à* Musa. Tabula, Tabulæ, Tabu

lam, a Tabula. Vel ultimæ, & penultimæ simul, ut in obliquis tertiæ declinationis, in temporibus uerborum, et item in deriuatis plerisque partibus. Vel omnes tres pariter, ultima uidelicet, penultima, & antepenultima. Vt in quibusdam uerborum temporibus, & plerisque deriuatiuis. Vt sunt Legeremus, Diceremus, Magnitudo, Fortitudo, Castimonia, Querimonia, *& similia. Sed nos relictis his, quæ ad ultimas syllabas pertinent (Nam eas in postremum librum differre uolumus, ut eodem ordine ac modo ipsum opus pariter, & syllabæ finiantur) de penultimarum & antepenultimarum analogijs in præsentia agemus. Non quidem seorsim de singulis, nam id operosum nimis futurum erat, sed de utrisque promiscuè, secundum quod eæ, uel in coniugatione uerborum, uel in declinatione nominum, uel postremò in deriuatione quarumcunque partium spectandæ erunt. Ac primum quidem de coniugationis analogia, de qua à Grammaticis hæc fermè traduntur.*

DE PRAETERITIS
VERBORVM, REGVLA I.

Omne præteritum disyllabum, priorem habet lõgam, ut Veni – – Vidi – – Vici – – & in compositione eodem modo Aduenit – ∪∪ Inuidit – ∪∪ Deuicit – – ∪ &c.

Dedi. Steti. Excipiuntur, Dedi ∪– Steti ∪– Bibi ∪– Tuli ∪–

– Fidi *υ–* & Scidi *υ–, pro quo ueteres etiam* Bibi.
Sciciди dixere, ut Priscianus annotat. Ouid. 6. Meta. Tuli.
Vberaq; ebibe –υυ rant auidi lactantia nati &c. Fidi.
Virglius 9. Æneidos. Scidi.

Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit –υυ, & multa porrectum extendit are *na.* *Lucanus libro 3.*

Qua mare tellurem subitis aut obruit undis
Aut scidit –υυ, & medias fecit sibi littora terras.

Cætera nota sunt. His adduntur et *quæ uocalem aliā an te aliam positā habent.* Vt Fui *υ–* Lui *υ–* Rui *υ–*, & *similia, pertinent enim ad regulam de uocalibus.*

II. *Omne præteritum in* Vi, *unam syllabam desinens penultimam producit.* Vt Amaui *υ– –* Caui *– –* Straui *– –* Fleui *– –* Spreui *– –* Ciui *– –* Siui *– –* Petiui *υ– –* Iui *– –* Voui *– –* Noui *– –*, & *similia, quorum tamen multa, præsertim quæ quartæ coniugationis et tertiæ sunt, per syncopen u, abijcere solent.* Vt Petij *υυ–* Audij *–υ–* Abij *υυ–* &c.

III. *Omne præteritum, cuius prima syllaba geminatur, eandem primam, & item secundam corripit, si non positione impediatur.* Vt Tetigi *υυ–* Peperi *υυ–* Tutudi *υυ–.* Virgilius 8. *Æneidos:*

Et lapsa ancilia cœlo
Extude –υυ rat &c. Cuius tamen secundam ueteres etiā produxere. Ennius *in annalibus ut citat* Prisc.
Virosq; ualentes

Contu

Contu -- dit crudelis hyems, &c.

Cecidi. Excipiuntur Cecidi u-- à Cedo, & Pepedi

Pepedi. u-- à Pedo, in quibus secunda longa est, ut & in ijs in quibus positio est, ut Tetendi, u-- Pependi u-- Fefelli, u-- Iuuenalis Satyra 3.

-- Ebrius ac petulans, qui nullum forte ce -uu cidit -u.

Dat poenas &c. Et Horatius:

Nam displosa sonat, quantum uesica pe -uuu-- pedit -u. Et haec de praeteritis.

De supinis uerborum Regula I.

Omne Supinum disyllabum, priorem habet longam, ut Visum, -u Lusum, -u Cretum, -u.

Datum. Excipiuntur Datum, u- à Do. Vnde & Additum,

Statum. -uu Redditum -uu Proditum -uu &c. I, breui dicuntur. Statum u- à Sto. Vnde & Status uerbale. Ouidius:

Hic status -uu in coelo multos permansit in annos. 4. Fastorum. Sic praestitum, -uu Institum, -uu & caetera, quando per i, efferuntur. At quando a, retinent, idem producunt, ut

Consta -- tura fuit Megalensis purpura centum. Martialis libro 10. Et Statius:

Spes ne obsta -- tura Pelasgis, lib. 7. Sic & Staturus. Lucanus libro 2.

Hinc acies sta -- tura ducum. Idem lib. 6.

Et sta -- tura redit. Quam quantitatem & Statim

aduer

aduerbium, quando constanter, & quasi stando significat, sequi uolunt. Cuius rei exemplum Festi citant, in Arato, ut

Tunc succisa Ceres, sta -- tim cū mergite culmi.

Construitur &c. Sed de hac re infrà quoq; nonnihil addemus. Nam, Statim, pro Mox, uel illico, A breue utique habet. Vt & Status, a, um. Catullus:

Verum siquid ages statim u-u- iubeto. Seneca in Hecuba:

Stulta est fides, cælare quod prodas statim --u.u.

Et Ouidius primo Fastorum:

Musa quid à fastis non stata -uu sacra petis. Et Lucanus libro 10.

His ascripsit aquis, quarum stata -uu tempora flatus &c. Satum à seui. Vnde & Insitum, Consitum, Obsitum, & similia. Ouidius 1. Metamorph. Satum.

Quam satus -uu Iapeto mixtam fluuialibus undis &c. Ratum, à Reor. Virgilius: Ratum.

Nos abiisse ra -uu ti &c. Æneidos 2.

Citum à Cieo, secundæ coniugationis. A quo Excitum, Concitum &c. penultima breui. Oui. 2. Metamor. Citum.

Nec fruitur somno uigilantibus excita -uu curis.

Et Statius 3. Thebaid.

Excitus -uu et longam pridem indignātia pacem

Corda tumens &c. A cio autem quartæ coniugationis citum producitur, id quod ex compositis apparet. Silius libro 4.

Acci-

Acci -- tas properè castris in prælia Consul
Raptabat turmas. Lucanus:
Stratisq; excita Iu -uu ucntus &c.

Litum. Litum à Lino. Vnde oblitus participium Ouidius in Epistola Canaces.
Oblitus -uu à dominæ cæde libellus erit.

Situm. Situm à Sino. Idem 2. Metamorph.
Hic situs -uu est Phaëthon currus auriga paterni.

Quitum. Quitum à Queo. Terentius in Hecyra:
Nam cum compressa est nata, forma in tenebris nosci non quita est --u-. Ita enim plerique legunt, & hoc modo constat etiam Tetrameter.

Itum. Itum ab Eo. Ouidius 1. Metamorph.
Poscebatur humus, sed i -uu tum est in uiscera terræ &c. Sic et composita. Abitum, Reditū, Obitum, ut
Morte obi -uu ta quales fama est uolitare figuras.
Virgilius. Excepto participio Ambitus, quod contra naturam supini sui, penultimam producit. Oui. primo Metamorph.
Iussit & ambi -- tæ circundare littora terræ.

Ambitus. Nam nomen Ambitus, uerbi quantitatem retinet. Claudia. in 3. Cons. Honorij:
Cunq; suo demēs expellitur ambitus -uu auro etc.

Rutum. Rutum à Ruo, quod ruitum debebat esse, secundum futuri participium, quod est Ruiturus; ut inquit Priscianus. Hinc composita Dirutum -uu Erutum -uu Obrutum -uu & similia, quæ idem Priscianus per

Synco

Syncopam dicta putat. Virgilius:

Nec mihi cum Teucris ullū post eruta –vv bellum

Pergama &c. Ouidius 1.Epist.

Obrutus –vv insanis esset adulter aquis &c.

Quibus additur et antiquum Futum à fuo, quod ipsum quidem in nullo usu est, reliquit autem de se participiū Futurus v–v eadem quantitate. Horatius in Arte: Futum.

Vtiliumq; sagax rerū, & diuina fu –vv turi &c.

Etiam Lutum à Luo sunt qui priore breui accipiendū esse putent, à quo Perottus frequentatiuum Lutare, & nomen Lutum, quod terrā humore solutam significet, deduci ait. Esse enim hæc omnia à Græco uerbo λύειν. Ac Lutū quidem, cū nomen est, et quæ ab eo fiunt, ut Lutare, pro inquinare, et lutescere &c. notæ sunt quātitatis, ut Compositiq; lu –vv to nullos habuere parentes. Apud Iuuenalem. Et: Lutum.

Ne lutet –vv immundū nitidos ceroma capillos.

Martialis libro 4. Primitiui autem Lutum, à Luo, exemplum ubi corripiatur, nondū legi. Nam illud apud Iuuenalem Satyra sexta, quod participium à Luo uideri potest, longam utique priorem habet, ut

Dum redit, & terram lu –– to ferit intestino

Marmoribus riui properant &c. Deinde & composita, ut sunt: Dilutum, Pollutum, Elutum, & cætera, V, longum habent quoq;. Si modo à Luo, & non potius à Lauo, cuius supinum Lotum est, Composita dicenda sunt. Martialis;

Dilu-

Dilutibi ---u bis unciam Falerni. Hendecasyllabum est. Virgilius Æneid. 3.

Linquere pollu -- tum hospitium & dare classibus austros. Horat. Satyra 4. lib. 2. Sermo.

Dulcior irriguo nihil est elutius -uu horto.

Sputum. Plutum. Perinde ut et Sputum à Spuo, et Plutum à Pluo, à quibus & Consputum & Complutum eadem quantitate dicuntur. Nam quod Sedulius posuit:

Hæc sputa -uu per dominum nostram lauere figuram. Pro suo modo, suaq; licentia fecit, ideoq; in exemplum haudquaquam trahendum. Atque hæc de supinis disyllabis.

II. Supina in Tum, præcedente V, polysyllaba. Item supina in Tum præcedente A, E, uel I, quorum præterita in ui, unam syllabam desinunt, penultimam producunt. Vt Solui, Solutum u-u Volui, Volutum u-u Statui, Statutum u-u Amaui, Amatum u-u Strauí, Stratum -u Fleui, Fletum -u Spreui, Spretũ -u Petiui, Petitum u-u Audiui, Auditum --u. Et Deponentia. Vt Secutum --u Oblitum --u Mentitum --u Potitum u-u & similia. Virgilius Æneidos 9.

Post mortem Rutuli bello, prædaq; potiti --.

Notatis tamen ubiq; ijs quæ suprà inter disyllaba excepimus. At quæ in Vi diuisas syllabas, aut in Di præteritum faciunt, eorum supina in Itum, I, corripiunt Vt Genui, Genitum uuu Posui, Positum uuu Cubui,

bui, Cubitum υυυ Debui, Debitum –υυ Credidi, Creditum –υυ Vendidi, Venditum –υυ, & similia, ex quibus posteriora hæc etiam ex compositione noscuntur. Ouidius 1. Metamorph.

Nec tantum segetes, alimentáq; debita –υυ diues.
Poscebatur humus &c. Horatius lib. 1. Ode. 3.
Nauis quæ ti –––υ bi creditum υ–υυ.
Debes Virgiliũ etc. Glycenus est. Cætera nota sunt.

De incrementis cæterornm modorum ac temporum secundum uocales.

A in omni incremento uerborum producitur, ut Amamus υ–υ Docemus υ–υ Legamus υ–υ Audiamus –υ–υ.

Excipitur Dare, cum compositis primæ coniugationis (si modo composita recte appellantur.) Venundare ––υυ Satisdare υ–υυ Pessundare ––υυ Circundare –––υυ &c. In ijs enim in prioribus incrementis, ut sunt Dabam υυ Dabo υυ Darem υυ Dare υυ &c. a, corripitur. Vocant autem Incrementa Grammatici, dictiones excrescentes, quando uidelicet ultra primã uerbi positionem, syllabarum numerus excrescit, ut ob Amo amas, fit Amabam, Amabo, Amares &c. à Lego, legis, Legebam, legeres, legere & cæ. Et hæc rursus in priora & posteriora diuidunt, ut sit incrementum prius, quando ea uocalis, quæ in ultima secundæ personæ præsentis fuit, in penultima esse cœpit, hoc est, quia thema

uerbi, una syllaba superatur. Vt in Amabo, Amarem & similibus. Posterius autem incrementum, quando eadē uocalis in antepenultimam, aut etiam longius reijcitur. Vt in Amabimus, Amaueram, Amaueritis, & similibus.

E in utroq; uerborū incremento producitur, ut Amemus υ–υ Docemus υ–υ Legemus υ–υ Amaremus υ––υ Doceremus υ––υ Legeremus υυ–υ Audiremus –––υ &c. Excipiuntur primo, omnia præsentis temporis tertiæ coniugationis, in quibus R, sequitur uocalem E. Vt Legeris, υυυ Legerē, υυυ Legeres, υυ– Legeremus, υυ–υ Legeretis υυ–υ Legere, υυυ &c.

II. Omnia à præterito formata, quæ in Ram, Rim, aut Ro exeunt, cū cæteris eorundem temporum personis, ut Amaueram υ–υυ Legerā –υυ Docuerim υυυυ Docueris υυυυ Audiuero ––υυ Audiueritis ––υ–υ etc.

At in quibus R, in incrementis repetitur, hoc est in quibus præcedens Re, alterum Re, uel Ris sequitur, in ijs quod prius est Re, producitur, ut Legerere υυ–υ Amarere υ––υ Docereris υ––υ Audireris –––υ &c.

Perinde ut & in cæteris temporibus & personis. Vt in Legeris υ–υ uel Legere υ–υ Audieris –υ–υ uel Audiere –υ–υ, futuro indicatiui. Legerunt ––– Amauerunt –––– Legere ––υ Audiuere –––υ & similibus præteriti indicatiui. Tametsi in hac persona interdum licentia quadam usi poëtæ uideantur. Vt Virgilius cum posuit:

poëtæ

Obstupui, stete –uu rumq; comæ & uox faucibus hæsit. 3. Æneidos. Et Georg. 2.

Miscue –uu rumq; herbas, et non innoxia uerba. Et Horatius Epist. 4.

Dij tibi diuitias dede –uu rum, artemq; fruendi. Et Silius libro 3.

Terrue –uu rũt pauidos accensa Ceraunia nautas. De qua re nonnihil & apud Diomedem annotatum reperias libro primo de Coniugatione uerborum.

I, in incrementis uerborum plerisq; producitur, ut Audimus – – u Auditis – – u Audirem – – u. Ibam – u Ibo – – Irem – u. Audiui – – – Petiui – – –, & cætera huius formæ præterita, de quibus supra quoq; dictum est.

Excipe primo quæ in regulam communem de uocali ante uocalem, cadunt, ut Audiunt –u– Audiere –u–u & similia. Deinde, penultimas præteritorum in Imus. Vt Legimus –uu, Venimus –uu, Docuimus uuuu, &c.

De Coniunctiui præteriti & futuri personis in Rimus & Ritis, controuersia inter Grammaticos est. Diomedes præteritum corripi uult, futurum autem produci. Hæc enim uerba eius sunt ex libro 1. de modis uerborum. Et in hoc subiunctiuo, numero plurali, inquit, uniformem declinationem Perfecti & futuri temporis accentus distinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur, futurum circumflectitur, & cæt. Contrà

Seruius præteritum natura sua produci uelle uidetur. Nam in 6. Æneidos super uersu.

Namq; in supremam falsa inter gaudia noctem

Ægerimus, nosti &c. Ægerimus, inquit, i, breui posuit, metri caussa, quasi dicat aliàs longum poni debere, nulla necessitate interueniente. Qua diuersita e opinionum, ut puto, commotus Georgius Valla, utrunque tempus licenter produci ait, propter tot breues continue se sequentes. Sed tamen Diomedis sententia potior uidetur, propterea quòd ipsa exempla quoque, in quibus huiusmodi uerborum penultimæ producuntur, futuri magis, quàm præteriti significationem habere uidentur, ut - - -

Non mi aurum posco, nec mi precium dederitis

-u. Ennius. Et:

Haustus aquæ mihi nectar erit, uitamq; fatebor

Accepisse, simul uitam dederitis in -uu undis. Ouidius 6. Metamorph. Et:

Quũ gelidum Thracen, & opertũ nubibus Hæmõ.

Et maris Ionij transieritis a -u u quas. Idem 4. de Ponto. Et:

Dein cum millia multa fecerimus u-u. & Catullus ad Lesbiam. Nam superius exemplum Virgili. in quo Aegerimus, I, breui ponitur, et item illud, quod ex Ouidij quarto de Ponto citatur:

Hæc ubi dixeri - u u tis, seruet sua dona rogate, planè præteriti significationem habent.

Oin

O in incrementis uerborum ubiq; producitur. Vt Legitote. uu–u Amatote u––u. &c.

V in incrementis uerborũ corripitur, ut Possumus –uu Volumus uuu & similia. Quorum exempla, ut & superiorum, nihil attinet pluribus hic persequi, quando coniugationum quantitas & analogia, iam inde à pueris edisci, una cum ipsa conniugandi ratione consueuit.

De Analogia declinationis, & Incrementis nominum.

Declinationis analogia, fusior paulo, eoque etiam difficilior est, propter diuersitatem obliquorum tertij ordinis, in quibus non modo Latinorum formæ, sed & Græcorum exempla interim tenenda sunt. Et quanquam referebat hanc rem ex Grammaticorum Etymologijs peti potius, quàm hic à nobis expectari, quod illi cum de casibus in quacunque terminatione flectendis præcipiunt, quantitates incrementorum quoq; unà, uelut ex professo tradere solent: quia tamen proposito operi inseruiendum fuit, neque temere ab argumento semel cœpto desistendum, dabimus hac quoque in parte operam, ut quoad fieri potest, compendiose ac breuiter omnia proponamus. Id quod maxime futurum puto, si singularum declinationum incrementa ordine persequemur.

In prima itaque declinatione A, in Incrementis, in

utroque numero producitur. Vt Musarum – – υ, Aquarum υ – υ, Aulai – – – Lunaï – – –, Deabus υ – υ, Filiabus – υ – υ, &c. Nec alia huius ordinis incrementa sunt.

In secunda aũt declinatione, E, I, et V, corripiũtur, ut Gener Generi υυ –, Vir Viri υ –, Satur Saturi υυ – &c. O, uerò, quod tamen in pluralibus casibus tantum est, producitur. Vt Deorum υ – υ, Virorum υ – υ, Ambobus – – υ, Duobus υ – υ &c.

Iber. Notatur iberi υ – – e, longa, à nominatiuo Iber, qui ut Prisciano placet, per apocopam ab eo factus est, qui Græce ἴβηρος ἰβήρου dicitur. Vt esset differentia uidelicet quædam inter populi nomen & fluuij, à quo ipse populus appellatur; ut idem ait. Lucanus libro septimo:

Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus excutit auri.

Et libro 6.

Interea domitis Cæsar remeabat I υ – υ beris. Et de fluuio. Idem libro 4.

Qui præstat terris aufert tibi nomen Iberus – υ.

Nam de Asiatica gente, quæ inter Colchos et Armenios habitat, Iber Iberis tertia declinatione, perinde ut apud Græcos ἴβηρ ἴβηρος dici idem Priscianus tradit. Sic apud Fannium in uersione Dionysij legitur:

Diffusus spatium per longum panditur Isthmos.

Quem iuxta terras habitant orientis Iberes &c.

Tametsi apud Claudianum lib. 1. de laudibus Stiliconis.

Iberis,

Iberis, datiuo casu plurali, de eadem gente dicatur, ut

Mistis hic Colchus iberis.

Hic mitra uelatus Arabs, &c. De qua re hic nihil attinet disputare, quando hoc loco non de declinationis differentia; sed de quantitate tractamus. Caeterum, simplicis quantitatem sequitur, et compositum Celtiber, ut apud Martialem lib. 1. Epigram.

Vir Celtibe – – u – ris non tacendo gentibus. Iambicus est senarius. Notantur autem & Vter Vtrius. Nullus Nullius, Vnus Vnius, & similia, in quibus i, modo longum, modo correptum ponitur, de quibus supra in regula uocalium diximus.

In tertia declinatione, infinita propè excrescentium uarietas est, propterea singulas Vocales per singularum terminationum consonantes ducemus.

A, in incremẽtis tertię declinationis.

A ante B, in penultimis obliquorum tertiae declinationis corripitur. Vt, Arabs, Arabis. Trabs, Trabis. Virgilius Æneidos 7.

Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hircanisue Ara – u u bisue parat &c.

Est enim hic datiuus pluralis à nominatiuo Arabus, qui à genitiuo Arabis, perinde, ut ab Abacos, Abacus formatur. Idem 2. Æneidos:

Praecipuè cũ iam trabi – u u bus contextus acernis
Staret equus &c.

A ante C, in incrementis tertiae declinationis produ-

citur. Fornax, Fornacis. Pax, pacis. Audax, Audacis. Sternax, Sternacis &c. Virgilius:

Et sternacis e - uu qui lapsum ceruice Timoeten. Æneidos 12.

Facis. Excipitur Fax Facis, quod a, breue habet, Ouid.

Ocia si tollas periere cupidinis artus,

Contemptæq; iacent, & sine luce fa - uu ces.

Colacis. Et Græca pleraq; ut Colax, Colacis. Terentius in Prologo Eunuchi:

Colacem esse Næ uu-, u- ui & Plauti ueterem fabulam &c. Senarius est ab Anapæsto incipiens.

Abacis. Abax, Abacis, à quo & nominatiuus Abacus, secundæ declinationis fit, eadem quantitate.

Ausonius in Epigrammatis:

Atq; aba -uu cum Samio sæpe onerasse luto &c.

Dropacis Dropax, Dropacis, ungenti genus. Martialis lib. 3.

Psilothro faciemq; lauas, & Dropace caluam &c.

Smilacis. Smilax, Smilacis. Ouidius 4. Metamorph.

Et crocon in paruos uersum cū Smilace - uu flores.

Panacis. Panax, Panacis. Columella libro 11.

Nunc medica Pana - uu ces lachryma, succoque salubri

Glaucea, & profugos uictura papauera somnos.

Spargite &c. Quæ eadem herba & Panace, & Panacea dicitur.

Styracis. Styrax, Styracis, ungenti, siue rhesinæ nomen, & itē arboris, quæ uulgo Storax scribitur. Serenus.

Aut Styra –∪∪ cem torres, aut diri uulturis alam.
& Virg. in Ciri.
Non Styra –∪∪ ce Idæo fragrantes picta capillos etc.
Et propria, ut Pharnax, Pharnacis, Luc. lib. 2. Pharnacis.
Tigranemq; meum, nec Pharnacis –∪∪ arma relinquas. Atax, Atacis, fluuius Galliæ. Sido. lib. 9. Atacis.
Atacem tona ∪∪–∪– re cum suis coloribus. Senarius est. Hinc Atacinus, a, um. Horat. 1. Sermonum.
Hoc erat experto frustra Varrone Ata–∪∪ cino.
Atrax, Atracis. Catullus. Atracis.
Smirna cauas Atra–∪∪ cis penitus mittere ad undas. Vnde atracius, a, um, & Atracides patronymicum, quod pro Cæneo apud Ouidiũ ponitur 12. Met. Et Atracis fœmininum pro Hippodamia; ut
Atracis –∪∪ ambiguos traxit in arma uiros.
Et similia. Notantur
Thrax Thracis, a longa. Virgilius. 3. Æneid. Thracis.
Thraces a –∪∪ rant, acri quondam regnata Lycurgo. Phæax, Phæacis, a quo & Phæacius, & Phæacus possessiua. Propertius. Phæacis.
Nec mea Phæa –– cas æquant pomaria syluas etc.
Thorax, thoracis. Virg. Æneid. 10. Thoracis.
Clypei transuerberat æra
Mæonis & thoraca si –∪∪ mul cũ pectore rũpit.
Quæ ob id longa a, pom à Latinis uidentur, quòd eadem apud Græcos frequenter & per η, efferuntur.
Nam Arctophylax, arctophylacis, quod a, longa Mani

Arctophi lius posuit lib. 1. ut Permeat Arctophylaca pe –uu
cis. tens per terga draconis. per ectasin produci magis, quã
Phylacis. natura puto, quandoquidem & primitiuũ eius φύλαξ
φύλακος, α breui declinatur, ut apud Hesiodum, li. 1.
ἔργων, καὶ ἡμερῶν.

Ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλα –uu κες θνητῶν ἀνθρώπων. A Syphax autem Syphacis, utroq; modo positũ reperitur, ut

Hannibalis spolia, & uicti monimenta Syphacis – u apud Propertium. Et

Compulimus durũ Sypha – uu cem, uictũq; Metello. Traximus immanẽ Marij sub uincla Iugurtham. Claudianus de bello Gildonico, Aiax, Aiacis, quod itidem a, longũ habet in penultima, ad Latinorum analogiam pertinet, nam Græcè αἴας, αἴαντος, declinatur.

A, ante D, corripitur, ut uas, uadis uu. Horat.
Ille datis uadi – uu bus, qui rure extractus in urbẽ est.

Hinc uadimonium, & uadari eadem quantitate. Iuuenalis Satyra tertia.

Feriunt pariter uadi – uu monia, deinde
Irati faciunt &c. Sic & Græca fœminina, ut Pallas, Palladis – uu, Leucas, Leucadis – uu. Lucanus libro quinto.

Iam tunc ciuili meditatus Leucada – uu bello. Et Patronymica, ut Thespias, Thespiadis – uu –, Ilias, Iliadis – uuu &c. Virg. 1. Æneid.

Interea ad templum nõ æquè Palladis – uu ibant.

Cri

Crinibus ilia -uu dex passis &c.

A, ante G, corripitur, ut Harpax, harpagis -uu. Vnde & uerbum harpagare. Apud Plautum in Aulularia.

Aurum mihi intus ---u harpagatum est -u--, nunc hic eam rem -uu--- uult, scio, -u-, Tetr. Tro. est. Et Harpagides propr. filij Thyestæ. Ouidi. in Ibin.

Et puer Harpagi -uu de referas exépla Thyestæ. Sunt autem Græca huius formæ omnia, et quia à secundis indefinitis fiunt, quorum penultimæ propriè breues sunt, eandem quantitatem retinent.

A, ante L, producitur, ut animal, animalis uu-u. Ouidius primo Metam.

Pronaq; cum spectent animalia -uu, cætera terrã. Sic ceruical, ceruicalis --u. Tribunal, tribunalis, u--u, & similia.

Masculina autem & barbara a, corripiunt, ut Sal, salis uu. Virgilius Æneid. primo.

Et sale -uu tabentes artus, in littore ponunt. Hannibal, Hannibalis -uuu. Hasdrubal, Hasdrubalis -uuu Tãetsi Probus Grãmaticus hæc et similia nomina circũflectenda putabat, ut autor est A. Gell. li. 4. ca. 7. inductus exẽplo Ennij, quo i eodẽ loco, sed imperfectũ, ut apparet, citatur hoc modo: Qui propter Hannibalis -u- lis copias considerãt. Debebat enim esse Tetrameter quadr. ut idẽ Gellius indicat. Sed tamẽ posteriores ubiq; ferè penultimam in talibus breuem seruarunt. Iuuenalis.

Han

Hanniba -vu li, & nostris ducibus, regiq; Molos so. Saty. ii. Propertius.

Hanniba -vu lis, spolia & uicti monumenta Syphacis. Libro tertio.

A, ante N, producitur, ut Pan, Panis -u Pæan, Pæanis --u. Titan, Titanis --u. Stat. 4. Theb.

Herculeum Pæana ca -vu nunt, uastataq; membris &c. Et Lucanus libro sexto.

Arbiter immittam ruptis Titana -vu cauernis.

A quo & Titanius, a, um. Virg. 6. Æneid.

Hic genus antiquum terræ, Ti -- tania -vu proles.

A, ante p, corripitur, ut daps, dapis vu. Lælaps, Lælapis -vu, canis nomen apud Ouidium 7. Meta. ut

Poscor et ipse meum consensu Lælapa -vu magno.

A, ante r, in neutris producitur, ut Laquear, vu- laquearis vu-u. Calcar, -u calcaris --u.

Virgilius Æneidos sexto.

Seu spumantis equi foderet calcaribus -vu armos.

Eodem modo lacunar, torcular, lupanar, lucar, quo nomine precium, quod ex lucis capitur, significant, à quo & Lucaria festa dicuntur, & similia faciunt.

Excipiuntur Nectar -v, nectaris. Iubar vu, Iubaris, & cætera, quæ deriuata non sunt Virg. 4.

It portis iuba -vu re exorto, delecta iuuentus &c.

Idem Georgico. 4.

Et liquido distendunt nectare -vu cellas.

Masculina autem & barbara pleraq; corripiuntur, ut

-Lar,

Lar, Laris uu. Virgilius.

Pergameumq; La –uu rem, & canæ penetralia Ve stæ. Arar uu Araris uuu, quod & nominatiuo ca su Araris dicitur. Idem in Bucolicis.

Aut Ara –uu rim Parthus bibet, aut Germania Tygrim. Sic Cæsar, Cæsaris –uu, Bostar, Bostaris –uu, Hamilcar, Hamilcaris &c. Quibus addit De spauterius, Lucar, Lucaris –uu, quando autem signi ficat, de qua tamen ipse nihil hactenus legi.

Notantur Nar, fluuij nomen, & par, omnis generis adiectiuum, & Car, gentile, quæ cum omnia a, longum nominatiuo casu habeant, Nar quidem, & Car, longum idem in obliquis retinent, ut

Sulphureas posuit spiramina Naris ad –uu undas. Apud Ennium, sexto Annalium, ut citat Priscianus. Et

Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosq; Gelonos

Finxerat &c. Æneid. octauo.

Par autem, longum in breue mutat, ut in Buc. Virg.

Numero deus impare –uu gaudet.

A, ante s, producitur, ut uas, uasis –u.

Ausonius de Agathocle.

Fercula gemmatis cum poneret aurea uasis –– etc.

A, ante T, producitur, ut Castitas, castitatis –u –u. Sanctitas, sanctitatis –u–u. Pietas, pietatis uu–u, &c. Virg. 1. Æneidos.

Hic pie –uu tatis ho –uu nos, sic nos in sceptra reponis? &c.

Excipi-

Excipiuntur, anas, anatis ᴗᴗᴗ, Vt apud Auienũ in Arato. quem uersum Despauterius citat:

Latipedemq; ana -ᴗᴗ tem cernes excedere Ponto.

Et Græca, ceu sunt Hepar, hepatis -ᴗᴗ, ἧπαρ, ἥπατος -ᴗᴗ, ut apud Homerum.

ἤματα -ᴗᴗ πάντα. Item quæ à uerbalibus in μα, ueniunt, ut drama, dramatis -ᴗᴗ, poëma, poëmatis ᴗ-ᴗᴗ, ceroma, ceromatis --ᴗᴗ, Stemma, stemmatis -ᴗᴗ, & similia, Iuue. saty. 8.

Stẽmata -ᴗᴗ quid faciunt, quid prodest Pōtice longo Sanguine censeri? &c.

E, in incrementis tert. declin.

E, ante B, in obliquis tertiæ declinationis, producitur, ut plebs, plebis -ᴗ. Auson. in Mosell.

Stridentesq; focis obsonia plebis a -ᴗᴗ lausat.

Hinc plebeius, a, um. Propertius.

Illiq; plebe -- io, uel si sandycis amictu &c.

E, ante C, corripitur, ut Nex, necis ᴗᴗ, prex, precis &c. Virgil. 2. Æneid.

Iuppiter omnipotens preci -ᴗᴗ bus si flecteris ullis.

Excipiuntur ueruex, ueruecis --ᴗ. Iuuen.

Sutor & elixi ueruecis -- labra comedit. Halec siue halex, nam utrunq; ueteres dixere, ut Priscianus indicat, Halecis Martialis.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra

Hale -- cem, sed quam protinus illa uorat.

Fex

Fex, fecis, quod tamen diphthongo quidã scribũt. Horat.

Ego fecem -- primus & halec

-- Inueni &c. In Sermonib. ubi genere neutro halec ponitur, pro liquamine, nam & piscem, & liquamen significat, ex intestinis pisciũ factum. Deinde & neutro & foemininо genere positum reperitur.

E, ante D, corripitur, ut pes, pedis υυ, compes, compedis -υυ, bipes, bipedis υυυ, quadrupes, quadrupedis -υυυ. Virg. 11. Æneid.

Quadrupe -υυ dẽq; citum ferrato calce fatigat.

Excipiuntur: Merces, mercedis --υ. Iuuen. 7.

Scire uolunt omnes mercedem, -- soluere nemo.

Hæres, hæredis --υ. Idem Satyra duodecima:

Tres habet hære -- des, libet expectare quis ægram.

Et quæ diphthongo scribũtur, ut præs, prædis, &c.

E, ante G, corripitur, ut grex, gregis υυ. Virgi.

De grege -υυ non ausim quicquam deponere tecũ.

Sic Græcum Lelex, Lelegis υυυ, Idem.

Hic Lele -υυ gas, Carasque &c. ut supra.

Excipiuntur: Rex, regis, -υ. Horatius in Episto.

Quicquid delirant re -- ges, plectuntur Achiui.

Lex, legis -υ. Virgil. 12. Æneid.

Paribus se legibus -υυ ambæ

Inuictæ gentes æterna in foedera mittant. Et cõpositа horum, ut exlex, exlegis --υ, quo Cicero utitur pro A. Cluentio, & Interrex, Interregis ---υ &c. Apud Plautum autem etiam Hallegis, e, longa, ab Hallex

lex, quod liquamen, siue salsamentum significat, positū uidetur. In Persa, hoc Senario:

Ita fieri iuſ uuuu, -- *si, ecquid Halle* --, --
gis, Vah rogas? --u-.

E, ante L, producitur, ut Daniel, Danielis, -u. Mi chaël, Michaëlis u--u. Priscianus.

E, ante M, corripitur, ut Hyems, hyemis uuu.
Virgilius primo Georgic.
Humida solstitia, atq; hye -uu mes orate serenas &c.

E, ante N, producitur, ut Ren, Renis -u, Splen, splenis -u &c. Horat. 2. Sermon.

Quod latus, aut re -- *nes morbo tentantur acu to.* Persius satyra prima.

Quid faciam? sed sum petulanti spleni. ca -uu *chin no.* Sic & lien, lienis. Plautus in Curcul.

Nam quasi zona, liene cin u-u- *ctus ambulo.* Se narius est Iambicus.

Siren, sirenis. Horat. lib. 1. Epist. 2.

Sire -- *num uoces, & Circes pocula nosti.*
Trœzen, Trœzenis. Ouid. 5. Meta.

Est prope Pitheiam tumulus Trœzena, si -uu *ne ullis & eat.*

Lichen, lichenis, morbi genus, quam Mentagrā La tini uocant. Martial. lib. 11.

Nec triste mentum, sordidiq; Lichenes u--u. Scazon est. Et quæ Priscianus addit, Schen, Schenis, pro prium Herois, socij Vlyßis, & Damen, Damenis, histo rici cuiusdam nomen. Ex-

Excipe senis, a senex, quod tamen nullo incremento dicitur, cuius exempla ubiq; obuia sunt. Et hymen, hymenis, quod sunt qui E, in obliquis, si quos habeat, corripere putant, quandoquidem & deriuatum eius, Hymenæus, idem e, breue habet, ut apud Catullum, in carmine nuptiali.

Hymen ô Hyme -uu næe, Hymen ades ô Hyme -uu næe. Sed contrà tamen Priscianus hoc quoq; inter cætera, quæ e, longum habent, recenset. Quare equidem in medio hoc relinquo, dum certius aliquod testimonium inuenero.

E, ante P, producitur, ut Seps, sepis -u, quod & diphthõgo scribi uidemus. Columella lib. 10.

Talis humus uel parietibus uel sepibus -uu hirtis
Claudatur &c. Et Ouid. 1. Meta.
Vt facibus se -- pes ardent, quas forte uiator,
Vel nimis admouit &c.

E, ante R, in Latinis corripitur, ut agger, aggeris -uu uber, uberis -uu, uulnus, uulneris -uu, pondus, ponderis -uu, uellus, uelleris -uu, & similia, exempla nota sunt.

Excipitur uer, ueris -u. Virg. 1. Georg.
Vere no -uu uo gelidus canis cum montibus humor.
Et quod diphthongo scribitur, æs, æris -u.

Græca autem uerbalia, quoniam per η, scribuntur, apud Latinos per e, longum efferuntur, ut Soter, soteris --u, Crater, crateris --u, halter, halteris --u.

iu,ut in Andriæ scena prima.

Effertur,i ‒ ‒ ᴗ ‒ mus,interea in ᴗ ‒ ᴗᴗ ‒ ter mulieres ‒ ᴗᴗᴗ ‒. Senarius est, habens quinto loco Dactylum. Et in Eunu. Act. 2. scena tertia.

O faciem pul ‒ ᴗᴗ ‒ ‒ chram,deleo o ‒ ‒ ᴗ ‒ mnes dehinc ex ani ‒ ‒ ‒ ᴗᴗ mo mulieres ‒ ᴗᴗ ᴗ ‒. Iambicus Quadratus est,habens itidem Dactylum loco penultimo.

Et in Adelphis,scena secunda, Act. 1.

Multauit us ‒ ‒ ᴗ ‒ que ad mortem,eripu ‒ ‒ ‒ ᴗᴗ it mulierem ‒ ᴗᴗ ᴗᴗ. Trimeter est Iambicus.

Item in eadem,act. 4. scena tertia.

Atq; istæc ea ‒ ‒ ‒ ᴗᴗ dem,quæ mihi di ‒ ‒ ᴗᴗ ‒ xti, tute,di ‒ ‒ ᴗ ‒ cas mulieri, ‒ ᴗᴗ ᴗ ‒. Iambicus est Quadratus. Et in Phormione, Actus quinti, scena 5.

Argentum acce ‒ ‒ ‒ ‒ pi,tradidi ‒ ‒ ᴗ ‒ lenoni abdu ‒ ‒ ‒ xi mulierem ‒ ᴗᴗ ᴗᴗ. Eiusdē rationis uersus est. Eodem modo & apud Plautum pom uideas,ut in Milite, Act. 3. scen. 1.

Itaq; sc omnes ᴗᴗᴗ ‒ ‒ ultro secta ‒ ‒ ‒ ‒ ri in Epheso memo ᴗᴗᴗ ‒ ᴗᴗ rat mulieres ‒ ᴗᴗ ᴗ ‒. Iambicus est Quadratus. Et in Amp. Act. 1. scen. 2.

Nescio quis præ ‒ ᴗᴗ ‒ ‒ stigiator ‒ ᴗ ‒ ᴗ hāc frustratur ‒ ‒ ‒ ‒ mulierem ᴗᴗᴗᴗ. Troc. est, Catalect. Tetram. habens penultimo loco Trib. pro Trochæo &c.

Et apud Martialem quoq;,lib. 1. Epigrammat. ut

Qui coccinatos non putat uiros esse.

Amethystinasq; uu-u- q; mulierum uuu,u- uocat uestes &c. Sunt enim Choliambi, in quibus necesse est secundo & quarto loco, omnino Iambum, aut Tribrachũ poni. Quum etiam idem Priscianus lib. sexto (cui maior fides, quàm alteri illi tribuenda) inter cætera, quæ breue e, in obliquis habent, hoc ipsum quoq; recenset, nulla correptionis facta metione. quare nõ uideo, quæ ratio adducere quenquam debeat, ut contra aliorũ analogiam, hoc producendum existimet, præsertim cũ nullius probati authoris exemplum extet, unde longũ, aut producendum esse probari poßit. Nam uersus hic, quẽ quidam allegant, s.

Eminet, at non est in muliere fi -uu des. autoritate caret. Et alter, quem alij ex Lucretio afferunt, uidelicet libro quarto.

Siue uirũm soboles, siue est mulieris o -uu rigo. corruptus est: debet enim pro mulieris, muliebris adiectiuè legi, ut et Nebrissensis et alij doctiores approbãt.

E, ante T, corripitur, ut seges, segetis uuu. Teges tegetis. Iuuenalis.

Ausa palatino tege -uu tem præferre cubili.

Hebes, hebetis. Vnde & hebeto uerbum eadem quantitate. Virgilius secundo Æneid.

Mortales hebe -uu tat uisus &c.

Præpes, præpetis. Idem quarto Æneid.

Præpeti -uu bus pennis, &c. Impes, impetis, tametsi huius nominis ablatiuus in usu ferè tantum sit, ut

In

In iuuenes certo sic impete -vu uulnificus sus &c. Octauo Meta. Et perpes, perpetis, pro perpetuo, apud Plautum in Amph.

Ibi cœnaui, & ibi quieui in naui noctem perpetem -vu. Trochaicus est Tetrameter Catalecticus, & id genus alia.

Excipe locuples, locupletis, ut apud Horatium. *In locuplete do -vu mo &c,* Quies, quietis, v-v Virgil. primo Æneid.

At Venus Ascanio placidam per membra qui -vu etem &c. Quod antiqui etiam quinta declinatione de clinarunt, cuius rei indicio est compositum requies, quod tam quinta, quàm tertia declinatione declinatum reperitur, de quo Priscianus lib. 6. & inquies, inquietis, quod quamuis in nominatiuo e, correptam habeat, ut Probo uidetur, in genitiuo tamen eandem producit.

Quam formam & Græca sequumur, ut Magnes, Magnetis --v pro lapide, & pro Gente. Lucretius, libro sexto.

Quē Magneta uo -vv cant, patrio de nomine Graij.
Magne -- tum quia sit patrijs in finibus ortus.

Tapes, tapetis v-v. Virgi. lib. nono Æneid.

Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus -vv altis
Extructus, toto perflabat pectore somnum.

Lebes, lebetis v-v Ouidius tertio Epist.

Viginti fuluos operoso ex ære le -vv betas &c.

Sic & Ceretis – – u, gentile, à Ceres nomin. Virgil.

Qui Ce – – rete domo, qui sunt Minimonis in aruis. Sed alij tamen hic, & hæc Ceretis, nominatiuo casu malunt dicere, perinde ut & hic & hæc Ceritis, et hoc Cerite, i, breui, eadem significatione. Et propria, ut Laches, Lachetis. Dares, Daretis, Rhamnes, Rhamnetis, & similia. Nam Græcè omnia per η, declinantur. Addit Despauterius, & Termes, Termetis, pro uermiculo, à quibusdam annumerari, sed exemplum desideratur.

I, in incrementis tert. declin.

I, ante B, corripitur, ut cælebs, cælibis – uu. Horati. lib. 1. Epist. 1.

Nil ait esse prius, melius nil cælibe uita. &c.

Ad quem modum datiui quoq; & ablatiui plurales sese habent, ut sunt Tribus, quibus, militibus, equitibus, diuitibus, pauperibus, locupletibus, & similes. Idem eadem epistola. (æquè.

Æquè pauperi – uu bus prodest, locupletibus – uu

I, ante C, in ijs, quorum nominatiui in ex, desinunt, corripitur, ut Silex, silicis uuu. uertex, uerticis – uu. Cortex, corticis – uu. Latex, laticis uuu, & id genus alia. Virg. Æne. 4.

Horrendum dictu, Lati – uu ces nigrescere sacros.

Sic & quæ à facio, deriuantur, ut aurifex, aurificis, pōtifex, pontificis &c. Iuuenalis saty. 4.

Destinat hoc monstrum cymbæ, limq; magister

Pont

Pontifi -uu ci summo &c. Et quae à specio ueniunt, ut Haruspex, haruspicis, & si qua similia. Idem Saty. 2.

O proceres censore opus est, an haruspice -uu uobis?

Excipitur uibex, uibicis --u i, longa. Persius.

Si puteal multa cautus uibice fla --u gellas &c.

At quae à nominatiuis in Ix, ueniunt, I productum habent, ut radix, radicis --u, ceruix, ceruicis --u, &c. Virgilius secundo Æneid.

Ergo age chare pater ceruici im -- ponere nostrae.

Sic lodix, lodicis --u apud Iuuenal Saty. 6.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, modo sub lodice re -uu lictis.

Perdix, perdicis --u. Serenus.

Vulturis atque iecur, uel ius perdicis a -uu pricae.

à quo & uerbum ἐκπερδικίζειν, apud Graecos, eadem quantitate dicitur, quod callide elabi atque suffugere significat, ut apud Aristoph. in Auib.

Ὡς παρ' ἡμῖν οὐδέν ἐστ' αἰσχρὸν ἐστιν ἐκπερδικί-σαι -u-. Trochaicus est Tetrameter Catalecticus.

Et pistrix, pistricis -u. siue hoc pristix potius scribendum, à πρίζειν, uidelicet, quod secare significat, à quo idem piscis etiam alio nomine Pristis dicitur. Cicero in Arato.

Spumiferam subter caudam pistricis ad -uu haeret.

Et rursum.

Inter pistri -- cem fusae, sparsaeque uidentur.

Quæ exempla contra Perottum quoq; faciunt, qui eos ridiculos uocat, qui pistrix, & pistricem, pro pristis, & pristin dicunt.

Varix. Excipiuntur primo masculina huius formæ præcipuè Latina, ut uarix, uaricis –υυ. Horat.

Varice –υυ succiso &c.

Fornix. Fornix, fornicis –υυ. Iuuenalis Satyra sexta.

Lenonum pueri quocunq; in fornice –υυ nati &c.

Calix. Calix, calicis υυυ. Horatius:

Fœcundi cali –υυ ces quem non fecere disertum?

Elix. Elix, elicis υυυ, sulcus aquarius, ab eliciendo dictus, cuius uerbi quantitatem quoq; seruat, tametsi exemplū eius in promptu non sit. Et gentile Cilix, Cilicis υυυ.

Cilix. Iuuenalis.

Sic pugnas Cili –υυ cis laudabat & ictus &c.

Illex. Quibus addunt quidā et illix, illicis –υυ, quod tamē cōmunis generis est & nominatiuo casu illex per e, rectius dicitur, à uerbo illicio uidelicet, à quo & illecebræ, eadem mutatione uocalis primitiuæ deriuatur. Et

Natrix. Natrix, Natricis υυυ, quando pro serpente, masculino genere accipitur, exemplo Lucilij adducti, ex quo uersus hic citatur:

Si natibus natri –υυ cem impreßit crassum & capitatum &c. Sed de hoc nihil ausim affirmare. Nā ut maximè demus Lucilium ipsum ita scriptum reliquisse, nō tamen omnia statim in exemplū trahenda sunt, quæ apud ipsum, aut Enniū, aut cæteros antiquißimos aliquando reperiuntur.

Nota-

Notatur autem Spadix, quod tametsi ipsum quoque Masculinum est, penultimam tamen in obliquis longam habet. Vt apud Virgilium 2. Georg. **Spadix.**

Spadi — — ces, glauciq; color deterrimus albis.

Et Graecum, Phoenix, tam proprium, quàm gentile. Lactantius de Phoenice: **Phoenix.**

Phoeni — — cis nomen, cui dedit ipsa, uetus.

Et Lucanus libro 3.

Phoeni — — ces primi, si famae creditur, ausi

Mansuram rudibus uocem signare figuris. Sed de Graecis, Graecorũ regulae & exempla consulenda sunt.

Ibices quoq; masculino genere usurpatur à Plinio lib. 8. cap. 53. Sed tamen neque de hoc quicquam habeo, quod afferam, neque utrum I, longa an breui ponendum sit, neque etiam utrum nominatiuo casu Ibex, an Ibix magis dicendum. Nam exempla utriusque rei desiderantur. Quod siquis tamen analogiam sequi uolet, poterit id breui penultima ponere, ad exemplum caeterorum masculinorum, siue in Ex, siue in Ix desinentium. Et id tantisper dum exemplum ueteris alicuius authoris habere licuerit. **Ibices.**

II. *Excipiuntur haec foeminina.* Pix Picis ∪∪. **Pix.**

Virgilius 10. Aeneidos:

Per pice — ∪∪ torrentes, atraq; uoragine ripas.

Filix Filicis ∪∪∪. Idem 2. Georg. **Filix.**

Et fili — ∪∪ cem curuis inuisum pascit aratris.

Larix Laricis ∪∪∪. Lucanus libro 9. **Larix.**

Et lari –uu ces, fumoq; graue serpentibus urit ete.

Salix. Salix, Salicis uuu. Virgilius in Bucol.

Et fugit ad sali –uu ces, & se cupit ante uideri.

Coxēdix Item Coxendix Coxendicis ––uu. Serenus.

Quae gerit mius

Clausa aries inter geminae coxēdicis –uu umbras

Histrix. &c. Et Histrix Histricis, apud Calphurnium Siculum. Ecloga sexta, ut

Venit & hirsuta spinosior histrice –uu barba.

Naryx autem Narycis –uu à quo Narycius, a, um, quod Despauterius superioribus addit, per y, scribitur apud Stephanum.

Mastix, quoq; Mastichis I breui declinatum, ubiq; à Sereno ponitur, ut

Contritūq; simul cū Mastiche –uu cōfer auersum.
Et: Siue Apiū nepetae tereti cū mastiche –uu iūgat &c. Sed hoc apud Graecos μαστιχη μαστιχης, secunda illorum declinatione declinatur, quam rationem etiam hodie doctiores sequuntur.

Atque haec de obliquis, siue incrementis nominum in x, traduntur, quae omnia si in compendium redegeris, inuenies masculina ferè omnia praeter Spadix & Phoenix, I breue habere, foeminina autem, contra & adiectiua generis omnis, exceptis, Pix, Filix, Larix, Salix, Coxendix & Histrix, eandem producere. Regula.

I ante D, corripitur. Vt Lapis Lapidis uuu Cuspis Cuspidis –uu. Pyxis Pyxidis –uu. Paropsis

psis Paropsidis υ-υυ, & similia. Iuuenalis Satyra secunda:

Turgida non prodest condita in pyxide -υυ.

Lyde, sic enim & Politianus uersum hunc legebat. Martialis libro undecimo:

Sic implet gabatas paro υ-υ- psidasq; υ-υ

Hendecasyllabum est. Sunt autem gabatæ & paropsides catini siue patellæ, quibus in mensam obsonia afferuntur.

Eodem modo & Patronymica se habent, Vt Thebais Thebaidos -υυυ Chryseis, Chryseidos --υυ Persis, Persidis, & similia. Ouidius 1. Metamorph.

Persida -υυ q; & radijs iuga subdita matutinis.

Et diminutiua Græca, quale fuerit Epidipnis, Epidipnidis, quo nomine quandam quasi paruam cœnam significant, quæ post aliam datur, germanice ein schlaftrunck. Vt apud Martialem in eodem Epigrammate:

Hinc feras Epidipnidas υ-υ- parabit &c.

Præterea & propria pleraque, ut Phyllis Phyllidis -υυ. Virgilius in Bucolicis:

Phillida -υυ mitte mihi, meus est natalis Iola.

Paris Paridis υυυ. Ouidius in epist.

Arsurum Pari -υυ dis uates canit Ilion igne &c.

Thetis Thetidis υυυ. Catullus:

Tum Theti -υυ dis Peleus incensus fertur amore.

Baucis

Baucis Baucidis – ◡ ◡ *apud* Ouid. 8. Metamor.

Baucida – ◡◡ *conspexit senior frondere* Philemō.

Et alia item multa.

Excipiuntur tamen Græca quædam acutitona disyllaba, in quibus penultima longa est: & polysyllaba, in quibus pariter penultima & antepenultima breuis. Nā ea in obliquis I, longum habent, ut Crenis Crenidis, *quod exemplum à* Despauterio *allegatur &* Psophis Psophidis *apud* Ouid. 5. Metamorph.

Vtq; sub Orchomenon Psophidaq; –◡◡ Cyllenēq;.

De quibus apud Theodorum, talis extat regula.

Εἰ τὰ εἰς. Is, inq̄t, ὀξύτονα θυλικὰ δισύλλαβα τῶ̃ν κλινόμενα, φύσει μακροκατάληκτα, καὶ μήτε ὑποκοριστικὰ, μήτε κύρια, ἐπὶ μὲν τῆς εὐθείας βραχὺ τὸ I, ἐπὶ δὲ τῆς γενικῆς φύσει μακρὸν, ἔχει οἷον κνημῖδος, κληῖδος, βαλβῖδος, ἀπὸ γὰρ τοῦ βηλοῦ. Et rursum: Τά γε μὴν παραλήγοντα καὶ ἅμα προπαραλήγοντα βραχεία, ἐκτείνεται ἐπὶ τῆς γενικῆς, ὡς τὸ πλοκαμῖδος, ποιηταὶ δὲ κἀν τούτοις βραχὺ τὸ ι φυλάττουσιν ἐπενθέντες τὸ ν, οἷον ποταμηΐδος, παγασηΐδος &c. Exceptis ubique adiectiuis trisyllabis, quæ siue longam, ut idem ait, siue breuem penultimam habent, I breue in obliquis habent, ut Αὐλητρίδος, σπαρτιγίδος. Sed hæc Græcorum magis propria, quàm Latinorum.

Superiorum autem rationem etiam Barbara sequuntur, quæ itidem I, longa plerunque ponuntur, Vt Dauid

Dauidis --υ &c. Iuuencus libro 1.

Nam genitus puer est Dauidis o -υυ rigine clara &c.

I, ante G, in Latinis corripitur. Vt Strix, Strigis, Remex, Remigis. Ouidius 7. Metamorph.

Et Strigis -υυ infames ipsis cum carnibus alas, &c. Manilius libro 5.

Pendebitq; super totum sine remige -υυ Pontum.

At in Graecis I, ante G, uidetur I, longum proprie habere. Vt, Mastix, Mastigis --υ. τέττιξ τέττιγος --υ et similia. Theocritus Idyllio nono:

τέττιξ μὲν τέττιγι φί -υυ λος, μύρμακι δὲ μύρμαξ. Homerus Iliados E.

Ηρη δὲ μάστιγι θο -υυ ῶς ἐπεμαίετ᾽ ἄρ᾽ ἵππους. Et rursum Iliados ρ.

πολλὰ μὲν ἂρ μάστιγι θο -υυ ῆ ἐπεμαίετο θείνων. Vnde & deriuatum Mastigia, quo Plautus subinde utitur, eadem quantitate, ut in Trinummo.

Oculicrepidae υυυ, υυ- cruricrepidae -υ, υυ- ferriterima -υυ, -- stigiae -υ-, Et in Captiuis.

Crucior lapidem υυ-, υυ- non habere -υ-υ me, ut illi ma υυ-, -- stigiae -υυ.

Cerebrum excutiam &c. Trochaici sunt Catalectici Tetrametri. Et rursum in eadem fabula.

Iniicite huic actutum manicas mastigiae --υ--. Senarius est Iambicus.

De peregrinis autem, ut sunt; Biturix, Biturigis. Or

getorix Orgetorigis. Cingentorix, Cingentorigis, exemplum non habeo, nisi quod uideo, similia nomina, quæ à posterioribus scriptoribus per Icus, ferè prolata sunt. I, in penultima longam habere. Vt Alaricus, Gensericus, ut apud Claudianum in 6. Consolat. Honorij.

En Alaricus a –uu it, non qualem nuper ouantem
Vidimus &c. Eadem enim terminatio uetus uidetur apud Germanos & Gallos, fuisse eorum nominum quæ Cæsar in Ix. & quæ posteriores in Icus formarunt. Nam & hodie Saxones proferunt, Friderici, Henrics &c. pro eo, quòd superiores Germani Friderich, Henrich. Latini autē Fridericus, Henricus dicere solent. Sed tamen de his nihil statuere ausim, cum in cæteris peregrinis, ueteres, nunc Latinorum analogam, nunc Græcorum secuti reperiantur, quorum exempla ubiq; conuenit ob oculos ponere, atq; obseruare.

I, ante L, corripitur. Vt, Supellex Supellectilis. Mugil, Muglis. Vigl Viglis, & similia. virgil. 2. Æneid.

Ceduntur uigi –uu les, portisq; patentibus omnes etc.

Sic & Tanaquil Tanaquilis, i, breui, ut Despauterius ex Valla probat. Exemplum in Heroico uersu non inuenies, propterea quod priores duæ ambæ breues sunt. Vt apud Iuuenalem:

Ante tamen de te Tana –uu quil tua &c.

I ante N, in Latinis ferè corripitur. Vt Virginis à Virgo. Cardinis à Cardo. Numinis à Numen. Pectinis à Pecten apud Plautum in Captiuis. Tibicinis à Tibicen.

Corni

Cornicinis à Cornicen. Pollinis à Pollen, uel Pollis. Sanguinis à Sanguis, & id genus alia, quorum exempla ubique obuia sunt.

Græca autem I *ante* N, *in obliquis producũt, ut Delphin, Delphinis, Telchin Telchinis, Trachin Trachinis, Eleusis Eleusinis. Salamis Salaminus, et similia.* Virg.

Orpheus in syluis, inter delphinas A -uu rion.
Ouidius 7. Metamorph.

Phœbeumq́; Rhoden, & Idysios Telchinas - u.
Idem libro 11.

Herculeam Trachina in -uu be, sub imagine regis.
Alcyonen adeam &c. Virgilius 1. Georg.

Tardaq́; Eleusi -- na matris uoluentia plaustra &c. Idem 8. Æneid.

Laomedontiadē Priamũ Salamina pe -uu tentẽ etc.

I *ante* P, *corripitur. Vt Municeps, Municipis. Iuuenalis Satyra 4.*

Vendere Munici - uu pes fracta de merce Siluros.

Sic & Adeps Adipis. Forceps Forcipis. Biceps Bicipitis. Anceps Ancipitis, & similia.

Monosyllaba quoque, ut Ips, & Thrips, & siqua alia huiuscemodi, uidentur I, in obliquis corripere. Id enim & Theodorus uidetur uelle lib. 3. Vbi de nominibus in Is loquens, quæ nominatiuo quidem I, breue habent, in obliquis autem longum, τοὺ ναντίον δὲ, inquit, τὰ εἰς ψ. βραχεῖα γὰρ, ἰπὸς γυπὸς &c. hoc est conuerso modo quæ in ps desinunt, nominatiuo quidem

dem casu I, longum habent, in obliquis autem breue. Nam idē alio loco, de nominatiui terminatione loquens τὰ εἰς ψ λήγοντα μετὰ διχρόνου, μακροκαταληκτεῖ ait, tametsi uulgo cum circumflexo ἶπες & θρῖπες scribantur.

I ante R, corripitur. Vt Gadir Gadiris, loci nomen. Abadir, Abadiris, lapis, quem Saturnus pro Ioue deuorauit. Priscianus.

Excipiuntur, Gliris, à nominatiuo Glis. Vires à uis, ut quibusdam placet. Martialis libro 5.

Somniculosos ille porrigit glires ∪ – – –. Scazon est. Virgilius:

Nate meæ ui – – res, mea magna potentia solus.

I ante T, corripitur. Hospes Hospitis. Miles Militis. Caput Capitis &c. ut

Nulla salus bello, capi – ∪ ∪ ti cane talia demens
Dardanio &c. Æneid. 9.

Excipe, Dis Ditis. Virgilius libro 6. Æneidos.

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Lis Litis. Ouidius 1. Fastorum:

Lite ua – ∪ ∪ cent aures insanaq; protinus absint
Iurgia &c. Et Gentilia, Vt Samnis Samnitis. Quiris Quiritis. *Virgilius libro 7.*

Vna ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites – –.

I ante V consonantē, corripitur. Vt Nix Niuis &c. Ouid. Brachia Sithonia candidiora ni – ∪ ∪ ue. Et Horatius libro 1. Carm.

Iam satis ter -υ-- ris niuis at -υυ- q; diræ
Grandinis misit pater &c.

O in Incremẽtis tertię declinationis.

O *ante* B, *in plerisque corripitur. Vt* Scrobs Scrobis *υυ.* Scobs Scobis *υυ, & si qua similia sunt.* Virgilius 2. Georg.

Terram multo ante memento
Excoquere, & magnos scrobi -υυ bus concidere montes. Horatius:
Vilibus in scopis, in mappis, in scobe -υυ quantus
Consistat sumptus &c.

Excipitur Bobus *- υ pro quo &* Bubus *dixere ueteres, quod ex* Bouibus, *per syncopen factum est.* Horatius in Epodis:

Paterna ru υ-υ- ra bobus ex υ-υ- ercet suis

Senarius est Iambicus. Et Nobis, Vobis, *pronomina, quorum exempla nota sunt.*

O *ante* C, *producitur Vt* Vox Vocis *-υ quod contra primitiui naturam (est enim à uoco factum, ut placet Etymologicis) o, longum habet.* Virg. 1. Æneid.

Ad quem tum Iuno supplex his uocibus -υυ usa est. Sic cætera in Ox, ut Ferox Ferocis *υ-υ* Atrox Atrocis *υ-υ,* Velox Velocis *--υ, & similia, ut*
Velo -- cem interea superis in sedibus Opim
Vnam ex uirginibus &c. Æneid. 11.

Excipiũtur, Præcox Præcocis *-υυ à præcoquo,*

quod originis suæ naturam sequitur. Calphurnius Ecloga secunda:

Et modo cogit

Insita præcoci –uu bus subrepere Persica prunicis &c. Et Afranius citante A. Gellio lib. 12. cap. 11.

Appetis dominatum demens præmature præcocem –uu. Trochaicus est Tetrameter Catalecticus.

Et Gentile, Cappadox Cappadocis. Lucanus lib. 2.

Cappado –uu ces mea signa timent &c.

Celox. *Quibus Despauterius addit Celox Celocis uuu, nauigij genus, quod à celeritate dictum uolunt Grammatici, quod tamen qua ratione faciat, non uideo, quando neque Græcum est, neq; originem aliquam sequi necesse habet, sed per omnia cæteris in Ox, par est. Deinde & exempla quæ à Nonio Marcello afferuntur ex Plauto & ueteribus, qui hac uoce usi sunt, productionem τοῦ. O, magis quàm correptionem probant. Quale est hoc ex Asinaria:*

Vnde sumam –u––, quem interuortam? –––– quò hanc celocem –u–– conferam. Est enim Tetrameter Catalecticus habens sexto loco pedem disyllabum, cuius necesse est priorem esse longam in hoc metro. Nisi quis uelit figura uti in scandēdo, &. QVO HANC, absque elisione proferre. Vbi tamen rursum hoc incommodum incideret. Vt, QVO, quod perinde ut aliæ dictiones in longam uocalem exeuntes, quoties absq; elisione, sequēte H, uel uocali alia efferuntur,

cor-

corripi debebat, quantitatem suam propriam retineret. Item, hoc ex Penulo, Actu 3. Scena 1.

Obsecro hercle ope –υ–υυ ram hanc celocem –υ–– mihi, ne corbi υυ––– tam date. Eiusdem rationis Trochaicus est, quanquam neq; hunc uersum ita scandi posse negem, ut media quae est in Celocē, corripiatur, sed tamen cum minore gratia & sonoritate. Et hoc in Captiuis:

Vidi in publ –––υ ca celoce i' –υ–υ bidem illum adole ––υυ– scentulum. Sic enim apud Noniam legitur, tametsi Plautini codices, pro Ibidem, Ibidemq; uulgo habeāt. Ex quo hoc incommodum incidit, ut, Ibidem, media correpta scandendum sit, quod contra exceptionem Despauterij est, qui, Ibidem, ubiq; longa media I, poni tradit, quod à posterioribus tamen seruatum non uidemus, ut suprà de compositis ostendimus. Iam quod postremum ex Bimargo Varronis (fabulae nomen uidetur esse) idem Nonius affert, si rectè legitur, puta, ut integer uersus sit Phalaecius, dubium amplius non est, quin syllaba media longa CELOCEM υ–υ sit dicendum. is talis est:

Nautae remi –––υ uagam mouent υ–υ– Celocem υ–υ, quem uersum etiam doctißimus uir praeceptor noster P. Melanchthon in Grammaticis suis allegat, cuius equidem sententiam, ut meritò debeo, lubens sequor, praesertim ratione, & tot exemplis quoq; accedentibus. Sed de hoc iam satis.

O ante D, producitur. Vt Custos Custodis --v. Iuuenalis Satyra sexta.

Pone seram, cohibe, sed quis custodiet -vv ipsos
Custo -- des: cauta est, & ab illis incipit uxor.

O ante G, ut in dictione Allobrox Allobrogis corripitur. Iuuenalis Satyra 7.

Rusum qui toties Ciceronē Allobroga -vv dixit.

O ante L, producitur. Vt Sol Solis -v. Nec facile aliud huius simile inuenies. Virgilius 3. Æneidos.

Tres adeò incertos cæca caligine soles --
Erramus pelago &c.

O ante N, in Latinis producitur. Vt Præco Præconis --v. Helluo Helluonis -v-v, Lurco Lurconis, ut apud Lucilium Satyra 5.

Viuite Lurco -- nes, comedones -- uiuite uētres. Sic & Iuno Iunonis --v Dido Didonis --v, & similia propria.

Et uerbalia item. Vt Lectio Lectionis. Factio Factionis, Cantio Cantionis, Lotio Lotionis, & similia, de quorum quantitate dubium non est.

Græcorum autem mira uarietas est. Proinde neq; in uniuersum certum aliquid de ijs præcipi potest. Traduntur tamen generales quædam notiones à Charace et Gaza, Græcis Grammaticis, ex quibus quantum ad nostrum institutum satis uidebitur, huc transferemus, idque eo ordine, ut primo loco, quæ longum O, seruent, postea, quæ idem in breue in obliquis mutent,

quasi

quasi per capita exponamus.

Producuntur itaque principio, quaecunq; declinandi formam mutarunt, & à Graeca ad Latinam transierunt. Vt sunt Dido Didonis – – υ Hero Heronis – – υ, & similia. Nam haec Graece Διδοῦς & Ἡροῦς genitiuos faciunt, in quarto contractorum ordine. At quoties Latinam declinationem assumunt, Latinorum etiam quantitatem sequuntur. Et hoc modo Leo quoque Leonis o, longa facit, cum tamen Graecè per ντ declinetur. λέων λέοντος, quam formam composita eius, ut Demoleon, Homoleon retinuerunt. Nam haec Demoleōtis, & Homoleontis, &c. faciunt. Quae declinationes mutāt

II. Producuntur Patronymica. Vt Pelion Pelionis – – – υ à Peleus. Atrion Atrionis – – – υ ab Atreus. Vranion Vranionis – υυ – υ ab οὐρανὸς, quo nomine Superos plerunque appellat Homerus. Sed haec Graecis familiaria magis sunt, quàm Latinis, quare & à Graecorum poëtis exempla ipsorum petantur. Patronymica.

Excipitur ab Vrbano Cronion Cronionis υ – υυ, à κρόνου, quo nomine Iuppiter significatur, ut Iliad. Ξ.

Ζηνὸς δ᾽ οὐκ ἂν ἔγωγε κρονίονος – υυ ἆσσον ἱκοίμην &c. Sed tamen idem etiam saepius longa O, positum legimus. Vt Iliados Φ.

Ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι Διῒ κρονίωνι μα – υυ χέσθαι. Et Iliados A.

Λισσομένη προσέειπε Δία κρονίωνα ἄ – υυ νακτα. Quare uerius uidetur, ut hoc ad regulam resp

ramus, illud autem figuratè correptum putemus. Nisi *quis cò referendum putet, quòd polysyllaba, quæ in penultima ancipitem ante* On *purum habent, si quidem breuis illa ponitur, per* O *magnum declinentur, sin autem longa, per* O, *breue, de qua re infrà dicetur.*

Diminutiua. III. *Diminutiua*. Vt Morion *Morionis* – ∪ – ∪ à μωρός. Capnion *Capnionis* – ∪ – ∪, à καπνός. Hephæstion *Hephæstionis* – – ∪ – ∪, ab ἥφαιστος, & *similia*. Inter quæ & Bacchon *Bacchonis* – – ∪, à Baccho, & Zenon *Zenonis*, à Ζηνός, *referuntur ab Vrbano*. *Martialis libro* 9.

Democritos, *Zenonas*, in – ∪ ∪ *explicitosq́; Platonas &c.*

Denominatiua. IIII. *Denominatiua, eademq́; masculina, grauitona, ut Gaza addit*. Vt Theon *Theonis*. ∪ – ∪, à θεός. Dion *Dionis* ∪ – ∪ à δῖος &c. Sic Cicero *Ciceronis* ∪ ∪ – ∪ Hiero *Hieronis* ∪ ∪ – ∪. Pluton *Plutonis* – – ∪. Triton *Tritonis* – – ∪ & *similia*. Virg. 5. Æneid.

Trito – – *nesq́; citi, Phorciq́; exercitus omnes.*

Reliquorum exempla facilè occurrent.

Comprehensiua. V. *Comprehensiua, et quasi cõprehensiua, hoc est, quæ comprehensiuorũ formam præ se ferunt*. Vt Elæon *Elæonis* ∪ – – ∪. Platanon *Platanonis* ∪ ∪ – ∪. Daphnon *Daphnonis* – – ∪. *loca consita Oleis, Platanis & Lauris*. Sic Ancon *Anconis* – – ∪. Agon *Agonis*, ∪ – ∪, & *similia*. *Nam et hæc eodem accentu, eademq́; uocali Græcè scribuntur*. *Ouidius* 1. *Fasto*.

Quattuor adde dies ductis ex ordine Nonis
Ianus Agona -- li luce piandus erit &c.

VI. Vrbium atque Locorum nomina. Vt Croton Crotonis u-u, quod tamen & Primitiui ratione producitur. Croton enim, à quo ipsa urbs dicta est, O longum quoque habet, ut Ouidius 15. Metamorph. Locorũ nomina.

Nec pcul hinc tumulũ, sub quo sacrata Crotonis -u
Ossa tegebat humus, iussáq; ibi mœnia terra
Condidit & nomen tumulati traxit in urbem &c.

Sic Babylon Babylonis uu-u, Calydõ Calydonis uu-u Amydon Amydonis uu-u, Sicyon Sicyonis uu-u. Cremyon Cremyonis uu-u, Colophon Colophonis uu-u, Cytheron Cytheronis u--u, Helicõ Heliconis uu-u, Cydon Cydonis --u, Caulõ Caulonis --u, Sidon Sidonis --u. Cuius tamen abstracta tam breui quàm longa o, diuersis locis reperiuntur, ut

Obstupuit primo aspectu Sidonia -uu Dido. 1. Æneidos. Et:

Sidoni -uu am picto chlamydem circundata limbo. Libro 4. Item:

Sidonis -uu in Latia trepidabat naufraga terra. Silius lib. 8. quod figurate et per ἔκτασιν magis quàm ratione, ut & in alijs quibusdam, fieri puto.

Excipiuntur quæ in Don exeunt præcedente u, siue E, longa. Vt Ambedon Ambedonis --uu, Aspledon Aspledonis --uu & similia. Ouid. 13. Metamor.

Nuper in Euboica uersis Ambodone -uu mẽbris etc.

Item hæc acutitonâ, Oloſſon Oloſſonis υ - υυ. Hermeon Hermeonis - - υυ, quæ tamen apud Latinos in nullo uſu ſunt. Lacedæmon autem quia compoſitum eſt, naturam originis ſequitur. Indicat enim Stephanus ἀπὸ τοῦ λαχεῖν καὶ δαίμον@, quaſi λαχεδαίμονα dictum eſſe, quod nomen, ſortientibus inter ſe Heraclidis, is, cui ſors hæc primo obuenit, urbi impoſuerat. Virgilius 1. Æneidos.

Qui deinde ſecutus

Ledæam Hermionen, Lacedæmoni - υ υ osq; Hymenæos.

Cötracta. VII. Contracta, ut Poſidôn Poſidônis υ - - υ Typhon Typhonis υ - υ. Sunt enim hæc ex ποσειδέων, & τυφάων facta, quorum genitiui ſimplices ποσειδέωνος, τυφάονος. Contracti autem ποσειδῶνος τυφῶνος. Sed neque horum uſus apud Latinos frequens aliquis, Ideo rectius ex Græcis diſcuntur.

VIII. Deſinentia in On, purum, quæ in penultima anceipitem uocalem correptam, aut aliâs natura breuem habent. Vt Emathion Emathionis. Virglius lib. 12.

Emathiona Li - υυ ger, Corynæum ſternit Aſylas &c. Sic Amphitryon Amphitryonis. Eetion Eetionis Ouidius 4. Faſtorum:

Et Tenedon ueteres Eeti - υυ onis opes &c.

Sic Phaon Phaonis. Ion Ionis & ſimilia.

Excipiuntur quæ y, in penultima habēt, Acutitona. Ea enim o, corripiunt in obliquis, ut Amphictyon, Amphi-

phictyonis, quod exemplum Gaza allegat, lib. 3. Cui simile hoc Cercyon, Cercyonis, tametsi id acutitonum, ut uulgo quidem scribitur, non sit. Ouid. lib. 7. Meta.

Cercyo – υυ nis uidit lethum Cerealis Eleusis etc.

Illa autem quæ in Oon, exeunt, per nt, plerunq; declinantur, ut Laocoon, Laocoontis, Demophoon, Demophoontis &c. Vt & contracta in Phôn, ut Xenophôn, Xenophôntis, & similia.

IX. Iambica disyllaba, ut Dolon, Dolonis – υ –. Sinon, Sinonis υ – υ, Simon, Simonis υ – υ, Trigon, Trigonis, pilæ species lusoriæ, &c. Virg. 12. Æneid. Iambica.

Antiqui proles bello præclara Dolonis – υ. Idem Aeneidos 2.

Nec si miserum fortuna Sinonem υ – υ.

Finxit, uanum etiam mendacemq; improbat finget, Pythias emuncto lucrata Simone ta – υυ lentũ. Hora. Martialis libro quarto.

Seu lentum ceroma teris, tepidumue Trigona – υ &c. Sic Myron, Myronis υ – υ, Cydon, Cydonis υ – υ, urbs Cretæ, Criton, Critonis υ – υ, Glycon, Glyconis υ – υ. Tryphon, Tryphonis υ – υ Solon, Solonis υ – υ. Conon, Cononis υ – υ, & id genus alia.

Excipitur: Canon canonis υυυ, quod o, breue in obliquis habet. Auson in Grammati. Canon.

Sed si quis felix præter fatum extitit unquam,
Is demum excessit Grammaticos cano – υυ nas.

X. Mobilia, quæ de se fœminina in æna. faciunt, ut Quæ fœ-

minina in ... ena, habent. Lacon, Laconis υ–υ, habet enim fœmininum Lacæna, Statius lib. 6.

Tandem insperatus nuda de plebe Laconum –υ

Prosilit Alcidamas &c. Nisi ea per nt, declinentur, ut δράκων, δράκοντος, δράκαινα. λέων, λέοντος, λέαινα. Quæ tamen ipsa quoq; Latinè per o, longum efferuntur, sed mutata declinatione, ut Draco, draconis. Leo, leonis.

Acutitona pura. Grauitona fœminina. XI. Acutitona pura præcedente, ut plurimum E. breui. Et grauitona fœminina, ut Peteon, Peteônis proprium. Apateon, Apateonis, quod deceptorem significat. Et Mecon, Meconis ––υ, papauer. Hypson, Hypsonis ––υ pro Hypsipyla, ut Gaza autor est, li. 2. quod etiam ad diminutiua pertinet, et si qua similia, quæ quoniam Græcorũ propria sunt, neq; facilè à Latinis usurpantur, nihil opus fuit exempla eorum huc adducere.

Quæ mutam aut semiuocalẽ ante on, habent. XII. Quæ mutam ante O, puram habent, hoc est, nulla alia consonante implicitam, aut semiuocalem aliquam, siue ea simplex, siue geminata fuerit, ut Alcon, Alconis ––υ. Virgil. in Bucolicis.

Si quos aut Phyllidis ignes,

Aut Alconis ha –υυ bes laudes, aut iurgia Codri &c.

Aegon, Aegonis ––υ. Idem.

Non, uerum Ægo –– nis nuper mihi tradidit Aegon. Ladon, Ladonis ––υ. Ouid. 1. Metaph.

Donec arenosi placidum Ladonis ad -uu amnem Venerat &c. Syphon Syphonis --u. Iuuenalis satyra sexta.

Effigiemq; deæ longis syphonibus -uu implent etc. Python, Pythonis --u. Ouid 1. Metam.

Strauimus innumeris tumidum Pythona sa -uu gittis. Chiron, Chironis --u. Idem Metamo. 2.

Eripuit, geminiq; tulit Chironis in antrum. Sciron, Scironis, --u. Idem Meta. 7.

Scopulis nomen Scironis, in -uu hæret. Hammon, Hammonis --u. Virgi. 4. Aeneid.

Hic Hammone sa -uu tus rapta Garamantide nympha: tametsi hoc etiam inter comprehensiua referri posse uidetur. Sason, Sasonis --u. Lucan. lib. 5. Non humilem Sasona ua -uu dis, non littora curuæ Thessaliæ &c. Sic Lampon Lamponis --u, Pelagon Pelagonis uu-u, Marathon, Marathonis uu-u. Telamon, Telamonis uu-u. Causon, Causonis --u, Azon Azonis, --u, & similia.

Ad quorum exemplum & Samson, Samsonis, ponere, ut puto, licebit.

Excipiuntur hinc, primo, in quibus Muta præcedit On, Telegon, Telegonis -uuu. Ouidi. Telegon.

Oedipodas facito, Telego -uu nasque putes. Gorgon, Gorgonis -uu. Idem 5. Metam. Gorgon.

Gorgone -uu bis centum riguerunt corpora uisu.

Pepon, peponis, quo nomine Homerus subinde in ob- Pepon. iur-

iurgationibus utitur, ut Iliad. 2.

Ω πέπο -υυ νες, κακ' ἐλέγχε' ἀχαΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

Sarpedon. Et quæ in Don, exeunt, acutitona, aut alias E, longũ ante Don, habentia, ut Sarpedon, Sarpedonis --υυ. Virgil. 9. Æneid.

Thebana de matre nothum Sarpedonis -υυ alti.

Edon. Quod nomen etiam per nt, ut & alia non pauca huius formæ, declinatum reperitur, & Edon, Edonis, ut quibusdam uidetur. Nam ipse nominatiuum Edon hactenus, quod sciam, non legi, a quo edonius, a, um. Ouidius 2. de Remedio amoris.

Ibat ut Edoni -υυ o referens Trieterico Baccho,

Et Edonis Patronymicum. Lucanus.

Edonis -υυ Ogygio decurrit plena Lyæo.

Et Silius lib. quarto.

Edonis -υυ ut Pangæa super Trieteride mota,

Quod idem & longa O, positum legitur. Ouid. Protinus in syluis matres Edonidas -υυ omnis. Metamorpho. 11. Et propert. lib. 1.

Nec minus aßiduis Edonis -- fessa choreis &c.

Quo pacto & Edonus, absq; i, trisyllabum poni uidetur, ut apud Virgi 12. Æneid.

Ac uelut Edo -- ni Boreæ cum spiritus alto

Insonat Ægeo &c. Quanquam & hoc loco sunt, qui Edonijs legant, quatuor syllabis. De Anthedone autem & similibus suprà dictum est.

Secundo excipiuntur hæc, in quibus semiuocalis præcedit On, ut Iason, Iasonis. Ouidius in epist. Hypsip. — Iason.

Dona feram diuis? uinum quod Iasone -uu perdam.

Æson Æsonis. Idem Metam. 7. — Æsoni

Et casu solito formosior Æsone -uu natus,

Illa luce fuit &c.

Strymon, Strymonis. Virgilius quarto Georg. — Strymon.

Rupe sub aëria deserti ad Strimonis -uu undam.

Hemon, Hemonis, Ouid. 2. Trist.

Hæmona -uu q; & noctes, quæ coiêre, duas. — Hæmon.

Polypemon, Polypemonis. Idem in Ibin.

Vt Scinis & Sciron, & cum polypemone -uu natus &c. Et similia in mon, quæ penultimam per diphthongum æ, uel œ, uel e, longũ, productam habent, aut à uerbis descendũt, ut sunt Palæmon, Palæmonis u-uu. Philemon, Philemonis u-uu. Noëmon, Noëmonis, u-uu. Dæmon, dæmonis -uu, Idmon, Idmonis -uu. Phradmon, Phradmonis -uu, Polypragmon, Polypragmonis uu-uu, & id genus prope infinita.

XIII. Monosyllaba, ut Pron, Pronos -u Clôn, Clonos -u. quorum alterum summitatem montis, alterum summitatem arboris significat. Sed hæc Græcis tantum usurpantur. — Monosyllaba.

Excipitur hinc Chthon, chthonos uu, quod breue o, habet, à quo composita, Enosichthon, Enosichthonis, uu-uu, quod Neptuni epitheton est. Et Melanchthon, Melanchthonis, eiusdem quantitatis. — Chthon.

Cæterum

Cæterum addunt his iam enumeratis, Theodorus, et Charax etiã ea, quæ in αιων, exeunt, ut Aegæon, Aegæonis – – – υ, Athenæon, Athenæonis υ – – – υ, Aeon, Aeonis – – υ, quod seculum significat, & similia. Sed Aegæon, tam breui, quàm longa o, in obliquis reperitur. Statius secundo Achilleid.

Audierat duros laxantem Ægæona – υυ nexus. Ouidius secundo Metamorpho.

Aegæonasu – υυ is immania terga lacertis.

Contra regulã autem faciunt, Actæon, Actæonis – υυ, Pæon, Pæonis – υυ, Mæon, Mæonis – υυ, & similia quædam, de quibus infrà dicetur.

Gentilia. Contrà autem corripiunt o, in obliquis ante N, principio Gentilia, & quæ eadem uoce gentilia de se procreant, ut Macedon, Macedonis: Paphlagon: Paphlagonis: Læstrygon, Læstrygonis: Cicon, Ciconis: Pæon, Pæonis: Sithon, Sithonis: Biston, Bistonis: Amazon, Amazonis: Mæon, Mæonis: Aon, Aonis: Chaon, Chaonis: Anson, Ansonis &c. quorum exempla paßim apud poëtas habentur. Plautus in Milite.

Triginta Sardis, sexaginta Macedones, – υυ, υυ. Senarius est Iambicus.

Fannius in Dionysi.

Paphlago – υυ nes post hos Mariandiniq; sequuntur. Iuuenalis satyra decima quinta.

Fingentem immanes Læstrygonas – υυ & Cyclopas. Ouid. Metam. 11.

Ecce nurus Cico – uu num tectæ, lymphata ferinis
Pectora uelleribus &c. Stati.2.Achil.

Nec me ulla feri Mauortis imago
Præterijt, didici quo Pæones – uu arma rotatu
Quo Magetæ sua gesa citent. Virg. in Bucol.
Sithoni – uu asq; niues, hyemis subeamus aquosæ &c.
Ouidius.

Tuta tamen bello Bistonis – uu ora fuit.
Virg.1. Aeneidos.

Ducit Amazoni – uu dum limacis agmina peltis,
Penthesilea furens &c. Idem lib.1.

Fata canens, ô Mæoni – uu æ delecta iuuentus,
Flos ueterum, uirtusq; uirûm &c. Stat. 1. Achill.

Phocis & Aoni – uu æ iaculis rarescitis umbræ.
Virgilius tertio Æneid.

Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone – uu dixit.
Idem duodecimo Æneid.

Ausonij uidere, tua est Lauinia coniunx. Et quæ similia his. Est enim eadem ratio deriuatorum, atq; primitiuorum.

Et ad hoc exemplum etiam peregrina ponuntur pleraque, ut Teutones, Saxones, Vangiones, Britones, Santones, Senones, Lingones, & similia.
Virgilius septimo Æneid.

Teutoni – uu co ritu soliti torquere cateias.
Claudianus 1. contra Eutropium.

Non longinqua docent, domito quòd Saxone – uu
Tethys.

Mitior

Mitior &c. Idem in Consul. Hon

Maduerunt Saxone -uu fuso.

Orcades &c. Lucan. lib. 1.

Vangio -uu nes, Batauiq; truces, quos ære recuruo,
Stridentes acuêre tubæ.

Iuuenalis Satyra decima quinta.

Qua nec terribiles Cymbri, nec Britones -uu unquam. Quod idem tamen & longa o, positũ reperitur. Martialis libro 11.

Britones.

Quàm ueteres brachæ Britonis -- pauperis, & quàm, &c. Iuuenalis:

Tempora Santoni -uu co uclas adaperto cucullo.

Lucan. lib. 1. etiam Santonus nominatiuo casu dixit, ut

Signa mouet, gaudetq; amoto Santonus hoste &c.

Idem libro eodem.

Nos primi Seno -uu num motus, Cimbrumq; ruentem Vidimus. Idem, eodem.

Pugnaces pictis cohibebant Lingones -uu armis.

Quos iidem Lingonos secunda declinatione Martialis dixit, libro 8. ut

Lingonus è recta, Flaminiaq; uia &c.

Lacon. Excipiuntur, Lacon, Laconis, o, longa, cuius exemplum suprà paulò positum est.

Cydon. Cydon, Cydonis, quod tam pro populo, quàm pro urbe o, longum seruat. Lucan. lib. 7.

Illuc & Libyæ Numidas, & Creta Cydonas -u
Misit &c. Et Statius 7. Thebaid.

Credu

Credas è plebe Cydonum -υ

Parthorumq; fuga totidem exilijsse sagittas. Et: Nasamon Nasamonis. Lucanus libro 9.

Sic cum toto commercia mundo

Naufragijs Nasamones ha -υυ bent &c. Item hæc, Vectones, Vascones, Axones. Idem libro 4.

Vectones. Vascones. Axones.

Vecto -- nesq; leues, profugiq; à gente uetusta

Gallorum celtæ, miscentes numen Iberis &c.

Iuuenalis Satyra 15.

Vasco -- nes, fama est, alimentis talibus usi

Produxere animas &c. Lucanus libro primo.

Et Biturix longisq; leues Axones in -υυ armis.

Sic enim hodie pleriq; legunt, tametsi uetus æditio habeat Saxones per S. Ac fieri sanè potuit, ut eodem nomine diuerso modo usi fuerint Lucanus & Claudianus, utpote diuersis temporibus quibus cum alia multa tum & uerborum pronunciatio subinde mutari solet, præsertim non ita frequentium & usitatorum. Quale hoc haud dubiè Lucani temporibus Romæ tum fuit. Sed tamen de eo nihil temere à me pronunciatum uolo. Nec dubito etiam plura his similia reperiri. Sed hæc nobis in promptu fuere. Cætera si qua erunt, tempus & frequens lectio, cuique pro se suppeditabunt.

II. Corripiunt o, in obliquis omnia uerbalia, & quæ in Mon desinunt, præcedente uocali longa uel diphthongo. Vt Dæmon, Dæmonis -υυ. Philemon, Philemonis υ-υυ & similia, de quibus suprà quoque

Verbalia

dixìmus. Exemplum Dæmonis, habes in uoce Lacedæmonis. Vt:

O utinam tunc cum Lacedæmona –υυ classe petebat &c. Apud Ouidium 1. Episto. Et apud Iuuencum libro primo.

Iamq; hominis stupidum, discusso dæmone –υυ pectus &c. Philemonis autem apud Ouid. 8. Meta.

Frondere Philemona –υυ Baucis,

Baucida conspexit senior frondere Philemon.

Vbi tamen in quibusdam Pylæmon scriptum reperio. Ad quod exemplum & cætera ponuntur.

Comparatiua. III. Comparatiua, & quæ communis generis sunt. Vt, Arion Arionis υ–υυ Βελτίων Βελτίονος. Sophrō Sophronis –υυ. Amymon Amymonis υ–υυ. Et his similia. Homerus Odyß. Λ.

Ηφάτο Σαλμωνῆος ἀμύμονος –υυ ἔκγονος εἶναι. Neque pluribus exemplis opus est. Nam de quantitate horum atque similium dubium non est.

On purū, penultima longa. IIII. Desinentia in On purum, quæ in penultima uocalem ancipitem productam, uel aliâs natura longam habent, Vt Machaon, Machaonis. Homerus Iliados Λ.

Παῦσεν ἀριστεύοντα μαχάονα –υυ ποιμένα λαῶν. Lycaon Lycaonis. Ouidius 2. Metamorph.

Collocat in thalamo, socerumq; Lycaona –υυ sumit. Didymaon Didymaonis. Virg. 5. Aeneid.

Et clypeum efferri iußit Didymaonis –υυ artes. Et quæ similis formæ in Aon desinunt.

Item

Item hæc, Ixion, Ixionis. Idem Aeneidos sexto:

Quid memorē Lapithas, Ixiona –υυ Pirithoūq;.

Amphion Amphionis. Ouidius 6. Metamorph.

Pars ibi de septem genitis Amphione –υυ fortes

Conscendunt in equos &c. Hyperion Hyperionis. Idem Metamorph. quarto:

Dißipat hunc radijs Hyperione –υυ natus, iterq;

Dat tibi &c. Pandion Pandionis. Idem libro 6.

Hic dolor ante diem, longæq; extrema senectæ

Tempora, tartareas Pādiona –υυ misit ad umbras.

Et quæ alia I, lōgum ante On habent. Orion autem tam longum O, in obliquis, quàm breue habet. Virg. lib. 3.

Armatumq; auro circumspicit Ori –– ona.

Ouidius octauo Metamorph.

Aut Helicen iubeo, nitidumq; Orionis –υυ ensem. Quod figurate fieri arbitror, ut & in alijs nonnullis. Huc pertinent, & Actæon Actæonis. Idem libro 3. Metamorph.

Et uelut absentem certatim Actæona –υυ clamant, & quæ suprà posuimus. Pæon Pæonis, Mæon Mæonis, & similia.

V. Fœminina acutitona, aut in Don finientia. Vt, Τρυγὼν Τρυγόνος, turtur, & piscis nomen. Sindon, Sindonis –υυ. Martialis lib. 4. Acutitona fœminina in Don

Ridebis uentos hoc munere tectus & Imbres,

Nec sic in Tyria Sindone –υυ tutus eris, & si qua similia sunt.

Quæ duas consonantes habent ante On.

VI. Quæ duas cõsonantes diuersas ante On habẽt, ut Memnon Memnonis -uu. Ouid in Epicedio Tibulli:

Memnona -uu si mater, mater plorauit Achillem &c. quo pacto & Agamemnon Agamemnonis facit. Migdon Migdonis -uu. Virg. 2. Æneidos:

Iuuenisq; Coroebus

Mygdoni -uu des, illis qui ad Troiam forte diebus Venerat &c. Quod tamen etiam ad gentilia pertinet. Vt & Biston Bistonis -uu, & similia. Lycophron autem Lycophronis u-uu, ex compositione quoque noscitur: Est enim à φρὴν φρενὸς τὸ φρονεῖν. Vnde σώφρων, περίφρων, ἄφρων, & cætera huius formæ deducuntur. Ouidius in Ibin.

Vtq; cothurnatũ periisse Lycophrona -uu narrant &c. Tametsi non ignorem, nomen Sophronij apud Martia. li. 11. eadem O, longa, & prima breui poni. Vt,

Tãta tibi est animi probitas, orisq; So -uu phroni --

Vt mirer fieri te potuisse patrem. Quod equidem, qua ratione ab illo factum sit, et an etiam locus ipse satis integer sit, non facilè dixerim.

Erasiton. Damasitõ

Erisiton quoque & Damasiton, (siue ea Erisichthon & Damasichthon scribenda, utrunque enim scriptum reperio, quanquam equidem priorem scripturam magis probem, præsertim in Erisitone, qui à σιτεῖσθαι, hoc in ædendo non habet) O, in obliquis breue habent. Ouidius 8. Metamorph.

Nec minus Autolyci cõiunx Erisitone -uu nata

Iuris

Iuris habet &c. Idem libro 6.

At non intonsum simplex Damasitona –uu *uulnus*
Afficit &c. *Quæ nomina cò in finem huc distuli, quòd propter diuersam scripturam incertum erat, utrum inter ea, in quibus muta præcedit On, an inter composita à χθὼν χθονὸς, referri magis deberent. Atque hæc de Græcorum quantitate à Gaza & Vrbano siue Charace, traduntur, quibus si quis plura uel meliora reppererit, pro suo iure ac modo in commune afferat, licebit. Nobis satis est uiam aliquam & qualemcunque rationem ostendisse eorum, quæ hactenus à Latinis uel non obseruata, uel negligentia quadam omissa, atque silentio præterita fuere.*

O, *ante* P, *corripitur.* Vt Ops Opis *uu.* Inops, Inopis *uuu.* Virgilius 1. Æneidos.

Grates persoluere dignas
Non opis –uu *est nostræ &c.* Sic & Græca. Vt, Æthiops, Æthiopis. Iuuenal. Satyra 2.

Loripedem rectus derideat, Æthio –uu *pē albus,*
Cecrops Cecropis. Ouidius 2. Metamorph.

Virginibusq; tribus, gemino de Cecrope –uu *natis*
Seruandum dederat &c. Merops Meropis. Idem 1. Metamorph.

Perq; suū. Mero –uu *pisq; caput, thedasq; sororū,*
Dolops Dolopis. Virgilius 2. Aeneidos.

Myrmidonum, Dolo –uu *pumúe, aut duri miles Vlyßi, & similia.*

Excipiuntur primo neutra, dum tamen cõparatiua non sint, (nam ea masculina & fœminina sua sequũtur) Vt, Ebur Eboris, Femur Femoris, Iecur Iecoris, Decus Decoris, & similia. Virgilius 1. Aeneidos:

Quale manus addunt ebo -uu ri decus &c.

Idem Aeneidos 10.

Ocyus ensem

Eripit à femo -uu re, & trepidante feruidus instat. Persius Satyra 1.

Quæ semel intus

Innata est, rupto ieco - u u re exierit caprificus.

Virgilius primo Aeneidos.

Immanesq; columnas

Rupibus excidũt scænis deco -uu ra alta, futuris.

Sic Marmor Marmoris, Æquor Æquoris, Nemus Nemoris, Corpus Corporis etc. quorũ exempla nota sunt.

II. Adiectiua. Vt, Memor Memoris, Immemor Immemoris. Virgilius 6. Aeneidos:

Quiq; sui memo -uu res alios fecere merendo.

Indecor Indecoris. Idem Aeneidos 11.

Non tamen indeco -uu rẽ tua te regna relinquet.

Cuius simplex. Decor, Priscianus ex Næuio poëta citat, hoc uersu:

Magnamq; domum --uu- decoremq; di uu-u- tem uexerant --u-. Senarius est. Et quæ à Corpus ueniunt. Vt, Bicorpor, oris, Tricorpor, oris. Virgilius Aeneidos sexto:

Gorgones, Harpyæq; & forma tricorporis - v u umbræ. Quibus adduntur, Arbor, Arbor is.

Idem eodem libro:

Sedibus optatis gemino super arbore -vu sidunt.

Lepus Leporis. Martialis lib.5.

Si quando lepo -uu rem mittis mihi Gellia ditis

Formosus septem Marce diebus eris &c.

Et uetusta illa in Por, à puer cõposita, ut Publipor, Publiporis: Marcipor, Marciporis, ut author Priscianus est. Nam ipse exempla horum non uidi.

Ador. Ador autem tametsi neutrum ipsum est, & apud posteros indeclinabile mansit, Deriuatum tamen eius Adoreum, O, producit. Vt apud Virgilium Æneidos 7.

Et adorea -uu liba per herbas

Subijciunt epulis &c. Quanquam Priscianus ex uetusto quodam poëta Gannio, ut ipse nominat, etiam à primitiuo Ador, genitiuum Adoris, citat, quem idem poëta nunc breui, nunc longa O, posuit. Vt,

Illam sponte satos Ado - u u ris strauisse maniplos. Et:

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris -v. &c.

Quod ipse fieri putat, propter duas diuersas rationes, quæ in hoc nomine concurrunt, alteram, quia sit neutrum, ob quam corripiendum sit, alteram, quia à uerbo adoro deriuetur, quæ ratio productionem requirat. Sed hæc περιεργότερα.

Græca autem uerbalia, & propria in Or, O, breue in

ue in obliquis habent, ut Hector, Hectoris, Actor, Actoris, Nestor, Nestoris, & similia, ut

Hectoris –uu Andromache, Pyrrhi cõnubia seruas? Æneid. tertio Et

Actoris Aruncispolium &c. Æneid. 12. E

Qui licet eloquio fidum quoq; Nestora uincat. Ouidius decimotertio Metam.

Et quæ N, ante or, habent, ut Alcanor, Alcanoris: Bianor, Bianoris: Pisenor, Pisenoris: Antenor, Antenoris, & similia. Virgl. Æneid. 6.

Pandarus & Bitias Idæo Alcanore Creti &c.

Idem Ecloga nona.

Nanq; sepulchrum

Incipit apparere Bianoris –uu, hic ubi densas &c.

Ouidius duodecimo Metam.

Et saucius armo

Dexteriore Medon, & cum Pisenore –uu caunias &c. Idem 13. Meta.

Et moneo Priamum, Priamoq; Antenora iunctum. & id genus alia.

O, ante S, non reperitur, nisi geminum, ut os, oßis, cuius ablatiuo singulari usus est. Ouidius 5. Meta. ut

Qui postquam cecidit, ferrumq; ex osse re –uu uulsum est.

O, ante T, producitur, ut nepos, nepotis u–u Sacerdos, sacerdotis u––u &c. Virgl. 6. Æneid.

Quiq; sacerdo –– tes casti, dum uita manebat &c.

Talis Amyclæi, domitus pollucis hi – uu benis
Cyllarus &c. quod nomen Plautus in Bacchidi, nomi natiuo casu singulari Polluces, dixit, ut
Castor, Pollu – –, – – ces, Mars, Mercurius, Hercules &c. Senarius est Iambicus.

Cætera autem corripiunt, ut Nux, nucis uu, crux, crucis – u, trux, trucis – u, dux, ducis uu: & cōposita, ut redux, reducis uuu &c. Virg. Ecl. 8.
Sparge marite nu – uu ces, tibi deserit Hesperus Oetā.
Iuuenalis Saty. 6.
Pone cru – uu cem seruo, meruit quo crimine seruus
Supplicium? &c. Lucan. lib. 1.
Vangiones, batauiq; tru – uu ces &c. ut suprà.
Ouidius 13. Metamorph.
Consedere du – uu ces, & uulgi stante corona &c.
Virgilius primo Æneid.
Nanq; tibi redu – uu ces socios classemq; relatam. &c. Quo pacto & Tradux, traducis – uu poni posse puto, quod palmitem significat, qui in alium locum propagando traducitur, tametsi exemplum non habeam.

Superioribus autem annumerat Priscianus, & Volux, uolucis, proprium, quod itidē u, breue habere uult sed tamen exemplum non addit.

V, ante D, producitur, ut Incus, incudis – – u, palus, paludis u – u. Horatius.
Et malè tornatos incudi – – reddere uersus. Virg. Georg. 1. *Notasque paludes – –.*

Deserit

Deserit, atq; altam supra uolat Ardea nubem.

Ad quam rationem & suscudes pertinere arbitror, à quocunq; tandem nominatiuo descendat, tametsi exemplum eius quantitatis non habeam, sed solā analogiam.

Excipitur *pecus, pecudis.* Idem 4. Æneid.

Cum tacet omnis aër, pecu – vu des, pictæq; uolucres.

Huic Despauterius addit & Bogud, Bogudis, V, *breui cuius tamen exemplum alibi non extat.*

V, *ante* G, *producitur, ut frux, frugis –v.* Virgilius *primo Æneid.*

Expediunt fessi rerum, fru –– gesq; receptas.

Cuius nominatiuus apud Ennium *in* Annalibus *habetur, citante* Prisciano:

Si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux.

Excipitur *coniunx, coniugis, quod quidam ob id à uerbo coniugo deriuatum uolunt, & nominatiuo casu coniux absq; n, scribunt.* Virg. 8. Æneid.

Placidumq; petiuit

Coniugis –vv infusus gremio per membra soporē.

V, *ante* L, *corripitur, ut consul, consulis –vv: præsul, præsulis –vv: exul, exulis –vv &c.* Virgilius *septimo Æneid.*

Exuli –vv bus ne datur ducenda Lauina Teucris?

Ad quod exemplum & Suthul, Suthulis: & Muthul, Muthulis, & *similia Barbara poni posse uidentur.*

V, *ante* P, *corripitur, ut auceps, aucupis, estq; ferè unicum hoc, à quo aucupium, eadem quantitate.*

Plautus in Milite.

Videne tu illam ocu ⏑⏑⏑, –⏑⏑ *lis mature* ––, –– *facere, atq; aucupi* ⏑⏑–, –⏑⏑ *auribus &c.*

V, ante R, corripitur, ut sulphur, sulphuris –⏑⏑, *guttur, gutturis* –⏑⏑: *murmur, murmuris* –⏑⏑. *&c. quorum exempla nota sunt.*

Sic & Tibur, Tiburis –⏑⏑. *Iuuenal. Saty. 14.*

Et modo curuæ

Littore Caietæ, summa nunc Tiburis –⏑⏑ *arce etc.*

Et Ligur, siue Ligus (Vtrunq; enim dicitur) Liguris, ⏑⏑⏑. *Virg. Æneid. 11.*

Haud Ligu –⏑⏑ *rum extremus, dũ fallere fata sinebãt.*

Excipiuntur monosyllaba, ut thus, thuris –⏑, *rus: ruris* –⏑: *mus, muris* –⏑: *ius, iuris* –⏑: *crus, cruris* –⏑: *fur, furis* –⏑, *& similia, ut*

Quid domini faciant, audent cum talia fures? ––

In Bucolicis Virgl. Et apud Horat.

Fracto crure pla –⏑⏑ *num licet illi plurima manet lachryma &c. Quibus additur & tellus, telluris,* ––⏑. *Idem Æneidos primo.*

Ac magno telluris a –⏑⏑ *more*

Egreßi optata potiuntur Troës arena &c.

V, ante T, producitur, ut salus, salutis, ⏑–⏑: *Virtus, uirtutis* ––⏑, *ut*

Disce puer uirtutem ex –– *me, uerumq; laborem. Æneidos duodecimo.*

Excipitur intercus, intercutis, quod V, breue retinet,

net, primitiui sui exemplo, ut & Despauterius affirmat, cui equidem in hoc magis accedo, quàm Calepino, qui illud contra deriuationis rationem u, longum habere tradit &c.

Y, in incrementis tert. decli.

Y, ante B, corripitur, Chalybs, chalybis ∪∪∪, & si qua alia. Virg. 1. Georg.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,
At chaly –∪∪ bes nudi ferrum &c.

Y, ante C, corripitur, ut Eryx, Erycis ∪∪∪, Naryx, Narycis -∪∪, loci nomen, à quo Narycius, a, um, ut & Stephanus docet. Virg. 3. Æneid.

Hic & Naryci –∪∪ i posuerunt moenia Locri etc.
Idem primo Æneid.

Siue Ery –∪∪ cis fines, regemq; optatis Acesten.
Sic & quæ per χ, Græcè declinantur, ut Onyx, onychos ∪∪∪, Sardonyx, Sardonychos –∪∪∪.
Martialis, libro quinto.

Sardony –∪∪ chas, Smaragdos, Adamãtas, Iaspidas uno
Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Excipiuntur, Bombyx, bombycis ––∪, quod Y, longum habet. Propertius lib. 2.

Nec si qua Arabio lucet bombyce pu –∪∪ella.
Sandyx, Sandycis ––∪ eiusdem quantitatis.
Idem eodem libro.

Illaq; Plebeio, uel sit Sandycis a –∪∪ mictu &c.
Et Ceryx, Cerycis ––∪, quod & nuncium & caduceatorem

ctatorem significat, & item piscis genus est, apud Ari stotelem, quem buccinam Gaza uertit.

Homerus primo Iliados.

Χαίρετε κήρυ -- κες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν &c.

Bebryx autem, Bebrycis (ita enim à Stephano et alijs scribitur, tametsi Priscianus per I, Latinum scribat) tã longa, quàm breui y, reperitur. Valer. Flac. lib. 2.

Procul effera uirtus

Bebrycis -uu, & Scythici procul inclementia sacri. Silius lib. tertio.

Possessus Baccho saeua Bebrycis in -uu aula &c.

Y, ante D, corripitur, ut Chlamys, chlamydis uuu. Virgilius quarto Æneid.

Sidoniam picto chlamy-uu dem circũdata lũbo.

Pelamys, Pelamidos -uuu &c. Iuuen. Saty. 7.

Siccus Petasunculus, & uas

Pelamy -uu dum, aut ueteres, Aphrorum Epimenida, bulbi. Vbi Epimenida, ut hoc obiter annotem, dixit, quae apud Plinium libro 19. capit. 5, Epimenidia uocantur.

Y, ante G, corripitur, ut Phryx, Phrygis, cuius exempla nota sunt: Iapyx, Iapygis u-uu. Virg. 8. Æn.

Ventis, & Iapyge -uu ferri. Ortyx, Ortygis, -uu, à quo & Ortygia insulae nomen. Idem lib. 3.

Nomen dixere priores

Ortygi -uu am, Alpheũ fama est huc Elidis amnem &c.

Ad quod exemplum & Iazyges, populi nomen ponitur à poëtis, cuius tamen singularem nominatiuum nusquam legi hactenus. Ouid. 2. Tristium.

Iazyges – ∪ ∪ & Colchi, Metereaq; turba Getæq;.

Eodem autem pacto & Oryx, Orygis ∪∪∪, poni posse existimo, quod animalis proprium est, Africani, capræ similis, cuius & Iuuenalis meminit saty 11.

Et Getulus Oryx hebeti lautissima ferro &c.

Nam hoc quoq; per G, declinatur, ut apud Columellã libro decimo. Nec minus Orygum, ceruorumq; gene ♦ & aprorum &c.

Y, ante N, producitur, ut Phorcyn, siue Phorcys, Phorcynis – – ∪. ut apud Hom Odyß 1.

Φορκυ – – νὸς θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος. Et apud Ouidium 4. Metam.

Sternit & imponit Phorcynidos – ∪∪ ora Medusæ.

Y, ante P, corripitur, ut Cinyps, Cinyphis – ∪∪. Fluuij nomen est, unde Cinyphius, a, um, quo adiectiuo Virgilius usus est, in Georgic. ut

Cinyphi – ∪∪ i tondent hirci &c.

Gryps autem Gryphis, y, longã facit, ut apud eundem in Bucolicis:

Iungentur iam Gryphes e – ∪∪ quis &c.

Y, ante R, corripitur, ut Martyr, martyris, quod Græcè etiam μάρτυς, μάρτυος, declinatur, ut ὁ κωμικὸς μάρτυς, apud Ciceronem.

Pru-

Prudentius περὶ στεφάνων,

Scripta sunt cœlo duorum

Martyrum uo –υ–υ cabula –υυ. Dimeter est Trochaicus Catalecticus. Atq; hactenus de Analogia, quæ in coniugationibus & declinationib. cõsistit.

De Analogia terminationum.

¶ Tertiam Analogiæ obseruationem, in terminatione uersari diximus. Hæc ad deriuata propriè pertinet. Habent enim ea certam quandam inter se similitudinem, atq; proportionem, qua aliæ ad aliarum terminationem atq; exemplum dijudicari possunt, quæ in penultimis et antepenultimis syllabis potißimum spectatur, ut quia uinosus o, longa dici audio, annosus quoq; & saxosus & cauernosus, & similia eadem quantitate profero. Rursum quia amabilis, penultima quidem breui, antepenultima autem producta effertur, iam & mirabilis, & superabilis, quæ cætera eiusdem formæ sunt, eodem modo pronuncio. Nã in talibus unius alicuius ratione perspecta & cognita, cætera quoq; eiusdem desinentiæ ac formæ ad idem exemplum referuntur. Habent autem hanc inter se Analogiam non nominum terminationes solum, sed & uerborum, & participiorum, & aduerbiorum quædam. Sed tamen earum, quæ nominum sunt, lõgè maxima uarietas atq; copia est. Sunt enim aliæ patronymicorum terminationes propriæ, aliæ poßeßiuo

rum atq; gentilium, aliæ comparatiuorum, & superlatiuorum, aliæ diminutiuorum, aliæ uerbaliū, aliæ denominatiuorum. Quarū omnium cōuenientiam, & ut ita dicam, parilitatem, si quis diligenter animaduerterit, is bonam partem syllabarum, quasi lucro apponet. Nam multas, ad unius uerbi collationem per se ipse, ac primo statim intuitu æstimabit, quæ aliàs longa uel regularum, uel exemplorum inuestigatione perquirenda forent, plerasque item ad etymologiam reuocare, & origines uocum, unde quæq; nascantur, accuratius intueri consuescet. Quare ut ad rem ueniamus, principio quidem patronymicorum, mox cōparatiuorum quoq; & superlatiuorum, atq; inde diminutiuorum terminationes seorsim trademus. Sunt enim magis certæ hæ, & quodam modo à cæteris separatæ. Possessiuorum autem, atq; gentilium; deinde uerbalium & denominatiuorum, quia pleræq; ita inter se cognatæ ac similes sunt, ut nisi signi ficatione discerni non possint, sub uno atque communi nomine persequemur. Nam quum de quantitatibus tantum hoc loco agamus, non etiam de significationum proprietate, atque discrimine, parum referre arbitror, utrum pro possessiuo, an denominatiuo uerbum aliquod sumatur, dum, quod ad syllabarum rationem & analogiam pertinet, quale sit, intelligatur. Deinde & dubietatis nonnihil discentibus allaturum erat, si eadem terminatio, sub alijs atque alijs speciebus subinde repeteretur &c.

De

De patronymicorum terminationibus.

Ac patronymicorum quidem terminationes, quibus Latini utuntur, quatuor sunt: DES, IS, AS, NE, *ut Priamides, Nereis, Ilias, Adrastine. Quibus Graeci et* ON, *addunt, ut Atreon, Peleon, &* IVS; *ut Hyrradius, Hyrrae filius, Pittacus, quae tamen Æolicorum, ut Priscianus ait, propria est. Quanquam Seruius & Virgilium eadem usum esse uult, ubi Timoeten Icetaonium, pro Icetaonis filium, ut ipse ait, appellat lib. Æneid. 10. Versus ipse sic habet:*

Iasius Imbrasides, Icetaoniusque Timoetes &c.

Quod igitur ad reliquas attinet, quae in AS, IS, VS, *&* ON, *terminantur, de illis amplius aliquid hoc loco praecipi necesse non est, propterea quòd in penultimis uocalem aliam ante aliam positam, aut etiam diphthongum habent. Quae uero in* DES, *aut* NE, *exeunt, eorum penultimae ex his regulis cognoscuntur:*

I. In DES, *patronymica, quae* A, *in penultima habent, eandem corripiunt, à quacunque declinatione formentur, ut Æneades, Hippotades, Thestiades, Atlantiades, & id genus alia, ut*

Ænea –υυ das duros, & nobile Pallanteum.
Virg. Æneid. 7. Et

Clauserat Hippota –υυ des aeterno carcere uentos &c. Ouidius Metam. 4. Et

Et duo Thestia -uu dæ, & proles Aphareia Lynceus. Idem Metamor.8. Et

Venit Atlantia-uu des positis caducifer alis.

Idem Metamor.7.

Ad quam formam Virgilius & Scipiadas posuit, ut Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar &c.

Georgicorum lib.2.

II. Quæ uerò I, in penultima habent, si quidem id simplex fuerit, corripiunt, ut Æolides, Priamides, Thestorides & similia, ut

Misenum Æoli-uu dem, quo non præstantior alter &c. Æneid. sexto. Et

Priami-uu den Helenum, Graias regnare per urbes. Æneid.3. Item

At ueri prouidus augur

Thestori-uu des, uincemus ait, gaudete Pelasgi.

Ouidius 12. Metam. Sin autem ex contractione factum, idē illud producũt, ut Oenides, Pelides, Neoclides &c. ut: At manus Oeni -- dæ uariat, missisq; duabus

Hasta prior &c. Ouid.8. Meta. Et

Inter Peli -- den festinat, & inter Atriden.

Horat. Epist.2. lib.1. Et

Arma Neocli -- des, qui persica contudit armis.

Ouidius libro primo de Pont. Eleg 4. Nam hæc et similia Græcè per ει, diphthongum Οἰνείδης, Πηλείδης, Νεοκλείδης &c. scribuntur, contractis, uidelicet E, quod in penultima genitiui, uel datiui primitiui fuit, et

uo

uocali characteristica terminationis. Sunt autem talia pleraq;, quæ à proprijs in ευς, & ης, quintæ declinationis Græcorum, formantur, ut Oenides, ab Οἰνεύς, Οἰνέος: Pelides, à Πηλεύς. έος. Neoclides, à Νεοκλῆς. έος &c. Quare Virgilius cum Æneides, ab Ænea, dixit, poëtica autoritate magis usus est, ut Priscianus inquit, quàm regula. Versus est Æneid. 9.

Sit satis Æne — de telis impune Numanum
Oppreßisse tuis &c.

Apud Græcos aũt, etiam in οίδης, per οι, diphthongũ Patronymica inuenias, puta à nominibus in ους, ex οος, contractis, & à fœmininis in ώ, ut πανθοίδης, à Panthûs: λητοίδης, à λητώ. Sed hæc Latinè per oï, duas syllabas ferè efferuntur, ut Panthoïdes, Latoïdes &c.

Patronymicorum exempla, & cætera in DES, propria ferè sequũtur, ut Thucidides, Thimarchides, Charmides, Euripides. Aristoph. in Thesmophoriaz.

Εἶτ' ἐς' ἔτι — – υ – ζῶν, εἶτ' ἀπόλω — – υυ – λ' Ευριπίδης — – υ –.

Et rursum in eadem fabula.

Καὶ χρήματί — – υ – ζειν πρῶτα περὶ — – υυ Ευριπίδου — – υ –.

Quæ exempla eò hic addidi, quod sciam à quibusdam produci hoc nomen.

Reperiuntur tamen huius formæ quædam, quæ à cõmuni Analogia deflectunt, ut Demades, quod Priscianus pro Demeades, à Demea per contractionem fa-

ctum, a, longum habere dicit. Item Ageladès, statuarij nomen apud Columellam lib. 10. ut

Nec Polycleta, nec Phragmonis, aut Ageladæ --
Arte laboretur &c.

Et posides, apud Iuuenalem saty. 14.

Vt spado uincebat capitolia nostra Posides --.

Et quæ à nominatiuis in Ys, ut quidem apparet, simplicibus formata contra regulam I, producunt, ut Belides à Belus. Apud Virgilium 2. Æneid.

Beli -- dæ nomen Palamedis, & inclyta fama.

Et Lycurgides, à Lycurgus, apud Ouid. in Ibin.

Quique Lycurgi --, dem lætauit, & arbore natum,
Idmonáq; audacem, te quoq; rumpat aper.

Et quæ Priscianus addit, Codrides, à Codrus, & Lagodes, à Lagus, quorum tamen exempla neq; ipse citat. Nam Euerides, ab Εὐήρης, quo nomine pater Tiresiæ dictus fuit, & Lycomedides, à Lycomedes: quæ ab eodem adduntur, ex Analogia producuntur, quoniam & ipsa primæ formæ contractorum apud Græcos sunt. Ac Lycomedidis quidem exemplum non habeo. Euerides autem apud Callimachum in Lutris legitur, ut

Τίς σε τὸν ὀφθαλμὼς οὐκ ἔτ᾽ ἀποισόμενον
Ω Ευηρει -- δα χαλεπὴν ὁδὸν ἄγαγε
Δαίμων &cæt.

Quibus fortaßis etiam plura similia reperientur, sed nos communiora tantum persequimur.

III. In NE, patronymica omnia penultimam producunt, siue uocalis I, siue O, ipsum NE, præcesserit, ut Neptunine, Nonacrine, Acrisione &c.

Catullus in Argonaut:

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine – –,

Ouidius primo Metamorph.

Inter Hamadryades celeberrima Nonacrinas – –,

Virgilius septimo Æneid.

Quam dicitur urbem
Acrisione – – *is Danaë fundasse colonis.*

Nam Ilione, apud Virgilium o, breui, proprium est, non patronymicum, ut & alia pleraque, ut Pleione, Hesione, Chione, Alcyone, & similia.

De Comparatiuis & Superlatiuis.

Comparatiuorum terminationes, communes quidem & Analogicæ, ex regula de uocalibus cognoscuntur, ut doctior, doctius: prudentior, prudentius &c. Minor autem & minus, quod solum habet consonantem in penultima, I, breui ponitur, ut

Non minor – υυ *est uirtus, quàm quærere, parta tueri* &c. Ouid. Et

Qui non est hodie, cras minus – υυ *aptus erit.*

Idem. Nam plus neutrum, monosyllabum est, cuius obliqui ex declinationis Analogia manifesta sunt.

Superlatiua autem, quæcunq; in penultima I, habẽt, eandem corripiunt, ut Doctißimus, tenerrimus, plurimus, minimus, infimus &c. Quorum exempla ita communia & ubiq; obuia sunt, ut superuacaneum sit, ulla illorum citari.

Notatur tamen primus, à pridem, quod I, lõgum retinet ut: Prima Ce - uu res ferro mortales uertere terram. Instituit. Primo Georgic.

At quæ pro I, uocalem E, habent, penultimam producunt, ut supremus, extremus, ut

Namq; ut supre - - mam falsa inter gaudia noctem Ægerimus nosti &c. Æneid. sexto. Et

Extre - - mum hunc Arethusa mihi concede laborem. In Bucolicis &c.

Summus etiam positione, ut plerunque scribitur. V, longum habet, ut

Hi sum - - mo in fluctu pendent &c. Virgilius primo Æneidos.

De Diminutiuis.

Diminutiuorum quoq; penultimæ, maxima ex parte regulis superioribus de positione, & uocalibus ante uocales cognoscuntur, ut catellus, lapillus, quasillus, pexillus, Parasitaster, equuleus, aculeus, senecio & similia. Quare neq; de his magnopere hic laborandum. Sed tamen, quia pleraq; in Lus, la, lum finientia, L, purum habent, & quæ in Culus, a, um, desinunt, etiam antepenultimas

ultimas syllabas inter se similes habent, de ijs quoque nonnihil adijciendum uidetur.

Proinde quæ in Lus, La, aut Lum desinunt, siquidem id purum habebunt, præcedente V, uel Q, penultimam corripiunt. Vt, Vetulus, Paruulus. Iuuenalis Satyra decimatertia:

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si iuuenis uetu -υυ lo non assurrexerat, & si &c.

Terentius in Eunucho:

Potest tace υ-υ- ri hoc. Ibi tum ma -υυ, -- tri paruulam --, υυ &c. Sic & Virgula, Pupula, Paululum, Capitulum, & similia. Item Vrceolus, Vnciola, Araneolus, Pecuniola, Laureolum, Aquariolū, & id genus alia. Iuuenalis Satyra 3.

Lectus erat codro Procula minor urceo. - υ υ li fex. Idem Satyra prima:

Vncio -υυ lā Proculeius habet, sed Gillo deuncem.

Quæ uerò in Culus, a, um, desinunt, siquidem id purum fuerit, et ante se uocalem E, habuerit, penultimam quidem syllabam corripiunt, antepenultimam autem producunt. Vt, Vulpecula, Diecula. Horatius Episto.

Forte per angustam tenuis uulpecula - υ υ rimā
Repserat &c. Terentius Andria:

Ehò tu impudens υυ-, υ- non satis habes -υυ, υ- quod tibi die -υυ, υ- culam addo υ--. Tetrameter Catalecticus est. Quo pacto etiam Recula et Specula, à Res & Spes ponantur. At quæ in eadem un-

tepenultima ante C, aliam, quàm quæ suprà dicta est, uocalem habuerint, dummodo ea ex declinatione, uel deriuatione longa non fuerit, tam antepenultimam sylla bam, quàm penultimam corripiunt. Vt, Articulus, Fasciculus, Coticulus, Auricula, Anicula, Sucula &c. Terentius Phormione;

Neque intus, neque uu–, –uu, cognatus ex ––, u– tra unam aniculam –uu, uu. Plautus in Rudente;

Et sucula, Quin –uu, –– tui diere –u–– Ita eum sucula, & ––uu– porculis. Trochaicus est Catalecticus. Sic Geniculum à Genu. Corniculũ à Cornu. Foculus à Focus. Facula à Fax & similia.

Ex declinatione autem uel deriuatione uocalem longam habent, quorum primitiua eandem uocalem, uel in obliquis, uel aliâs longam quoque habent. Vt Audax, Audacis, Audaculus. Bibax, Bibacis, Bibaculus. Cornix, Cornicis, Cornicula. Radix, Radicis, Radicula. Fex, Fecis, Fecula. Vox, Vocis, Vocula. Bos, & antique Bus, Bucula. Virgilius 1. Georg.

Aëriæ fugere graues, aut bucula –uu cœlum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras.

Lectica, Lecticula. Martialis libro 9.

Dat tibi securos uilis lecticula –uu somnos &c.

Et quæ huius generis sunt reliqua, quorum quantitas, ex declinationis, & casuum analogia maxima ex parte cognoscitur.

Exci-

Excipiuntur à regula Cuticula à Cutis, ut apud Iuuenalem:

Cum bibet æstiuum contracta cuticula – υ υ *solem.* Quod Priscianus metri necessitate productum ait, eo quòd quatuor continuæ breues in uersu hoc poni non poterant. Sed tamen pace tanti uiri, non cuticula modò, sed & alia pleraque huius formæ, à primitiuis in is fœmininis, quorum nominatiui & genitiui similes, i, longa, nulla interdum metri necessitate cogente, posita reperiuntur. Ceu sunt quæ sequuntur.

Craticula à Cratis. Martialis in Apophoretis:
Parua tibi incurua craticula – υ υ. *sudet ofella.*

Canicula à Canis. Persius:
Sed quid agas? siccas insana canicula – υ υ *messes.*
Iamdudum coquit &c.

Clauicula à Clauis. Germanicus in Arato:
Qualis ferratos subicit clauicula – υ υ *dentes.*

Febricula à Febris. Vnde febriculosus. Catullus:
Verum nesci – – – υ *o quid febri* υ – υ – *culosi*
Scorti diligis hoc pudet fateri.

Siticula à Sitis, à quo Siticulosus. Horat. in Epodis:
Siticulo υ – υ – *sæ Apuliæ.* Dimeter est Iambicus. & author Priapeiorum:
Non sturnus mihi gracculúsue raptor,
Aut cornix anus, aut aquosus anser,
Aut coruus ua – – – υ *cuit siti* υ – υ – *culosus &c.*

Viticula à Vitis. Virgilius in Ciri (si modo Virgilij ista sunt)

Dulci namque tumet nondum uiticula -uu Baccho &c. Quibus similia sunt & hæc masculina, Somniculus à Somnus. Vnde Somniculosus. Vt,

Somniculo --u- sos ille porrigit glires. Scazon est apud Martialem libro 3. Et Pediculus, à pes pedis, propter pedum multitudinẽ, opinor, dictus, à quo Pediculosus. Vt apud eundem poëtam lib. 12.

Hinc instat tibi textor, inde fullo.

Hinc sutor modo pelle basiata,

Hinc menti do ---u minus pedi u-u- culosus &c. Etiam à Teges sunt, qui Tegeticula I, longa, apud eundem Martialem legunt, lib. 9. ad Condilum.

Dat tibi securos uilis Tegeticula -uu somnos

Peruigil in pluma, Caius ecce iacet &c. Pro quo tamen alij Lecticula scribunt, quod nos suprà citauimus quoque. Neque dubito etiam plura his inueniri, sed hæc notißima sunt, & in communi apud Grammaticos obseruatione.

Porrò corripiunt antepenultimam & illa, quæ in LEVS exeunt. Vt, Aculeus, ab Acu. Equuleus ab Equus, Manuleus à Manus, Vnde & Manuleatus. Hinnuleus ab Hinnus, & si qua alia huius formæ. Vt,

Vitas hinnu ---u leo me si u--u milis Chloë u-u- &c. Trimeter Asclepiadæus est, apud Horatium lib. 1. Carm. Ode 23.

Item

Item Senecio, ex ijs quæ in Cio desinunt, puta, quòd olim Senex, huius Senecis quoque declinabatur. Exemplũ eius est in uersu Afranij, quẽ Priscianus citat:

Tu Senecio -vv, u- nem hunc satis est, si seruas anus. Est enim Trimeter Iambicus, habens à principio Dactylum pedem.

Est autem animaduertendum hoc loco, ne terminationum similitudine decipiamur, & quæ uel primitiua sunt, uel à uerbis, aut aliunde formantur, pro diminatiuis accipiamus. Vt sunt, Cuniculus, Saticulus & Equicolus, populorum nomina. Amiculum, Periculum, Friuolum, Tribulum, Fabula, Tabula, & similia, de quibus infrà uidendum.

De possessiuis, Verbalibus, & Denominatiuis.

Possessiuorum, gentilium, Verbalium & Denominatiuorum terminationes, promiscuè & sub uno lemmate, siue titulo, tractandas putauimus, quod ut suprà quoque monuimus, multa sæpe & à uerbis, & à nominibus deriuata, multa item, quorum alia possessionem alia gentem, alia materiam, alia habitum significant, sub eandem terminationem cadunt, quorum inuestigatio, si unumquodque ex sua, ac propria specie petendum foret, difficilior paulò, præsertim pueris & adhuc rudibus futura erat. Proinde nequid huius fieret, aut mora aliqua discentibus inijceretur, uno & quasi communi hoc

loco

loco, summatim omnes omnium illarum specierũ terminationes cõprehendere statuimus. Quæ quia propè infinitæ sunt, eo in his recensendis ordine utemur, ut principio quæ ex superioribus regulis de positione uidelicet et uocalibus ante uocales cognosci possunt, hic relinquamus. Ex cæteris autem, quæ in uocales exeunt, primo loco: quæ uerò in consonantes, deinceps persequamur. Eo tamẽ interim obseruato quoq;, ut quæ mobilia sunt, illorum unumquodq; sub suam primam positionem, hoc est, sub masculinam terminationem referamus.

A.

Est igitur prima substantiuorum terminatio, eadẽq; ferè præcipua in A, *ante quod alia quidem* I, *breue; alia,* C, *alia* L, *alia* N, *alia* R. *Græca autem uerbalia etiam* M *et* T, *habẽt.* Vt, *Stultia, Acrimonia, Sutela, Tõstrina, Natura, Poëma, Poëta, & similia, de quib. ordine agemus.*

In ia desinentia, quæ supra genitiuum primitiui, duabus syllabis excrescunt, tam antepenultimam syllabam, quàm penultimam corripiunt. Vt, *Amicus, Amici, Amicitia. Pudicus, Pudici, Pudicitia. Iustus, Iusti, Iustitia, & similia, siue ea à secunda, siue tertia declinatione formentur.* Vt,

Illud amiciti – υυ æ sanctum & uenerabile nomen. *Ouidius libro primo Tristium.* Et:

Lis est cum forma magna pudicitiæ. Apud *eundem.* Et:

Iustiti – υυ æ ne prius mirer, belli ne laborum.

Virg.

Virgilius Vndecimo Aeneidos. Sic & Nequitia, à Nequam indeclinabile. Vt,

Nequiti – u u a est, quæ te non sinit esse senem.

Ouidius.

Cætera quæ in Ia, exeunt, siue C, siue T, siue etiam alia quæcunque consonante præcedente, ex deriuatione, uel declinatione cognoscuntur. Vt, Græcia, à Græcus. Hispania, ab Hispanus. Inuidia, ab Inuidus. Iniuria, ab Iniurius. Ignauia, ab Ignauus. Miseria, à Miseri. Audacia, ab Audacis. Contumacia, à Contumacis. Inscitia, ab Inscitus, Peritia, à Peritus, & id genus alia.

Quo pacto & Græca iudicanda erunt. Vt, Ecclesia, ab ἐκκλησις. Sophia, à σοφὸς. Bœotia, à βοιωτός. Asotia, ab ἄσωτος, & id genus alia.

De proprijs autem in Ia, quoniam ea ferè à masculinis in IVS proficiscuntur, ut & de cæteris mobilibus, & mobilium formam habentibus, infrà sub masculinorum terminationibus dicetur.

At quæ in Monia exeunt, siue ea à uerbis, siue à nominibus fiant suprà O, quod in antepenultima longum habent, etiam eam syllabam, quæ antepenultimam præcedit, ex analogia communiter corripiunt. Vt, Acrimonia, Sanctimonia, Parsimonia, Querimonia, & similia. Horatius in arte: Monia.

Versibus impariter iunctis queri – u u monia
– u u primum &c.

In Ca.

Aca. Ica. Vca.

In Ca, substantiua, præcedente A, I, uel V, pleraque tam primitiua, quàm deriuata penultimam producunt. Vt Cloaca, Portulaca, Rubrica, Vesica, Festuca, Sambuca &c. Iuuenalis Satyra quinta:

Vernula riparum pinguis torrente cloaca – –.

Author Carminis de Herbis:

Andrachne Græce quæ Portulaca La – u u tine
Dicitur &c. Tametsi fortasse authoritas huius apud plerosq; leuior uideatur. Persius Satyra 5.

Excepto Masuri siquid rubrica no – u u tauit.

Iuuenalis Satyra prima:

Nunc uia processus uetulæ uessica be – u u ata.

Persius Satyra eadem:

Non in fistu – – ca lictor quam iactat ineptus.

Et in eadem rursus:

Sambu – – cam citius caloni aptaueris alto &c.

Quo pacto & Formica, Lectica, Vrtica, Vstica, mons in Sabinis, apud Hora. Nasica proprium, apud eundem in Satyr. Marica, nymphæ nomen. Aen. 7.

Myrica, Carruca, Lactuca, Fistuca, & similia ponuntur, quorum omnium exempla diligens lector per se facile obseruabit. Longũ enim foret singula hic recensere.

Excipiuntur. Vtica proprium loci. Hora. Epist. 20

Aut fugies Vti – u u cam, aut unctus mitteris Ilerdam.

Fabrica, quod ut uerbum Fabrico quoque, I, breue habet. Terentius Adelph.

Est pistrilla, & exaduersum est fabrica, ibi est, quid uuu, –u ibi facit? Trochaicus Tetrameter Catalecticus est. Et Ouidius 13. Metamorph.

Miserat hunc illi Therses, fabri –uu cauerat Alcon &c.

Pertica. Ouidius 3. Fastorum:

Pertica –uu suspensos portabat longa maniplos.

Scutica. Persius Satyra quinta:

Atque hic, quem ad strigiles scuti –uu ca & metus aegit herilis &c.

Et Mantica. Idem Satyra quarta.

Sed praecedenti spectatur mantica –uu tergo.

Collega quoque, quod G, ante A, habet, penultimam producit. Horatius Epistola ultima libro primo. GA.

Colle –– gam lepidus, quo duxit Lollius anno.

Vt & Auriga, & siqua alia eius formae. Ouidius sexto Fastorum:

Corpus ut aspexit lachrymis auriga pro –uu fusis
Restitit &c. Nam de Biga & quadriga, suprà dictum. Et Caliga, quod penultimam corripit, ut apud Iuuenalem Satyra tertia:

Veniā cali –uu gatus in agros, primitiuū uidetur.

In La deriuata, praecedente E, penultimam longam habent. Vt, Sutela, Tutela, Suadela, Querela, Candela, & similia. Horatius epistola 12. LA.

Tolle que –uu relas
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.

Iuuenalis Satyra 3.

Me quem Luna solet deducere, uel breue lumen
Cande -- læ, cuius dispenso & tempero filū &c.

Formantur autem pleraq; à uerbis secundæ coniugationis, quare & quantitatem illorum sequuntur.

In LA, præcedente V, tam primitiua quàm deriuata corripiunt penultimam. Vt, Assula, Papula, Matula, &c. Plautus in Mostellaria:

Iā Hercle ego uos pro -υυ, -- matula habebo υυυ--
nisi mihi matu υυυ, -υυ lam datis. Troch. Tetra. est.

Et quæ O, ante L, habent. Mateola, Araneola et similia, quæ ad diminutiuorum formam pertinent.

At quæ in CVLA desinunt, præcedente, A, perinde ut cætera eiusdem formæ uerbalia, penultimam corripiunt, antepenultimam autē producunt. Vt Nouacula, quanquam hoc ipsum quoq; uelint, uerbale esse etymologici, à Nouo, as, are, uidelicet, quod noua subinde fieri uideantur, quæ nouacula raduntur. Hanc rationem & Fabula, & similia à uerbis deriuata sequuntur. Horatius in epistola 2.

Fabula -υυ qua propter Paridis narratur amorē &c. De Rabula exemplum non habeo, sed tamen & hoc, sunt qui à uerbo Rado deductum existiment, & quasi Radula, à radendis auribus dictum.

MA. In Ma, deriuata, Græca, quæ à uerbis præteriti temporis passiui formantur, cuius etiam quantitatem seruant, penultimam producunt, siue illam in A, siue in

E, siue

E, siue etiam in O, habuerint. Vt Drama, Nama, Poëma, Noëma, Perizoma, Axioma &c. quod ultimum tamen Martianus Capella libro 4. præter rationem O, breui posuit, hoc Pentametro:

Aduenit, & scholicum præstruit Axio –υυ ma.

Sed de his suprà quoque diximus.

Excipiuntur autem pauca quædam, quæ uocalem in penultima, ex cõiugatione breuem habent. Vt Thema à τέθεμαι, nam id proprium ac regulare præteritum à τίθεμαι est. Licet usus Bœoticum τέθειμαι pro illo receperit. Tametsi rursum sint qui hoc quoq; E, longa posuerint, siue cæterorum analogia, siue etiam præteriti eius, quod in usu mansit, quantitate adducti. Vt sunt, quos Despauterius citat, Arator lib. 2.

Dat & Actio Pauli

Ad uitam præcepta piam, sic themate –υυ iuncto &c. Et author argumentorum in Statium:

Themate –υυ proposito narrat Thetis alma rapinam. Sed tamen illorum authoritas tanta non est, ut in exemplum trahenda sit.

Doma pro dono, à δέδομαι, quo tamen Græci tantũ utuntur. Nam pro domo, ω longum habet, ut in illo:

ὅς ὑπέρτατα δώματα ναίει &c.

Clima, à κέκλιμαι. Κρίμα, à κέκριμαι, & similia à Verbis in νω, quintæ coniugationis, uenientia. Vt Theodorus docet libro tertio. Quare siqua horum alicubi producta inueniantur, poëtica magis licentia,

quam ratione producta existimemus.

In NA, siue à uerbis, siue à nominibus ueniant, omnimodo, ut inquit Priscianus, longam habẽt penultimam, uel natura, uel positione: natura, ut Medicina, Tonstrina: positione, ut Lucerna, Laterna &c. Sed quia terminatio hæc uaria ac multiplex est, & per omnes uocales uagatur, secundum ordinem, de singulis uocalibus in penultima positis dicemus.

ANA. In NA, igitur, in quibus A præcedit A, deriuata Latina producuntur. Vt, Membrana. Persius Satyra 3.

Iam liber, & bicolor positis membrana ca –uu pillis. Quam rationem & propria sequi uolunt. Vt, Diana. Virgilius Aeneidos primo:

Qualis in Eurotæ ripis, aut per Iuga Cinthi
Exercet Diana cho –uu ros &c.

Exceptis, Sequana, quod fluuij nomen est, à quo & Sequanus, a, um. & Sequanicus. Lucanus libro 1.

Optima gens flexis in gyrum Sequana –uu frenis.

Susana oppidi nomen. Silius libro 3.

At non Sarmaticos attollens Susana –uu muros.

Imitantur enim hæc Græcorum naturam, quæ plerunque A, sequente N, corripiunt. Vt, Catana, Ecbatana, quod tamen plurali numero tantum dicitur, & ad terminationem VM, propriè pertinet. Cuius exemplum apud Aristophanem est in Acharnensib.

Σίγα βαβαιάξ ὠκβάτανα ––uu τοῦ χύματος. Senarius est Iambici puri.

Simpli

Simplicia autem corripiunt A. Vt, Sagana, quod idẽ quod Saga significat, ut Priscianus author est, et si qua sunt similia. Horatius Satyra 8.

Canidiæ dentes, altum Saga – υ υ næ caliendrum.

In NA, præcedente E, tam primitiua, quàm deriuata, penultimam producũt. Vt, Cantillena. Cathena, Lagena, Grumena, & similia. Horat. Epist. 4. ENA,

Et mundus uictus non deficiente crumena ––.

Notatur Porsena, siue hoc Græcum, siue Latinum origine. Vt Martialis libro 1.

Vrere quam potuit contempto Mutius igne
Hanc spectare manum Porsena – υ υ non potuit.

Quod tamen ipsum quoque Vergilius longa media posuit, per Diplasiasmum Nn, geminata. Vt,

Nec non Tarquiniũ eiectum Porsenna iu – υ υ bebat
Accipere &c.

Cum quibus & Græca Messene, Athenæ, Mycenæ, & quod Latini quoque usurpant, Sagena, numeres licebit. Hæc enim Græce per η, in penultima scribuntur. Manilius lib. 5.

Excipitur uasta circumuallata sagena –– &c.

Illa autem, quæ participiorum Græcorum formam habent. Vt Clazomenæ & similia. E breue habent. Horatius Satyra 7.

Persius hic permagna negocia diues habebat
Clazome – υ υ nis etiam lites &c.

Quibus additur & Helena. Vt Aeneid. 1.

Ornatus Arguae Hele – u u nae quos illa Mycenis &c.

NA. In NA, praecedente I, deriuata Latina, & substantiua (de ijs enim hoc loco agimus) producũt penultimam, Vt, Medicina, Officina, Tonstrina, Regina, Culina, Farina &c. Persius Satyra 3.

Durum olus & populi cribro decussa farina – –.

Quo exemplo & Hemina, & Vrina, tametsi origine Graeca uideantur poni solent. Vt,

Fregerit hemi – – nas Arreti aedilis iniquas.

Persius Satyra prima. Et:

Quondam etiã nimio praeceps urina flu – u u ento

Irrigat exuuias &c. Apud Serenum.

Nam Proserpina, quod ex Graeco Persephone factum est, Graecam quantitatem retinuit. Vt,

Si memor es de quo, mihi sit Proserpina – u u nata.

Ouidius 4. Fastorum.

Perinde ut & caetera Graecorum deriuata ac propria. Vt, Asina, loci nomen. Lucanus lib. 8.

Quas Asi – u u nae cautes, et quas Chios asperat undis.

Apinae oppidũ. Cuius nomen in prouerb. abijt. Martia.

Sunt Api – u u nae, Tricaeq; et siquid uilius istis &c.

Catina Silius 14. lib.

Tũ Cati – u u nae nimium ardenti uicina Typhaeo.

Gausapina, uestis genus. Martialis:

Mense uel Augusto sumere Gausapi – u u nas.

Mutina. Ouidius 15. Metamorph.

Obsessis

Obſeſsis mœnia pacem
Victa petent Muti –uu næ &c.
Ruſpina. Silius lib.3.
Quæq; procul cernit nõ æquos Ruſpina –uu fluctus.
Sarſina, Plauti poëtæ patria, Idem libro 8.
Vel raſtris laudande Camers, hinc Sarſina –uu diues. Quanquam hoc magis inter primitiua Latina numerandum uideatur.
Statina, inſulæ nomen. Statius libro 3. ſyluarum.
Aenariæq; lacus medicos, Stati –uu naſq; renatas.
Et fortaſsis alia complura, quæ frequens lectio ſuppeditabit.
Camerina tamen, licet & ipſum patria Græcum ſit, Latinam tamen quantitatem accepit, ut Aeneid. 3.
Apparet Camerina pro –uu cul &c.
Vt contra primitiua Latinorum pleraque, Græcam rationẽ ſequuntur ceu ſunt. Fœmina, Fuſcina, Fiſcina, naſſa ex iunco. Columella libro 11.
Preſſaq; flammeola rumpatur fiſcina –uu caltha &c.
Lamina, Nondinæ, quod pluraliter tantum uſurpatur. Patina, Sarcina, Sibina, teli genus. Cuius exemplum ex Ennio citat Feſtus.
Illyrici reſtant ſicis, Sibi –uu niſq; fodentes &c.
Et quæ ex Græcis translata, pro Latinis habentur. Machina, ex μηχανή. Virgilius Aeneidos 2.
Scandit fatalis machina –uu muros.

Et Trutina ex τρυτάνη. Persius Satyra prima:

Castiges truti – υυ na, nec te quæsiueris extra &c.

Item Pagina, quod à Pago ueteri uerbo, deductum uidetur, utcunque Priscianus primitiuum esse dicat. Persius Satyra 5.

Bullatis ut mihi nugis

Pagina – υυ turgescat &c. Et siqua fortè his similia inueniantur. Nam hæc ut communiora, à Grammaticis recensentur.

Atque ad horum exemplum Calphurnius etiam Sagina I, breui posuit, contra aliorum consuetudinem & usum, Ecloge quarta. Vt,

Vt quoque turba bono plaudat saginata magistro.

Sed μία χελιδὼν, ut prouerbio dicitur ἔαρ οὐ ποιεῖ. Nam apud cæteros omnes producitur idem nomen. Vt Iuuenalis Satyra 4.

Propera stomachum laxare saginis – –. Et Propertius lib. 4.

Qui dabit immundæ uenalia farta saginæ. Et idem eodem:

Parua sagina – – ti lustrabũt compita porci etc.

Notatur Rhesina, quod utroque modo ponitur. Vt apud Martialem libro 3.

Quid faciem tingis? nam certe non potes illos,

Nec Rhesi – υυ na, Veneto nec resecare lino.

Et rursum eodem libro:

Cessatis pueri, nihilq; nostis

Veter=

Veterno, resinaq; pi ∪–∪– griores.
Idem libroduodecimo.

Nec plena turpi matris olla resina ∪–––
Summæniana quæ pilantur uxores. Scazontes sunt.
Et Serenus.

Resi –– na ex facili, cera uiscoq; coacta &c.

Notentur composita, ut fidicina, tibicina, buccina, & similia, quæ primitiuorum naturam sequuntur.
Iuuenalis satyra septima.

Surda nihil gemeret graue buccina –∪∪ posci- mus ut sit &c.

Illa quoq;, quæ O, uel V, ante NA, habent, penultimam producunt omnia, ut Matrona, corona, caupona, annona, persona: Lacuna, Vacuna & similia. ONA. VNA.
Horatius in Arte poëtic.
Perso –– nam formare nouam, seruetur ad imum etc.
Terentius in Andria:

Tum annona ca ––∪– ra est, quid dicam aliud nescio &c. Virg. primo Georg.

Vnde cauæ tepido consudant humore lacunæ –––.
Ouidius sexto Fastorum

Nunc quoq; cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ ––,
Ante Vacuna –– les stantq;, sedentq; focos.

Notatur Matrona fluuij nomen apud Gallos, quod tamen inter primitiua potius referendum.
Sidonius in 2. Paneg.

Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona –∪∪, Sequana, Ladus.

Clitis, Claris, Arar &c. Ita citatur à Despauterio. Nam Hippona, quod idem ex Iuuenale citat O, breui, pro dea stabulorum, in nostris æditionibus aliter legitur, hoc pacto uidelicet:

More Numæ cedit Iouis ante altaria, iurat
Hippo -- nam, & facies olida ad præsepia pictas.

Vbi ille, præposita dictione Solam, ita legebat: Solam Hipponam & facies &c. diminuta etiam prima syllaba in ἵππος. Sed de his satis.

VRA. In RA, purum, præcedente V, Latina, quoniam omnia participijs fœmininis, futuri temporis similem formam habent, penultimam quoq;, perinde ut illa producunt, ut Natura, censura, pictura, & similia. Propert.

Natu -- ræ sequitur semina quisq; suæ.

Iuuenalis Saty. 2.

Dat ueniam coruis, uexat censura co -uu lumbas.

Et Horatius in Arte.

Vt pictura po -uu esis erit &c.

ERA. IRA. Sunt & Græcorum terminationes in Ra, purum, quædam, ut in quibus Ae, uel I, præcedit R. Harum exempla sunt Megæra, Neæra, Ilaira, Deianira, quorum illa ex diphthongo, qua scribuntur, nota sunt, hæc autem partim authoritate, partim etiam ratione probantur. Propertius lib. 1.

Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe
Pollucē cultu non Ilaira so -uu ror. Oui. 9. Me.
Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures

Deia-

Deianira tu –uu as quondam pulcherima uirgo &c.
At in quibus Y, psilon, præcedit R, pleraq; corripi-
uit Y, ut Anticyra, Ephyra &c. Hor. 2. Ser. 3. Saty. YRA.
Nauiget Anticy –uu ram &c. Ouid. in Epi Med.
Hic Ephy –uu ren bimarem, Scythia tenus ille muosa
Omne tenet, ponti qua plaga læua iacet &c.
Corcyra tamen y, longum habet, ut
In portus Corcyra tu –uu os, seu læua paratur &c.
Luca. lib. 2. Et Ouid. in Ibin.

Te Corcyræ –– um Gnosia turba putet. Sed de hoc & similibus nihil attinebat hic dicere, quando pro primitiuis magis, quàm pro deriuatis habenda uideri queant. Sunt præterea, in quibus O, præcedit RA, Græca propria, sed composita, ut Polydora, Theodora, & similia, quæ ex simplicibus, cuiusmodi sint, cognoscuntur. Horum exemplo & peregrina in ORA, poni solent, ut Helianora, & milia, quorum quædam apud recentiores poëtas inuenias. ORA.

In RA, præcedente B, deriuata Latina, quæ in penultima E, habent, eandem natura corripiunt, ut uertebra, illecebra, terebra, tenebra, latebra et similia. Oui. 1. Me. BRA.
Quòd si sola times late –uu bras intrare ferarum &c. Virgil. 2. Æneid.
Afflictus uita in tene –uu bris luctuq; trahebam &c.
Sic & pharetra, & si quæ huic similia.
Virgilius Æneid. 1.
Succinctam phare –uu tra & maculosæ tegmine lyncis.

Græca

Græca autem ut Ortygometra, quod E, longum habet, Et Geometra, quod E, breue, ex sua origine petenda sunt. Quæ uero A, habent in penultima, quoniam à uerbis pleraq; ueniunt, A, productum habent, ut dolabra, à dolare. A quo & dolabella. Iuuenal. Sat. 8.

Inde Dolabel -- la est, atq; hinc Antonius, inde Sacrilegus Verres &c.

SA. In SA, præcedente V, Græca pleraq; sunt, & penultimam longam habent, ut Musa, Creusa, Arethusa, Medusa &c. Ouid. 4. Meta.

Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusæ. Virgilius Ecloga decima.

Extremum hunc Arethusa mi -υυ hi concede laborem &c. Ad quod exemplum etiam Syracusæ, quoties legitimè ponitur, V, longum habet, ut apud Silium libro decimo quarto:

Ipsa Syracu -- sæ patulos urbs inclyta muros &c. Et Ausonius.

Quis Catinam sileat, aut quadruplices Syracusas? --. Nam quoties V, breue habet, per Syncopen effertur, abiecto ex diphthongo Græca, Υ psilo, id quod in possessiuo Syracusius, a, um, potissimũ fieri solet, quod Græcè Συρακόσιος, scribitur, & ad Latinos translatum o, paruum, in V, breue conuertit, ut apud Virgilium in Bucolicis:

Prima Syracusi -υυ o dignata est ludere uersu, &c. Et apud Silium eodem libro.

Inde

Inde Syracusi –uu as castris circumdedit arces.
Quare nonnulli ad Græcam scripturam respicientes Syracosius per O, scribere maluerunt.

In TA, præcedente V, penultimam producunt, ut Aluta, Matuta, cicuta, si tamen hæc inter deriuata referri decet. Iuuenalis Saty. 7. VTA.

Appositam nigræ lunam subtexit Alutæ ––.

Ouidius primo Metamorph.

Persidaq; & radijs iuga subdita matu –– tinis.

Versus est Spondaicus. Virg. in Bucoli.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula &c.

Ad quem modum se habent & in ETA, pleraq;, ut Metreta, Rubeta & similia. Iuuen. Sat. 3. ETA.

Alter, at hic lignum capiti incutit, ille metretã –u.

Idem Satyra prima.

Porrectura uiro miscet sitiente rubetam –u &c.

Et quæ A, uel I, ante T, habent, dum sint deriuata, ut Amata, proprium apud Virgilium, caßita, galerita. ATA. ITA.

Serenus: Mande Galeri –– tam uolucrem &c.

Quæ Græcorum in Ita, exemplum sequuntur, testibus Grammaticis. Tametsi Orbita, quod ab orbe deriuatum quoq; uidetur, I, breue retineat, ut

Iuuat ire iugis, quæ nulla priorum
Castaliam molli diuertitur Orbita –uu cliuo.

Virg. 3. Georgic.

Præterea & Verbalia Græca in TA, quæ à tertijs

personis

personis præteritorum paßiuorum formantur, ut sunt cosmeta, planeta, zelota, & similia, de quibus suprà diximus. Iuuenalis Saty. 6.

Perijt libraria, ponunt
Cosme –– ta tunicas &c.

Græca in TA.

Notatis tamen ubiq; ijs, quæ à τιθέμαι, δίδομαι, ἵεμαι, & à uerbis quintæ coniugationis in νω, ueniũt, ut Agonotheta, Prodota, Apheta, quæ ex scriptura sua nota sunt. Scribuntur enim Græcè ἀγωνοθέτης, προδότης, ἀφέτης. Et Hypocrita, quod à κρίνω, deductum, exemplo probatur Aristop. in Nubib.

Τοὺς κριτὰς ἅ –υ–υ κερδανοῦσι –υ–υ ἤντι τὸν δὲ –υ–υ τὸν χορὸν –υυ,
ὠφελῶσι &c. Trochaicum est purum. Quomodo & κτίτης, ponitur apud Euripidem in Oreste, ut
Ω γαῖα Δαναὰ ––, υυυ ὧν ἱππίου ––υ– τ᾽ ἄργους κτίται ––υ–, aliaq; complura. Cum quibus & Sympota, numerabis, & si qua alia eiusdem originis fuerint, ut apud Martial. lib. 1. Miso mnamona Sympotan υ–υ– , Procille. Venit enim & hoc à πέπομαι. οσαι. οται, ο, breui. Vnde & πόμα, & πόσις, & πότος, eiusdem quantitatis uerbalia fiunt, & Thermopoto uerbum, quo Latinorum con iugatione usus est Plautus in Trinummo, ut
Condalium es oblitus, postquã thermopotasti –υυ–– gutturem &c. Et quæ à βῆμι, ueniunt, ut Ichnobates, Schœnobates, & similia, nã et hæc penultimam breuem habent, ut apud Oui. 3. Meta. Ichno-

Ichnoba – uu tesq; sagax &c. Et apud Iuuenal. sat. 3. Augur, schœnoba – uu tes, medicus, magus, omnia nouit Græculus esuriens &c. Quæ ideo hoc loco recensui, quòd & ipsa eiusdem rationis uerbalia sunt, cũ superioribus, etiamsi rarius in A, finiantur.

Verbalium autem quantitatẽ & gentilia in TA, quæ Græcè in της, exeunt, præcedente A, O, uel I, sequuntur, dũ tamẽ sint deriuata, ut Crotoniata, Spartiata, Epirota, Sibarita, Amphipolita, Tomita, & similia. Ouid. Naso Tomita – – næ iam nõ nouus incola terræ. Mar. Amphipolita – – ni fateor, sum filia Thynni. Et reliqua in TA, tã propria quàm denominatiua, ut Pirata, Iuuenalis sa. 8.

Pira – – tæ Cilicum, sed quid damnatio confert? &c. Heremita, trapesita, margarita, palestrita.

Persius satyra quinta.

Quinq; palestri – – tæ licet hæc plantaria uellant etc. Hiarbita. Horat. Epist. 20.

Rupit Hiarbi – – tam, Timagenis æmula lingua, &c. Et quæ O, ante T, habent, ut Sybota, Boota, quã quam hæc in Es, magis terminantur, de qua enclisi infrà dicemus. Addidi aũt suprà, dum sint deriuata, quòd quæ primitiua sunt, aut certam aliũde deriuationem nõ habent, diuersa quantitate ponuntur, ceu sunt barbarorum pleraq; nomina, ut Sarmata, Sauromata, Galata, Massageta, Thyrsageta &c.

Iuuenalis satyra tertia.

Ad summum non Maurus erat, nec Sarmata -uu nec Thrax &c. Ouidi. 2. Trist.

Proxima Basternæ Sauroma -uu tæq; tenent. Lucanus libro septimo.

Istis parce precor, uiuant, Gala -uu tæq;, Syriq;. Silius libro tertio:

Nec qui Massage -uu ten monstrans feritate pauentem. Et Flaccus lib. 6.

Non ego sanguineis gestantem tympana bellis Thyrsage -uu ten &c. Quæ Græco more in Es, quoque desinunt, nominatiuo casu.

IVA. In VA, unam syllabam desinentia, præcedente I, siue deriuata, siue primitiua fuerint, I, longum habent, ut Conuiua, gingiua, saliua. Horatius.

Tres mihi conui -- uæ, propè dissentire uidētur. Quanquā hoc ex deriuatione notum quoq; sit. Iuuen.

Frangendus misero gingiua -- panis inermi. Persius Satyra sexta.

Nec tenuem sollers turdorum nosse saliuam -u &c.

E.

In E, deriuata Latina, præcedente L, quorum penultima A, uel I, habet, eandem producunt, ut Dentale, nouale, focale, fascia, qua fauces præligantur. Horatius in Sermonib.

Fasciolas, cubitale, focalia -uu potus, ut ille &c. Sic & ouile, monile, sedile, cubile, & similia. Iuuenalis Satyra sexta,

Au=

Ausa Palatino tegetem præferre cubili -- &c.

Eodem modo & quæ in ARE, desinunt, A, longum habent, ut luminare, altare, &c. ARE.

Virgilius Eclo. prima.

Bissenos cui nostra dies altaria -uu fumant.

Mare autem deriuatum est, ideo neq; sub regulam cadit, seruatq; A, breue, ut

Ante ma -uu re & terras, & quod tegit oĩa cœlum.

Ouid. primo Metam.

At Græca in NE, deriuata, quæ ante N, s, cũ y, psilo habent penultimam, quod sciam, omnia corripiunt, ut Mnemosyne, Euphrosyne, Sophrosyne, Polypragmosine, &c. Ouid. 6. Meta. YNE. ENE.

Mnemosy -uu nen pastor, uarius Deoïda serpens.

Vt & ea, quæ participiorum formam habent, ut Nyctimene, Clymene &c. Ouid 2. Metamorph.

Et tulit ad Clyme -uu nen Epaphi conuicia matrem.

De patronymicis, ut sunt Nerine, Acrisione & similia, suprà dictum est.

Cætera uerbalia in E, ut tome, ode, Ate, et similia ex deriuatione omnino cognoscenda sunt. De quibus in uniuersum præcipi nihil aliud potest, quàm quod suprà quoq; monuimus, uidelicet. Quæ ab indefinitis secundis ueniunt, & item quæ à præteritis medijs, pleræque penultimam breuem habere, ut Epitome, Hypallage, diastole, apoche, syngraphe, & similia. Contrà autem quæ à præteritis passiuis formantur, eandem produce-

te, ut Gramme, Ate, &c. Vt Homer. Ilid. τ.

Πρέσβα δ' ιός τύγατηρ ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται &c. Vbi tamen & Arete notandum, quod penultimam breuem habet, siue hoc ab ἀρέσκω, quod per ε, ψιλὸν, in præteritis & futuris coniugatur, siue aliunde deductum putemus, ut in compositis Anaxarete, Panaretus, Arctalogus, & similibus apparet. Ouid. 4. Meta.

Iphis Anaxare – υυ ten humili de stirpe creatus
Viderat &c. Martial. lib. 6.

Arguto madidus pollice Panare – υυ tus. Ita enim ab omnibus legi uideo. Quare si rectè legitur, etiam illud in hac uoce notandum, quòd pan, quod aliàs in compositis ante uocalem corripitur, ut suprà docuimus, hic contra cæterorum analogiam productum est. Iuuenalis Satyra 15.

Risum fortaſſe quibuſdam
Mouerat, ut mendax Are – υυ talogus &c.

Vbi & syllaba TA, quæ Græcè τη, fuit, Latinè longa ponitur, eadem ratione, ut suprà in Timagenes, Thiagenes, & similibus, quæ ex duobus integris, aut integro et corrupto, quorũ prius in longam uocalem desinit, componuntur, fieri solere diximus. Et si qua alia à uerbis quorum præterita per uocalem breuem flectuntur, ut sunt ὀλέω, χέω, δύω, & quæ suprà memorauimus, τίθημι, δίδωμι, ἵημι, φημὶ, βῆμι, κρίνω, φθίνω, & id genus alia deriuantur. Cæterum quæ à præsenti uerbo formantur, regula aliqua generali comprehendi

non

possunt, sed secundum quod ipsum primitiuum longam aut breuem penultimam habet, ita & ipsa eandem illam producunt, uel corripiunt.

O.

In O, deriuata, propria, ut Cicero, Cato, Plato, Labeo, Chilo & similia, ex deriuatione cognoscenda sunt. Sequuntur enim suam unumquodq; originem. Eodem modo & leno, comedo, latro, siue hoc à latendo, siue à latere dictum putemus, & similia appellatiua.

In IO, autem fœminina uerbalia, quoniam à supinis ut cæteri, uel à participijs præteriti temporis, ut Priscianus tradit, formantur, penultimã quidem ex regula de uocalib. corripiunt, antepenultimam aũt producũt, uel corripiunt pro eo atq; illa, à quibus deriuantur, penultimam uocalem longam, uel breuẽ habent, ut curatio a, longa dicitur, quoniã et curatum eandem longã habet. Rursum statio, a, breui, quoniam & statũ eandem syllabam corripit. Sic munitio, ni, longa, quoniã & munitũ penultimam producit. Ambitio cõtrà bi, breui, quoniã & supinum ambitum mediã correptam habet, ut apud Ouidium 3. de Ponto. IO.

Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,
Pro nostris ut sis ambiti – ∪∪ osa malis.

Tametsi participium ambitus, a, um, eandem syllabam producat, ut suprà ostendimus. Quare non abs re puto à recentioribus Grammaticis traditum, huiuscemodi nomina à supinis proxime deriuari.

Internecio. Notatur autem à Prisciano internecio, quod cum ab internectus, ut ipse ait, internectio, debebat fieri, euphoniæ gratia T, abiecit, penultima, ut puto, correpta, tam etsi neq; ipse exemplum addat.

Suspitio. Quo pacto & suspitio, pro suspectio, ut plerisq; placet, dicitur, sed hoc antepenultima eadem seruata longa, ut apud Terent. in Andr.

Renunciatum est, nam qui istæc tibi incidit suspitio? --υ-. Octonarius est Iambicus. Et in Hecy.

Nam illas errore, & te simul suspitio --υ- ne exolues. Tetrameter est Catalecticus. Et apud Plautum in Amphitryone.

Et clandestina ut celetur suspitio --υ-. Senarius est. Item apud Martial. lib. 11.

Oblinitur minimæ si qua est suspitio -υυ rimæ. Quanquam haud ignorem multos, apud Terentium et Plautum suspectio malle, quàm suspitio scribere. Sed tamen etiam Erasmus priorem lectionem probare uidetur, ut ex ijs apparet, quæ in Terentium de metris Comicis annotauit.

EDO: IDO. VDO. In DO, tam à nominibus, quàm à uerbis deriuata, siue in penultima E, siue I, siue etiam V, habuerint, penultimam eandem producunt, ut acredo, dulcedo, intercapedo, cupido, libido, crepido, solitudo, habitudo, testudo, & similia, quæ exemplis non egent. Est enim nota horum quantitas.

Ex his autem, quæ V, ante DO, habent, etiam antepenul-

penultimā inter se quantitate æqualem habent pleraq;. Nam in quibus I, præcedit T, eandem corripiunt, ut longitudo, fortitudo, habitudo, macritudo, sollicitudo &c. Plautus in Captiuis.

Macesco, consenesco, & tabesco miser,

Ossa atq; pellis sum, misera --vu- macritudine

vu-vu Terentius in Andria.

Quantasq; hic suis --, -- consilijs mihi -vu

-vu confecit sol --, -- licitudines vu-v-. Octonarius est Iambicus, habens penultimo loco Anapæstū. At in quibus E, præcedit T, in eadem syllaba, longum illud habent, ut ualetudo, consuetudo, & similia; ut apud Horatium.

Gratia, fama, ualetu -- do contingat abunde &c.

Et apud Martialem.

Gaudet honorificabili -vu tudinitatibus Hermes,

Consue -- tudinibus, sollici -vu tudinibus. AGO,

In GO, desinentia, siue deriuata, siue primitiua, aut IGO, composita fuerint, penultimam producunt, quacunque VGO. uocali præeunte, ut uirago, suffrago, sartago &c. Caligo, rubigo, fuligo &c. Ferrugo, ærugo, lanugo, &c. Persius. Vnde hæc sartago lo -vu quendi

Venerit in linguas? &c.

Virgilius Ecloga septima.

Semper & assidua postes fuligne -vu nigri &c.

Et rursum Ecloga secunda.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala &c.

CIVM, *Marrubi -uu um in uino potum prodesse loquuntur.*

Eodem autem modo, & quæ in CIVM, *exeunt deriuata Latina, pleraq; ex primitiuis suis cognoscuntur, ut officium à facio, iudicium à iudico, indicium ab indico, & similia, quæ omnia* I, *breue ante* C, *habent, ac nota sunt.* Item *conuicium, à uicis, ut* Festo *placet, siue ut* Labeoni, *à uoce, quasi dicas conuocium, & titiuilicium, à* Licijs, *quo nomine fila putrida, & reiectitia significari uolunt, quæ à telis cadunt, quæ duo* I, *longum habent in antepenultima, ut* Martial. *lib.* 3.

Lis erit, ingenti faciet conuicia -uu uoce.

Et *Plautus in Casina.*

Non ego uerbum empsitē istud titiuilicio --u-.

Ita enim ipse Senarium *hunc lego.*

Cũ quibus & Laserpicium *numeres licet, siue hoc primitiuum, siue à* Laser *deductum accipiatur, cuius exemplum apud* Catullum *est hoc:*

Quàm magnus numerus Libyssæ arenæ

Laserpici ---u feris iacet Cyrenis *&c.* Et *negocium, quod* O, *longum habet, à nec & ocium, perinde ut neglìgo, à nec & lego, ut docent* Etymologici, *factũ,* Horatius *lib.* 1. *Epist.* 1.

Cum tot sustineas, & tanta negocia -uu solus etc.

Et si qua sunt similia. Quod idem *&* Græca *ferè faciunt, ut myrmecium, à* μύρμηκος. *Myrothecium, à* μύρου et θήκη. *Pithecium, diminutiuum à* πίθηκος, *quo* Plautus *in Milite usus est, ut*

Bellula

Bellula est, pi – u – u, thecium, hæc est, – u – u præ illa & spinthurnicium. Vbi & Spinthurniciũ, à Spinthurnix, quod auis nomen est, huius formæ diminutiuum est.

Et Corycium, antrum Parnaßi montis, à quo Corycides nymphæ apud Ouidium, quod Y, breue ante C, ponitur, siue hoc à Coryco dictum, siue pro primitiuo habendum est. Vt Metamorph. primo:

Corycidas nymphas & numina montis adorant.

Cuius rationis & Pyctacium esse puto, quod tabulam significat, in qua aliquid seorsim notatur, ut fuerũt, in quibus Imperatores Iudicum & Decurionum nomina descripta habebant. Nam & hoc à Græco πυκτὶς siue πυκτίζω deduci uidetur.

Notabis autem hoc loco & Vinacea, orum, quod in Eum, si illi nominatiuum singularem affingas, desinit. A, ante C, producta, ut quidem Grammatici tradunt, & ipsa etiam analogia cæterorum eiusdem terminationis nominum testatur. Et Mustaceum, pro libo seu placẽta, cuius exemplũ infrà sub mobilib. in CEVS, ponitur.

In Dium, deriuata Latina, à uerbis ferè ueniunt, quare & uerborum à quibus deriuantur, quantitatem seruant. Vt Tædium à Tædet, Fastidium à Fastidio, quod I, longum habet. Vt in Bucolicis Virgilius: DIVM.

Inuenies alium si te hic fastidit A – uu lexis.

Præludium à Ludo. Cuius quantitas nota est. Propudium à pudet, apud Plautum in Pœnulo:

Clitis, Claris, Arar &c. Ita citatur à Despauterio. Nam *Hippona*, quod idem ex Iuuenale citat O, breui, pro dea stabulorum, in nostris æditionibus aliter legitur; hoc pacto uidelicet:

More Numæ cedit Iouis ante altaria, iurat
Hippo -- nam, & facies olida ad præsepia pictas.

Vbi ille, præposita dictione Solam, ita legebat: Solam Hipponam & facies &c. diminuta etiam prima syllaba in ἵππος. Sed de his satis.

VRA. In RA, purum, præcedente V, Latina, quoniam omnia participijs fœmininis, futuri temporis similem formam habent, penultimam quoq;, perinde ut illa producunt, ut Natura, censura, pictura, & similia. Propert.

Natu -- ræ sequitur semina quisq; suæ.

Iuuenalis Saty. 2.

Dat ueniam coruis, uexat censura co -uu lumbas.

Et Horatius in Arte.

Vt pictura po -uu esis erit &c.

RA. A. Sunt & Græcorum terminationes in Ra, purum, quædam, ut in quibus Ae, uel I, præcedit R. Harum exempla sunt Megæra, Neæra, Ilaira, Deianira, quorum illa ex diphthongo, qua scribuntur, nota sunt, hæc autem partim authoritate, partim etiam ratione probantur. Propertius lib. 1.

Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe
Pollucē cultu non Ilaira so -uu ror. Oui. 9. Me.
Nomine si qua suo tandem peruenit ad aures

Deianira tu –uu as quondam pulcherima uirgo &c.

At in quibus Y, psilon, præcedit R, pleraq; corripiunt Y, ut Anticyra, Ephyra &c. Hor. 2. Scr. 3. Saty. YRA.

Nauiget Anticy –uu ram &c. Ouid. in Epi Med.

Hic Ephy –uu ren bimarem, Scythia tenus ille nuosa

Omne tenet, ponti qua plaga læua iacet &c.

Corcyra tamen y, longum habet, ut

In portus Corcyra tu –uu os, seu læua paratur &c.

Luca. lib. 2. Et Ouid. in Ibim.

Te Corcyræ –– um Gnosia turba putet. Sed de hoc & similibus nihil attinebat hic dicere, quando pro primitiuis magis, quàm pro deriuatis habenda uideri queant. Sunt præterea, in quibus O, præcedit RA, Græca propria, sed composita, ut Polydora, Theodora, & similia, quæ ex simplicibus, cuiusmodi sint, cognoscuntur. Horum exemplo & peregrina in ORA, poni solent, ut Helianora, & milia, quorum quædam apud recentiores poëtas inuenias. ORA.

In RA, præcedente B, deriuata Latina, quæ in penultima E, habent, eandem natura corripiunt, ut uertebra, illecebra, terebra, tenebra, latebra et similia. Oui. 1. Me. BRA.

Quòd si sola times late –uu bras intrare ferarum &c. Virgil. 1. Æneid.

Afflictus uita in tene –uu bris luctuq; trahebam &c.

Sic & pharetra, & si quæ huic similia.

Virgilius Æneid. 1.

Succinctam phare –uu tra & maculosæ tegmine lyncis.

Græca

Græca autem ut Ortygometra, quod E, longum habet, Et Geometra, quod E, breue, ex sua origine petenda sunt. Quæ uero A, habent in penultima, quoniam à uerbis pleraq; ueniunt, A, productum habent, ut dolabra, à dolare. A quo & dolabella. Iuuenal. Sat. 8.

Inde Dolabel -- la est, atq; hinc Antonius, inde Sacrilegus Verres &c.

SA. *In SA, præcedente V, Græca pleraq; sunt, & penultimam longam habent, ut Musa, Creusa, Arethusa, Medusa &c.* Ouid. 4. Meta.

Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusæ. Virgilius Ecloga decima.

Extremum hunc Arethusa mi -uu hi concede laborem &c. Ad quod exemplum etiam Syracusæ, quoties legitimè ponitur, V, longum habet, ut apud Silium libro decimo quarto:

Ipsa Syracu -- sæ patulos urbs inclyta muros &c. Et Ausonius.

Quis Catinam sileat, aut quadruplices Syracusas? --. Nam quoties V, breue habet, per Syncopen effertur, abiecto ex diphthongo Græca, Y psilo, id quod in possessiuo Syracusius, a, um, potissimũ fieri solet, quod Græcè Συρακόσι☉, scribitur, & ad Latinos translatum o, paruum, in V, breue conuertit, ut apud Virgilium in Bucolicis:

Prima Syracusi -uu o dignata est ludere uersu, &c. Et apud Silium eodem libro.

Inde

Inde Syracusi –υυ ac castris circumdedit arces.
Quare nonnulli ad Græcam scripturam respicientes Syracosius per O, scribere maluerunt.

In TA, præcedente V, penultimam producunt, ut Aluta, Matuta, cicuta, si tamen hæc inter deriuata referri decet. Iuuenalis Saty. 7. **VTA.**

Appositam nigræ lunam subtexit Alutæ ––.
Ouidius primo Metamorph.

Perfidaq; & radijs iuga subdita matu –– tinis.
Versus est Spondaicus. Virg. in Bucoli.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula &c.

Ad quem modum se habent & in ETA, pleraq;, ut Metreta, Rubeta & similia. Iuuen. Sat. 3. **ETA.**

Alter, at hic lignum capiti incutit, ille metretã –υ.
Idem Satyra prima.

Porrectura uiro miscet sitiente rubetam –υ &c.
Et quæ A, uel I, ante T, habent, dum sint deriuata, ut Amata, proprium apud Virgilium, caßita, galerita. **ATA. ITA.**
Serenus: *Mande Galeri –– tam uolucrem &c.*
Quæ Græcorum in Ita, exemplum sequuntur, testibus Grammaticis. Tametsi Orbita, quod ab orbe deriuatum quoq; uidetur, I, breue retineat, ut

Iuuat ire iugis, quæ nulla priorum
Castaliam molli diuertitur Orbita –υυ cliuo.

Virg. 3. Georgic.

Præterea & Verbalia Græca in TA, quæ à tertijs

personis

personis præteritorum paßiuorum formantur, ut sunt cosmeta, planeta, zelota, & similia, de quibus suprà diximus. Iuuenalis Saty. 6.

Perijt libraria, ponunt
Cosme -- tæ tunicas &c.

Græca in TA.

Notatis tamen ubiq; ijs, quæ à τιθέμαι, δίδομαι, ἵεμαι, & à uerbis quintæ coniugationis in νω, ueniũt, ut Agonotheta, Prodota, Aphta, quæ ex scriptura sua nota sunt. Scribuntur enim Græcè ἀγωνοθέτης, προδότης, ἀφέτης. Et Hypocrita, quod à κρίνω, deductum, exemplo probatur Aristop. in Nubib.

Τοὺς κριτὰς ἃ -υ-υ κερδανοῦσι -υ-υ ἤντι τόν δε, -υ-υ τὸν χόρον -υυ,
ὠφελῶσι &c. Trochaicum est purum. Quomodo & κτίτης, ponitur apud Euripidem in Oreste, ut
Ω γαῖα Δαναᾶ --, υυυ ὧν ἱππίου --υ- τ᾽ ἄργους κτῖται --υ-, aliaq; complura. Cum quibus & Sympota, numerabis, & si qua alia eiusdem originis fuerint, ut apud Martial. lib. 1. Miso mnamona Sympotan υ-υ- , Procille. Venit enim & hoc à πέπωμαι. οσαι. οται, o, breui. Vnde & πόμα, & πόσις, & πότος, eiusdem quantitatis uerbalia fiunt, & Thermopoto uerbum, quo Latinorum coniugatione usus est Plautus in Trinummo, ut
Condalium es oblitus, postquã thermopotasti -υυ-- gutturem &c. Et quæ à βῆμι, ueniunt, ut Ichnobates, Schœnobates, & similia, nã et hæc penultimam breuem habent, ut apud Oui. 3. Meta.

Ichno-

schnoba – uu tesq; sagax &c. Et apud Iuuenal. sat. 3.
Augur, schœnoba – uu tes, medicus, magus, omnia nouit
Græculus esuriens &c. Quæ ideo hoc loco recensui, quòd & ipsa eiusdem rationis uerbalia sunt, cũ superioribus, etiamsi rarius in A, finiantur.

Verbalium autem quantitatẽ & gentilia in TA, quæ Græcè in της, exeunt, præcedente A, O, uel I, sequuntur, dũ tamẽ sint deriuata, ut Crotoniata, Spartiata, Epirota, Sibarita, Amphipolita, Tomita, & similia. Ouid.
Naso Tomita – – næ iam nõ nouus incola terræ. Mar.
Amphipolita – – ni fateor, sum filia Thynni. Et reliqua in TA, tã propria quàm denominatiua, ut Pirata, Iuuenalis sa. 8.
Pira – – tæ Cilicum, sed quid damnatio confert? &c.
Heremita, trapesita, margarita, palestrita.
Persius satyra quinta.
Quinq; palestri – – tæ licet hæc plantaria uellant etc.
Hiarbita. Horat. Epist. 20.

Rupit Hiarbi – – tam, Timagenis æmula lingua, &c. Et quæ O, ante T, habent, ut Sybota, Boota, quã quam hæc in Es, magis terminantur, de qua enclisi infrà dicemus. Addidi aũt suprà, dum sint deriuata, quòd quæ primitiua sunt, aut certam aliũde deriuationem nõ habent, diuersa quantitate ponuntur, ceu sunt barbarorum pleraq; nomina, ut Sarmata, Sauromata, Galata, Massageta, Thyrsageta &c.
Iuuenalis satyra tertia.

Ad summum non Maurus erat, nec Sarmata -uu *nec* Thrax &c. Ouidi. 2. Trist.

Proxima Basternæ Sauroma -uu *tæq; tenent.*
Lucanus libro septimo.

Istis parce precor, uiuant, Gala -uu *tæq;, Syriq;.*
Silius libro tertio:

Nec qui Massage -uu *ten monstrans feritate pauen tem.* Et Flaccus lib. 6.

Non ego sanguineis gestantem tympana bellis Thyrsage -uu *ten &c.* Quæ Græco more in Es, quo que desinunt, nominatiuo casu.

IVA. *In* VA, *unam syllabam desinentia, præcedente* I, *si ue deriuata, siue primitiua fuerint,* I, *longum habent, ut* Conuiua, *gingua, saliua.* Horatius.

Tres mihi conui -- *uæ, propè dissentire uidētur.*
Quanquā hoc ex deriuatione notum quoq; sit. Iuuen.

Frangendus *misero gingua* -- *panis inermi.*
Persius Satyra *sexta.*

Nec *tenuem sollers turdorum nosse saliuam* -u *&c.*

E.

In E, *deriuata* Latina, *præcedente* L, *quorum penul tima* A, *uel* I, *habet, eandem producunt, ut* Dentale, *no uale, focale, fascia, qua fauces præligantur.*
Horatius in Sermonib.

Fasciolas, cubitale, focalia -uu *potus, ut ille &c.*
Sic & ouile, monile, sedile, cubile, & similia.
Iuuenalis Satyra *sexta.*

Au=

Ausa Palatino tegetem præferre cubili -- *&c.*

Eodem modo & quæ in ARE, *desinunt*, A, *longum ha bent, ut luminare, altare, &c.* ARE.

Virgilius Eclo. prima.

Bissenos cui nostra dies altaria - ∪ ∪ *fumant.*

Mare autem deriuatum est, ideo neq; sub regulam cadit, seruátq; A, *breue, ut*

Ante ma - ∪ ∪ *re & terras, & quod tegit oĩa cœlum.*

Ouid. primo Metam.

At Græca in NE, *deriuata, quæ ante* N, *s, cũ y, psilo habent penultimam, quod sciam, omnia corripiunt, ut Mnemosyne, Euphrosyne, Sophrosyne, Polypragmosine, &c.* Ouid. 6. Meta. YNE. ENE.

Mnemosy - ∪ ∪ *nen pastor, uarius* Deoïda *serpens.*

Vt & ea, quæ participiorum formam habent, ut Nyctimene, Clymene &c. Ouid. 1. Metamorph.

Et tulit ad Clyme - ∪ ∪ *neñ* Epaphi *conuicia matrem.*

De *patronymicis, ut sunt* Nerine, Acrisione *& similia, suprà dictum est.*

Cætera uerbalia in E, *ut tome, ode,* Ate, *et similia ex deriuatione omnino cognoscenda sunt.* De *quibus in uniuersum præcipi nihil aliud potest, quàm quod suprà quoq; monuimus, uidelicet.* Quæ *ab indefinitis secundis ueniunt, & item quæ à præteritis medijs, pleraque penultimam breuem habere, ut* Epitome, Hypallage, *diastole, apoche, syngraphe, & similia.* Contrà *autem quæ à præteritis passiuis formantur, eandem produce-*

te, ut Gramme, Ate, &c. Vt Homer. Ilid. τ.

Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται &c. Vbi tamen & Arete notandum, quod penultimam breuem habet, siue hoc ab ἀρέσκω, quod per ε, ψιλὸν in præteritis & futuris coniugatur, siue aliunde deductum putemus, ut in compositis Anaxarete, Panaretus, Arctalogus, & similibus apparet. Ouid. 4. Meta.

Iphis Anaxare –υυ ten humili de stirpe creatus
Viderat &c. Martial. lib. 6.

Arguto madidus pollice Panare –υυ tus. Ita enim ab omnibus legi uideo. Quare si rectè legitur, etiam illud in hac uoce notandum, quòd pan, quod aliàs in compositis ante uocalem corripitur, ut suprà docuimus, hic contra cæterorum analogiam productum est. Iuuenalis Satyra 15.

Risum fortasse quibusdam
Mouerat, ut mendax Are –υυ talogus &c.

Vbi & syllaba TA, quæ Græcè τη, fuit, Latinè longa ponitur, eadem ratione, ut suprà in Timagenes, Thiagenes, & similibus, quæ ex duobus integris, aut integro et corrupto, quorũ prius in longam uocalem desinit, componuntur, fieri solere diximus. Et si qua alia à uerbis quorum præterita per uocalem breuem flectuntur, ut sunt ὀλέω, χέω, δύω, & quæ suprà memorauimus, τίθημι, δίδωμι, ἵημι, φημὶ, βῆμι, κρίνω, φθίνω, & id genus alia deriuantur. Cæterum quæ à præsenti uerbo formantur, regula aliqua generali comprehendi

possunt, sed secundum quod ipsum primitiuum longam aut breuem penultimam habet, ita & ipsa eandem illam producunt, uel corripiunt.

O.

In O, deriuata, propria, ut Cicero, Cato, Plato, Labeo, Chilo & similia, ex deriuatione cognoscenda sunt. Sequuntur enim suam unumquodq; originem. Eodem modo & leno, comedo, latro, siue hoc à latendo, siue à latere dictum putemus, & similia appellatiua.

In IO, autem fœminina uerbalia, quoniam à supinis ut cæteri, uel à participijs præteriti temporis, ut Priscianus tradit, formantur, penultimã quidem ex regula de uocalib. corripiunt, antepenultimam aũt producũt, uel corripiunt pro eo atq; illa, à quibus deriuantur, penultimam uocalem longam, uel breuẽ habent, ut curatio a, longa dicitur, quoniã et curatum eandem longã habet. Rursum statio, a, breui, quoniam & statũ eandem syllabam corripit. Sic munitio, ni, longa, quoniã & munitũ penultimam producit. Ambitio cõtrà bi, breui, quoniã & supinum ambitum mediã correptam habet, ut apud Ouidium 3. de Ponto. IO.

Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,
Pro nostris ut sis ambiti – υυ ossa malis.

Tametsi participium ambitus, a, um, eandem syllabam producat, ut suprà ostendimus. Quare non abs re puto à recentioribus Grammaticis traditum, huiuscemodi nomina à supinis proximè deriuari.

penultimā inter se quantitate æqualem habent pleraq;. Nam in quibus I, præcedit T, eandem corripiunt, ut longitudo, fortitudo, habitudo, macritudo, sollicitudo &c. Plautus in Captiuis.

Macesco, consenesco, & tabesco miser,
Ossa atq; pellis sum, misera --uu- macritudine
uu-uu Terentius in Andria.

Quantasq; hic suis --, -- consilijs mihi -uu
-uu confecit sol --, -- licitudines uu-u-. Octonarius est Iambicus, habens penultimo loco Anapæstū. At in quibus E, præcedit T, in eadem syllaba, longum illud habent, ut ualetudo, consuetudo, & similia, ut apud Horatium.

Gratia, fama, ualetu -- do contingat abunde &c.
Et apud Martialem.

Gaudet honorificabili -uu tudinitatibus Hermes,
Consue -- tudinibus, sollici -uu tudinibus. AGO.

In GO, desinentia, siue deriuata, siue primitiua, aut IGO. composita fuerint, penultimam producunt, quacunque VGO. uocali præeunte, ut uirago, suffrago, sartago &c. Caligo, rubigo, fuligo &c. Ferrugo, ærugo, lanugo, &c. Persius. Vnde hæc sartago lo -uu quendi
* Venerit in linguas? &c.
Virgilius Ecloga septima.

Semper & aßidua postes fuligne -uu nigri &c.
Et rursum Ecloga secunda.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala &c.

Ligo. Excipitur ligo, disyllabum, quod quia à cæteris genere deflexit (est enim masculinum) quantitatem quoq; diuersam habet, ut in illo:

Pastor, arator, eques, colui, paui, superaui
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, ma -uu nu.

ANO. Est autem & Græca terminatio deriuatorum in ANO, quæ fœminina propria ferè terminantur, penultima longa, ut Theano. Virgil. 10. Æneid.

Quem nocte Theano --
In lucem genitori Amyco dedit &c. Atq; hactenus de ijs, quæ in uocalem exeunt.

L.

AL. Ex illis autem, quæ in consonantem finiuntur deriuata in AL, si à primitiuis penultimam longam, siue natura, siue positione habentibus, descendunt, penultimam ipsa quoq; producunt, ut uectus, uectigal, ceruix, ceruical: tribunus, tribunal: Bacchus, bacchanal: minutum, minutal &c. Martial. lib. 11.

Hinc exit uarium loco minutal u--. Hendecasyllabum est. Iuuenalis.

Qui Curios simulant, & Baccha -- nalia uiuunt.
Sin autem primitiua illorum penultimam breuem habent, ipsa quoq; eandem corripiunt, ut thorus, thoral: Animus, uel anima, animal, ut

Pronaq; cum spectent ani -uu malia cætera terras
Hanc regulam Priscianus tradit libro quarto.

In IL, & VL, deriuata, primitiuorum quantitatem

sequatur, quando ijs nihil praeter ultimam syllabam, ... se addunt, ut consulo, consul: Viglo, uigil &c.

M.

In M, praecedente A, unum est, nequam, quod penultimam longam habet, contra primitiui naturam, si Prisciano credimus. Vult enim is, à nequeo deriuatum esse. Plautus in Paenulo scena prima.

Vbi nequam faci uu–, –uu at clam, ne quis sit arbiter. Senarius est Iambicus.

Quae uero in VM, desinunt, uariè penultimam formant. Quaedam enim in VM, purum exeunt, ut Hostorium, armarium, diarium &c. Quaedam impurum habent, ut uestibulum, piaculum, lauacrum, candelabrū, mirtetum, rosetum, & similia. Quoniã igitur, quae in VM, purum desinunt substantiua, pleraq; I, ante VM, hñt, secundū consonantiū seriem, quae ipsum I, praecedūt, de singulis ordine agemus. Ac primum quidem ea, in quibus B, praecedit I, ex deriuatione sua noscuntur, ut connubium, à nubo, de cuius quantitate supra diximus: Prolubium à lubendo, quod u, breue habet, ut apud Terentium in Adelphis. BIVM.

Quod prolubium? ––, uu– quae istaec subita est largitas? dicam tibi. Ita enim & Donatus legit, quanquã alij, ut No. Marcel. proluuium malint. Versus autē est Trochaic. Tetram. Catalect. Neq; fortessis plura inuenies. Nam marrubium, primitiuum uidetur, quod tam a & ipsum u, breue habet ante B, ut apud Serenum.

CIVM, *Marrubi -uu um in uino potum prodesse loquuntur.*

Eodem autem modo, & quæ in CIVM, exeunt deriuata Latina, pleraq; ex primitiuis suis cognoscuntur, ut officium à facio, iudicium à iudico, indicium ab indico, & similia, quæ omnia I, breue ante C, habent, ac nota sunt. Item conuicium, à uicis, ut Festo placet, siue ut Labeoni, à uoce, quasi dicas conuocium, & titiuilicium, à Licijs, quo nomine fila putrida, & reiectitia significari uolunt, quæ à telis cadunt, quæ duo I, longum habent in antepenultima, ut Martial. lib. 3.

Lis erit, ingenti faciet conuicia -uu uoce.

Et Plautus in Casina.

Non ego uerbum empsitē istud titiuilicio --u-.

Ita enim ipse Senarium hunc lego.

Cũ quibus & Laserpicium numeres licet, siue hoc primitiuum, siue à Laser deductum accipiatur, cuius exemplum apud Catullum est hoc:

Quam magnus numerus Libyssæ arenæ

Laserpici ---u feris iacet Cyrenis &c. Et negocium, quod O, longum habet, à nec & ocium, perinde ut negligo, à nec & lego, ut docent Etymologici, factũ, Horatius lib. 2. Epist. 1.

Cum tot sustineas, & tanta negocia -uu solus etc.

Et si qua sunt similia. Quod idem & Græca ferè faciunt, ut myrmecium, à μύρμηκος. Myrothecium, à μύρου et θήκη. Pithecium, diminutiuum à πίθηκος, quo Plautus in Milite usus est, ut

Bellula

Bellulaeſt, pi – ∪ – ∪ *thecium, hæc eſt,* – ∪ – – *præ illa & ſpinthurnicium.* Vbi & Spinthurniciū, à Spinthurnix, quod auis nomen eſt, huius formæ diminutiuum eſt.

Et Corycium, antrum Parnaßi montis, à quo Corycides nymphæ apud Ouidium, quod Y, breue ante C, ponitur, ſiue hoc à Coryco dictum, ſiue pro primitiuo habendum eſt. Vt Metamorph. primo:

Corycidas nymphas & numina montis adorant.

Cuius rationis & Pyctacium eſſe puto, quod tabulam ſignificat, in qua aliquid ſeorſim notatur, ut fuerūt, in quibus Imperatores Iudicum & Decurionum nomina deſcripta habebant. Nam & hoc à Græco πυκτὶς ſiue πυκτίζω deduci uidetur.

Notabis autem hoc loco & Vinacea, orum, quod in Eum, ſi illi nominatiuum ſingularem affingas, deſinit. A, ante C, producta, ut quidem Grammatici tradunt, & ipſa etiam analogia cæterorum eiuſdem terminationis nominum teſtatur. Et Muſtaceum, pro libo ſeu placēta, cuius exemplū infrà ſub mobilib. in CEVS, ponitur.

In Dium, deriuata Latina, à uerbis ferè ueniunt, quare & uerborum à quibus deriuantur, quantitatem ſeruant. Vt Tædium à Tædet, Faſtidium à Faſtidio, quod I, longum habet. Vt in Bucolicis Virgilius: DIVM

Inuenies alium ſi te hic faſtidit A – ∪ ∪ *lexis.*

Præludium à Ludo. Cuius quantitas nota eſt. Propudium à pudet, apud Plautum in Pœnulo:

Propudium quasi –uu,–uu bella sit, quasi eã ipsi reges discupiant &c. Sic & Subsidium, et Præsidiũ à sedeo, & quæ alia his similia reperiuntur.

Græca autem in Dium, magis à nominibus fiunt, quorum tamen et ipsa quantitatem sequuntur. Vt, Exodium, ab ὁδός. Elegidium, ab Elegia. Palladium à Pallade &c. Iuuenalis Satyra 6.

Vrbicus exodi –uu o risum mouet Artellanæ etc.

Dicitur autem Exodiũ, carmen quod in egressu chori canebatur. Vt Pollux et Suidas tradunt, quod eo bis addo, quod quidam docuere, Exodium ab ἔξω & ᾠδή deductum esse, & partem fabulæ significare, quæ citra carmen peragebatur. Cui opinioni, præterq̃ quod nullę authoritate nititur, etiam syllabæ quantitas repugnat.

Persius: Non est hic Ilias Acci

Ebria uenatro, nec si qua Elegidia –uu crudi

Dictarunt proceres &c.

Virgilius 2. Aeneidos.

Palladi –uu um summæ cæsis lustralibus arcis.

Corripuere &c. Ad cuius exemplum etiam Stadium referendum puto, quod quidam ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est, à statione dictum uolunt, & Radium, quod ipsum quoq; sunt, qui deriuatum faciant. Virg.

Excussi manibus radi –uu i reuolutaque pensa & cætera.

GIVM. Quæ in GIVM desinunt, præcedente A, uel E, pleraq; ex deriuatione uocalem eandem longam habent, ut

Præsagum à Præsagus, quod A, longum habet. Vt,

Heu mens præsaga fu -vu turi &c. Apud Claudia.

Contagum à Contages, quod idem A, producit. Vt apud Lucretium lib. 4.

Quæ contage su- -vu a palloribus omnia pingunt,
Et apud Virgilium:

Ne mala uicini pecoris contagia -vu lædant &c.

Suffragium à suffragor. Horatius Epist. 20.

Non ego uentosis plebis suffragia -vu uenor.
Et sic ubiq; positum legitur. Nam quod quidam ex Ouidio idem nomen A, breui allegant, perperam fit, cum in emendatioribus exemplis Ouidij, non suffragum, sed suffugium legatur, Vt & Erasmus Rotero. annotauit, uersus est in Nuce:

Quid? nisi suffugium nimbos uitantibus essem &c.

Item, Collegium, à Collega, cuius quantitatem suprà ex Horatio probauimus. Vt,

Repetat colle vv-, -- gia sensus vv--.
Apud Prudentium in hymno exequiali. Versus est Anapæsticus Parœmiacus.

Atq; hoc modo etiam Græcum, Choragium ponendum est, cuius primitiuum Choragus q, longa Græce, χορηγός, scribitur, à χορηγεῖν, hoc est suppeditando deductum, non ut Despauterio uidebatur, ab ἄγω. Plautus in Persa:

Sed πόθεν orna -vu, -- menta, à Chora --v- go sumito. Et in Trinumo:

Ipse

Nam si me irri – –, – – taßis hodie – u, u u – lumbifragum hinc – u, u u – aufres. Ita enim ego uersum hunc metior, ut sit Tetrameter Trochaicus Catalecticus, habens sexto loco Anapæstum.

Tametsi idem Despauterius superiorem Virgilij uersum, non ut uulgo habetur, sed pro Naufragum, Naufragium, si modo recte scriptum habemus, legere uideatur. Ita enim citat eundem in dictione Scylaceum. Et simile quiddam etiam ex ueteri æditione Seruij, circa eundem locum animaduertitur. Vbi in ipso quidem textu operis, Naufragum absque I, in commentario autem, Naufragium addita I, legitur. Quod si autem in tantis authoribus tam facile immutare aliquid, aut etiam diuinare liceat, malim ego Nauifragum, quàm Naufragiū, eodem loco legere. Id quod etiam doctißimo uiro Egnatio placuisse uideo, à quo Venetiana æditio, ut quidem in fine eiusdem additum est, emendata, eodem modo & in textu & in commentario scriptum habet. Sed nihil mihi ipse in hoc sumam, neque quicquam absq; aliorum exemplo atque authoritate à me innouatum uolo, præsertim cum neque Seruius, neque quisquam eorum, qui in Virgilium scripserunt, eius uerbi mentionem faciat.

Cætera in GIVM Latina, in quibus I, uel V, præcedit G, pleraque antepenultimam corripiunt, quæ tamen & ipsa ex deriuatione sua nota sunt. Vt, Litigium à Litigo, Nauigium à Nauigo, Remigium à Remigo, Perfugium, Refugium, Confugium, &c. à fugio. Coniugium

à Con-

à Coniugis, seu Coniugo, & similia. Quo pacto & Prodigium ponitur, siue hoc, à procul agendo, siue, ut Calepino placet, à porrò & dicendo, quasi quòd longe & in futurum significet, atque præmoneat, dictum accipiamus. Vt, Aeneidos 3.

Prodigi – ∪∪ um canit, & tristes denunciat iras.

Notantur tamen Fastigium, & Vestigium, ex quibus Vestigium, primitiuum Vestigo sequitur. Vt,

Et gradiens ima uerrit uestigia – ∪ ∪ cauda.

Tertio Georg. Et:

Ilicet ignis edax summa ad fastigia – ∪∪ uento Voluitur. Aeneid. 2.

Græca autē quæ in Gium desinunt, omnia ex primitiuis spectanda sunt, ut et cætera huius formæ, siue composita, siue deriuata. Vt, Elogium O, breui à λόγος. Vropygium siue Orrhopygium. Y, longa, à πυγή, quo nomine Martialis usus est, libro 3. Vt,

Et anatis habe ∪∪∪, ∪∪∪ as Vropy – – ∪ – gium macræ. Scazon est. Et quæ ab ἀγωγός ueniunt. Vt Pædagogium, seu potius Pædagogeum (Nam Græcè παιδαγωγεῖον scribitur) O, longa. Vt apud eundem libro 12.

Crinitæ, line Pædago ∪ – ∪ – ge turbæ. Nam à Pædagogo, Pædagogeum dicitur, ut cætera quoq; comprehensiua ab ijs, quæ comprehenduntur.

LIVM In LIVM deriuata Latina, quæ O, uel V, ante L, habēt, fermè producuntur. Vt Capitolium, Peculium,

Edu-

Edulium, quod ultimum ex deriuatione sua notum quoque est. Virgilius Aeneidos 9.

Dum domus Æneæ, Capitoli im – ‿ – mobile saxum &c. Idem 1. Ecloga:

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi – –.

Horatius 2. Sermonum 4. Satyr.

Vinea submittit capreas non semper edules – –, ab hoc enim Edulium formatur.

Atque hanc quantitatem & Græca in Lium, uel Leum, à uerbo πωλῶ deriuata, imitamur. Vt, Pharmacopolium, Thermopolium, Myropolium, & similia, quorum exempla suprà aliquot posuimus, circa regulam de uocalibus.

Cordolium autem, quod compositum magis, quàm deriuatum simplex dicendum, Primitiuum Doleo, seu Dolor, sequitur. Vt apud Plautum in Pœnulo:

Sed ubi exempla ‿‿ –, – ‿ conferuntur – ‿ – – meretricum alia ‿‿ –, ‿‿ –, tum ibi tibi ‿‿‿, ‿

Erit cordolium – –, ‿‿ – si quam ornatam – –, – – melius forte a ‿‿ –, – – spexeris. Ita enim hi uersus scandendi uidentur, ut prima syllaba posterioris, cum fine præcedentis connectatur, id quod sæpè fieri, suprà quoque ostendimus.

Sic & Epistolium, ab Epistola, de cuius quantitate suprà diximus.

Quam rationem & in alijs obseruabis, si quæ alia fortè incident, ubi compositio, aut deriuatio mani-

manifesta, diuersum à regula suadebit. Quod hic in uni uersum admonitum uolo, ne mihi deinceps eadem cantilena sæpius repetenda sit.

In LIVM, autem in quibus I, præcedit L, antepenultimam, ut plurimum, correptam habent. Vt Auxilium, Supercilium. Virgilius 1. Aeneidos.

Auxili -υυ o tutos dimittam, opibusq; iuuabo.

Iuuenalis Satyra 6.

Grande supercili -υυ ũ & numeras in dote triamphos. Sunt autem & horum pleraque talia, ut ex Primitiuis suis, facile dijudicari queant. Vt Consilium à Consulo, Exilium ab Exulo, Peruigilium à Vigilo, Domiciliũ, à Domo, ut uidetur, colenda, et his similia.

ALIVM. Sunt autem & Græca in Lium, in quibus A, præcedit L. Vt Coralium, Sandalium, Condalium &c. quæ diminutiuorum formam habent, & A, quantum ego sentio, natura corripiunt, ut in his exemplis.

Nunc quoq; Corali -υυ is eadem natura remansit.

Ouidius 4. Metamorpho. Et:

Vtinam tibi com υυ-, υυ- mitigari -υ-- uideam sandali υυ-, -υυ o caput. Terentius in Eunucho. Et:

Inter cós ne homi -υυ, -υυ nes condalium --, υυ- te redipisci -υυ, -- postules. Plautus in Trinumo. Reperiuntur tamen priora duo etiam longa A, posita, Vt apud Claudianum de nuptijs Honorij:

Mergit se subito uelliitq; Coralia -υυ Clotho,

Vbi

Vbi duplici ll, plerique scribunt, Corallia. Et in Carmine de obitu Mecœnatis, quod inter Virgliana refertur:

Argemata tuos etiam sandalia –υυ *talos*
Vinxerunt &c.

Quare Despauterius hec uariari dicebat. Sed ego naturam horum & similium esse puto, ut corripiantur non minus quàm cætera Græca in αλεΘ-, *adiectiua, ceu sunt* σμερδαλέος, ἀργαλέΘ-, *& similia, ut apud Homerum:*

Σμερδαλέ –υυ, ον κονάβησε *&c. Et apud Aristophanem in Pluto:*

ὡς ἀργαλέον ––, υυ– πρᾶγμ᾽ ἐςὶ, ὦ ––
υ– Ζεῦ καὶ θεοὶ ––υ–, *quo modo & author Priapeiorum Merdaleon, Grecorum exemplo finxit. Quod autem superiora illa etiam longa A, ponuntur, id Ectasi tribuendum censeo, quam poëtæ liberius ac familiarius aliquanto in ijs admittere solent, in quibus Liquida aliqua uocalem sequitur. Quippe quarum ea natura atque potestas est, ut non modo eas uocales, quæ per se communes sunt, interdum extendant, interdum corripiant, sed & illas, quæ natura sua breues sunt, sæpenumero produci faciant. Cuius rei exempla sunt, Me in* μέλΘ-. *Homerus in hymno Mercurij:* *Liquidarum potestas.*

Ιμερόεν κονάβησε, θεὸς δ᾽ ὑπὸ μέλΘ- ἄ –υυ
εισεν *E. in* Ελώρια. *Idem Iliad. primo:*

Ηρώων, αὐτοὺς δ᾽ ἑ –– λώρια τεῦχε κύνεσσιν.
O, in Αἴολος. *Idem Odysseæ 10.*

Δῶρα παρ' αἰό -- λου μεγαλήτορος ἱππο-τάδαο &c. Quod exemplum & Latini imitati sunt. Ut in nomine Cybele, quod nunc longa media, nunc breui positum reperitur: Breui, ut apud Claud. 3. de raptu:

Procul irrita uenti

Dicta ferãt, subicit Cybe -∪∪ le, non tanta Tonãti

Segnities &c. Longa autem, ut Aeneidos 10.

Occurrit comitum nymphæ quas alma Cybele --.

Ubi rursum alij duplex ll, scribunt, scilicet ut uocali natura breui, positione subueniant. Item in dictione Melos apud Persium in Prologo:

Cantare credas Pegasenium melos ∪--∪. Scazon est, de quo etiam alibi diximus. Et in dictione Philomela, quam ego à canendi studio dictam existimo, non à pomis, ut quidam sibi persuadent: Martialis:

Flet Philomela ne -∪∪ fas incesti Tereos, & quæ

Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Quam potestatem ac uim, liquidæ, præcipue L, R, & N, suo quasi quodam ac proprio iure sibi uendicare uidentur, quemadmodum rursus eædem etiam syllabas alioqui longas, puta, in quibus ipsæ geminæ ponuntur, facile corripi patiuntur. Ut uidere est in Ille, Omnis, & similibus, quorum priores, sæpenumero apud Comicos pro breuibus ponuntur, quam rem Parellipsim Grammatici uocare solent, de qua itidem supra diximus. Sed de his hactenus.

Sunt

Sunt præterea & quæ in YLIVM *desinunt Græca, quæ ipsa quoque diminutiuorum speciem præ se ferunt. Tale est Conchylium, piscis genus, quem & Muricem & Sarram ut Calepinus tradit, appellant, quod* Y, *ante* L, *longum habet. Vt apud Iuuenal. Satyra* 1.

Horũ ego non fugiam Conchylia? –uu me prior ille Signabit? &c.

In MIVM *quod desinat, substantiuum deriuatum, nullum scio. Nam Crustumium proprium fluuij, primitiuum esse uidetur, habetq; breuem antepenultimã. Vt,*

Crustumi –uu umq; rapax, & iunctus Sapis Isauro &c. Apud Lucanum libro 2.

In NIVM *uel* NEVM *deriuata Latina, in quibus* A, E, O, *uel* V, *præcedit* N, *antepenultimam longam habent. Vt Ganeum, quod à γῆ deriuatum uolunt, propterea, quòd loca illa humi et in terra ferè sunt, non ut Cœnacula superius. Terentius in Adelphis:* NIVM.

Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum --uu.

Splenium à Splene, ut placet etymologicis, quod splenis similitudinem referat. Martialis lib. 2.

Et numerosa linunt stellantem splenia – u u fronte.

Mœnia, quod plurale tantum est, à muniendo, quod ex diphthongo sua notum est. Munia, quod itidem plurale est, à Munis, à quo & Immunis & Communis facta sunt. Ieiunium à Ieiunus, cuius media longa est. Horatius:

Ieiu -- nus stomachus rarò uulgaria temnit &c.

Et quæ in MONIVM *desinunt. Vt,* Testimonium, Vadimonium, Matrimonium, Patrimonium, *et similia. Iuuenalis Satyra 12.*

Non propter uitam faciunt patrimonia -uu quidã, Sed cæci uitio propter patrimonia uiuunt.

In quibus illud etiam obseruandum, quòd eæ quoq; syllabæ, quæ antepenultimam antecedunt, ex analogia inter se pari corripiuntur.

Porrò huius terminationis & Græca multa sunt, Vt, Obsonium, Parazonium, Dæmonium, *& quæ in* Ειον *exeunt.* Vt, Teloneum, *& similia, ex quibus* Obsonium O, *longum habet in antepenultima.* Vt *apud* Ausonium *in* Mosell.

Stridentesq; focos obsonia -uu plebis Alausas etc.

Cætera autem pleraque ex Primitiuis iudicantur, ut Parazonium *à* Zona, Dæmonium *à* δαίμων. Teloneum, *ab* ὠνεῖν *siue* ὠνή &c.

Notantur tamen locorum propria quæ siue deriuata, siue primitiua dicenda sunt, plerunque O, *breue habent ut,* Paretonium, Pelethronium. Vt:

Quaq; Paretoni -uu oglomerarit littore turmas &c. Silius libro 3. Et:

Frena Pelethroni -uu i Lapithæ, gyrosq; dedere. Virgilius 3. Georg. *Vbi* Pelethronius *possessiuum à* Pelethronio *est, quod oppidum Thessaliæ fuit.*

Ocinium: *At quæ in* CINIVM *desinunt, præcedente* O, *ea penulti-*

nultimam & antepenultimam breuem habent, syllabam autem, quæ antepenultimam antecedit productam. Vt, *Latrocinium, Lenocinium, Tyrocinium,* Patrociniū, *& similia.* Horatius lib. 1. Sermo. Satyra 5.

Cum dicas esse pares res.

Furta latrocini –∪∪ is, & magnis parua mineris &c. Manilius libro 5.

Et *Lenocini –∪∪ um uitæ præsoniq; uoluptas &c.* Idem libro primo:

Nec Tyrocini –∪∪ o peccet, circumq; feratur etc. Et Ouidius primo Tristium:

Causa patrocini –∪∪ o non bona maior erit.

Cætera in inium, *ex deriuatione ferè cognoscuntur.* Vt, *Gallicinium, à Cano.* Delphinium *loci nomē, à* Delphin, *Delphinis.*

Notatur Lauinium, *quod ab uxore Æneæ Lauinia dictum, utroque modo positum reperitur, ut*

Vrbem & promissa Lauinij ––

Mœnia. Aeneidos primo. Et:

Et populus Laurens, Lauini –∪∪ umq; meum. Ouidius 6. Fastorum.

Quo pacto & Triclinium uariari uidetur, à κλίνη *deriuatum* Vt:

Nunc iam luxuriæ pars, & triclinia –∪∪ templis Concertat &c. Manilius libro 5. Et:

Sunt cuppæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ Triclini –∪∪ umbrosis frigida harundinibus.

In Copa, quod carmen Virgilio ascribitur. Vbi Despauterius quidem putat mendosum esse uersum. Ego autem ad liquidarum naturam refero hoc, & similia, perinde ut & superiora. Tametsi productio in cæteris omnibus, quæ ab eadem uoce κλίνη ueniunt, ut sunt Hexaclinon, Architriclinus, & similia, frequentior est.

Taurominium autem, quod ipsum quoque breui I, ponitur in antepenultima, Græcè ταυρομένειον per ε, scribitur apud Stephanum, quare de correptione eius non est disputandum. Lucanus libro 4.

Tauromi – υ υ nita – – nam uincunt feruore Charybdim.

PIVM. In PIVM deriuata ex primitiuis suis æstimāda sunt. Vt, Municipium à Municipis, Participium à Participis, Principiū à Principis, Aucupium ab Aucupis etc.

Sic & Græca Sinapium à σίνηπι, Conopium à κώνωψ κώνωπος, Coliphium à κῶλον & ἶφι, quod mēbra confortet. Marsupium, à μάρσυπος. Cuius uocis & Suidas meminit, nisi quòd apud illum non μάρσυπος, sed μάρσιπος per ἰῶτα scriptum est. Et si qua sunt similia. Columella libro 11.

Seq; lacessenti fletum factura synapis – υ &c.
Vbi fœminino genere posuit, quod alij neutro solent. Propertius libro tertio:

Fœdaq; Tarpeio conopia – υ υ tendere saxo.
Iuuenalis Satyra sexta:

Luctantur paucæ, comedunt colliphia – υ υ paucæ,

cæ, &c. Plautus in Persa:

Marsupium habe --, uuu at, inibi paulum præsi dij. Senarius est Iambicus. et Prudentius in Psychom.

Tineis etiam marsupia. - uu crebris
Exesa, & uirides obducta ærugine nummos &c.

In QVIVM deriuata, originem suam sequuntur. Ut Colloquium, Alloquium, Eloquium &c. à Loquor. Deliquium à Deliquus, I, breui, quo Plautus usus est in Captiuis, ut Quium.

Hoc si secus reperies, nullã caussam dico, quin mihi
Et parentum, & ---- libertatis a ---uu pud te deliqui ---uu o fiet -uu. Versus Trochaicus Catalecticus est. Primitiuum eius apud eundem in Casina ponitur. Ut,

Siue amet, siue quod lubet, id faciat, quando tibi nihil domi
Deliquom est. Sa - u - u tin' sana es? nam tu quidem aduorsus tuam &c. Videtur autem significare Deliquum esse, idem quod deficere. Unde et Deliquium idem quod defectus est.

In RIVM præcedente A, uel O, deriuata Latina, antepenultimam producunt. Ut, Armarium, Viuarium, Granarium, Diarium, Mortarium, Salarium, quod stipendium siue mercedem significat, & similia. Horatius Epistola 14. RIVM.

Cum seruis urbana diaria - u u rodere mauis.

Iuuenalis Satyra 7.

Et quæ iam ueteres sanant mortaria –υυ *cæcos*.
Martialis libro 3.

Nihil stropha υ–υ– *rum est iam sala* ––υ–
rium dandum est υ–––. Choriambicus est

Item *Prætorium*, *Hostorium*, *Tentorium*, *Tectorium*, *Ciborium* &c. Lucanus libro primo.

Deseruere cauo tentoria –υυ *fixa Lemanno* &c.
Persius Satyra 5.

Quod solidum crepet, & pictæ tectoria –υυ *linguæ*. Horatius libro Carm 2 Ode 7.

Obliuioso læuia Massico
Ciboria ex υ–υ– *ple, funde capacibus*. Epionica Alcaica sunt.

Notetur *Supparium*, quod à *Supparus*, siue *Supparum* fit, quo uelum tenue, ad tegendas scenas significabatur, & si qua alia eius generis diminutiua. Iuuenalis Satyra 8.

Vocem Damasippe locasti
Suppari –υυ *o, clamosum ageres ut phasma Catulli* etc.

Notentur & Græca. Vt, *Castoreum* & similia, quæ primitiuorum quantitatem sequuntur, ut 1. Georg.

Virosaq; pontus
Castore –υυ *a, Elias tū palmas Epirus equarū* etc.

Eodem pacto & quæ I, ante R, habent in hac terminatione, antepenultimā producunt. Vt, *Equiria*, plurali numero, Ludi genus apud Romanos. Ouid. 4. Fasto.

Altera gramineo spectabis Equiria –υυ *campo*.

Suspi

Suspirium, quod ex deriuatione quoq; cognoscitur. Est enim à uerbo suspiro, cuius media longa est, ut & caeterorum à spiro compositorum.

Ouidius primo Metamorph.

Nec mutua nostris
Dictis refers, alto tantum suspiria -uu ducis
Pectore &c.

Delirium, quod itidem primitiui quantitatē sequitur. Lucretius libro tertio.

Saepe animus dementit enim, deliraq; -uu fatur.

Et Collyrium, quod y, ante r, habet, ex Graeco κολλού ριον, ut quidam uolunt, translatum. Hor. saty. 5. li. 1.

Hic oculis ego nigra meis collyria -uu lippus
Illinere &c.

Cui tamen diuerso modo plēmyrium, quod ipsum quoque Graecum origine est, Virgilius posuit Æneid. 3. ut

Plemmyri -uu um undosum, nomen dixere priores
Ortygiam &c.

At quae E, uel V, ante Rium, habent, pleraq; antepenultimam corripiunt, ut Ministerium, puerperium, magisterium, imperium, augurium, & similia, quorum tamen pleraq; ex deriuatione sua nota sunt.

Virgilius primo Æneid.

Ni frustra auguri -uu um uani docuere parentes. Idem Æneido. sexto.

Imperi -uu um terris, animos aequabit olympo.

Catullus.

Cum mea ridebunt uana magisteri -uu a &c.
Ad quem modum & arbitrium ponitur, ut
Quem penes arbitri -uu um est, & uis & norma loquendi. Horatius in Arte.
Excipitur dicterium, quod scomma significat. Martialis libro sexto.
Omnibus arrides, dicteria -uu dicis in omnes.
Et Lemuria. Ouidius quinto Fasto.
Ritus erit ueteris nocturna Lemuria -uu sacer.
Excipiuntur & Græca eiusdem formæ, ut mysterium, psalterium, cœmiterium, phrontisterium & similia. Hæc enim Græcè per η, scribuntur, μυςήριον, ψαλτήριον, κοιμητήριον, φροντιςήριον, &c.
Ausonius ad Theonem.
Accipe cōgestas mysteria -uu friuola nugas. Virg. in Ciri. Nō arguta sonant tenui psalteria -uu chorda &c. Quo modo & arterium, quod aliàs fœminino genere arteriam dicimus, Lucret. lib. 4. posuit, ut
Facitque
Asperiora foris gradiens arteria -uu clamor &c.

SIVM. In SIVM, deriuata, pleraq; Græca sunt, ut gymnasium, symposium, carchesium, Megalesia, Brundusium, Canusium &c. Quorū alia ex deriuatione nota sunt, ut symposium, quod eadem ratione correptum o, habet qua suprà sympotes, posis, & cætera eiusdem uerbi deriuata. Et gymnasium, quod penultimam uerbi γυμνάζω retinuit. Cuius exemplum etiam apud Martialem

lem extat libro tertio, ut

Gymnasi -vu um, thermæ, stadiũ est, hac parte recede &c. Alia autem scriptura & exemplis probantur. Virgil. Æneid 5.

Hic duo ritè mero libans carchesia -vu Baccho,

Ouidius quarto Fastorum.

Institeram quare primi Megalesia -vu ludi.

Horatius satyra quinta.

Brundusi -vu um longè finis, chartæq;, uiæq;.

Idem eadem.

Nam Canu -vu si lapidosus, aquæ non ditior urna &c. Quæ duo Græcè βρεντέσιον, alterum: alterũ κανύσιον, scribuntur, quanquam dubitari poßit, utrũ primitiua an deriuata sint.

Aruisium quoq; promontorij nomen, siue primitiuum, siue deriuatum censendum est, I, longum ante S, habet, ut apparet ex adiectiuo Aruisius, a, um. Virgilius in Daphnide.

Vina, nouum, fundam calathis Aruisia -vu nectar.

In TIVM, præcedente A, pleraq; à uerbis ueniũt prima coniugationis, quorũ etiam quantitatem retinent, hoc est, a, longũ, ut solatiũ à solando, palatium à palando. Inde .n. Palatinum montem dictũ uolunt, à principio, uel q, Palantes Arcades cũ Euandro ibi primũ consederint, uel etiã quia pecudes ibi palare, hoc est, uagari consueuerint. Propertius lib. 4. de Herc. & Caco. ATIVM

Venit ad inuictos nemorosa palatia -vu montes

Et

Et statuit fessos fessus & ipse boues. Martialis.

Inde sacro ueneranda petes palatia – ∪∪ *cliuo.*

Nam prima huius uocis uariari solet, siue hoc ectasi tribuendum, ut in Coralio, Italia, *& cæteris, siue dipla siasmo, quod quosdam malle uideo, qui quoties extendum, geminum ll, scribunt.*

Cætera in TIVM, *ex primitiuis ferè cognoscuntur, ut* Repotium *à potu.* Horatius lib. 2. Serm saty. 2.

Ille repotia – ∪∪ *natales, aliosúe dierum &c.*

Initium, ab initiando, quo uerbo Terentius *utitur in* Phormione, *ut*

Vbi initia ∪∪∪, ∪– *bunt, omne hoc mater auferet.*

Idem in Hecyra.

Nequeo mearum ∪∪–, – – *rerum initium ul* –∪, ∪∪– *lum inueni* –∪–∪ *re idoneum &c. Ita enim uulgò distinguunt, ut sit* Trochaicus Tetrameter.

Et rursum in eadem fabula.

Hic adeò his re –∪∪, – – *bus annulus* ∪–∪– *fuit initi in* ∪∪∪∪, ∪– *ueniundis* ∪∪– –. *Catalecticus est* Tetrameter Iambicus. *Quæ exempla eò hic addo, ut admoneam perperam legi in* Carmine de ludo, *quod inter* Virgiliana *refertur:*

Initio furijs ego sum tribus addita quarta.

Item sodalitium, à sodalitas. Seruitia, quod pluraliter ferè usurpatur, à seruitus, cuius penultima breuis est, ut apud Terentium *in* Andria.

Vt semper tibi

Apud

Apud me iusta & clemens fuerit seruitus --u- &c.
Caluitium, quod & caluicies dicitur, & eodem modo ut quae in TIA, desinunt, antepenultimam breuem habet, & similia. Quo pacto & comitium, à con, & itū, poni posse puto, contra Despauterium, qui longum I, ante T, nomen hoc habere tradebat, exemplo ex Silio perperam adducto, ut suprà ostendimus.
Et uitium, quod siue à uito, siue aliunde deductū est, I, ante T, breue habet, ut

Virtus est, uiti -uu um fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse &c.

Et psimmythium Graecum, quod cerussam significat, quod eodem modo corripi puto, ut λημνύθιον, analogia adductus uidelicet, quanquam apud Suidam ψιμμύθιον, per ἰῶτα, scriptum reperiam.

De conuitio & titiuilitio, quae ipsa quoq; per t, scribuntur, suprà dictum.

Notatur autem hoc loco & multitia, quod plurali tantum numero dicitur, I, ante T, longa, quo nomine uestis, siue πολύμιτος, siue tenera et mollis, ut quidā malunt, à mulcendo dicta, significatur. Iuuen. Saty. 6.

Sed quid
Non facient alij, cum tu multitia -uu sumas? &c.

In VIVM, deriuata, praecedente V, ferè corripiunt antepenultimam, ut diluuium, impluuium &c. VIVM.
Ouidius primo Metamorph.

Ergo ubi dilului -uu o tellus lutulenta recenti
&c.

&c. Terentius in Phormione.

Anguis per impluui -υυ, -υυ um decidit --υ- de tegulis υ-υ-. Vbi S, in anguis elidendum. Sic et Sympunium, quod alij sympinium, à πίνειν alij sympiuium, mutata n, in u, legunt, apud Iuuenalem satyra sexta.

Sympuui -υυ um ridere Numæ, nigrūq; catinum &c. Vas est uinarium, quo in sacrificijs utebantur. Et Lanuuium, loci nomen, siue hoc deriuatum, siue primitiuum potius. Propert. libr. 4.

Lanuui -υυ um annosi uetus est tutela draconis &c. Et Horatius 3. Car. Ode 27.

Raua decur -υ-- rens lupa La -υυ- nuuino υ--. Sapphicum est.

Cætera in Vium, longam ante u, uocalem ex deriuatione ferè habent, ut suauium, à suauis: conuiuium, à uiuo &c. Catullus.

Sed nunc id doleo, quòd puræ impura puellæ
Suauia coniunxit spurca saliua tua.

Virgilius quarto Æneid.

Nunc eadem labente die conuiuia -υυ quærit etc. Nam Patauium loci nomen, & Simbriuium, quod fluuij proprium est, primitiua uidentur, eoq; etiam antepenultimam correptam habent, ut Æneidos primo.

Hic tamen ille urbem Pata -υυ uij, sedesq; locauit, &c. Et Silius libro octauo.

Quiq; Anienis habent ripas, gelidoq; rigantur

Sim-

Simbriui - vv o, rastrisq; domant equicola rura.
Atq; hæc de ijs, quæ in VM, *purum desinunt. Quæ uero consonantem ante* Vm, *habent, ex ijs, quæ in* Cum, *desinunt, mobilia pleraq; sunt, aut ex mobilibus substantiua facta, ut* Noricum, Illyricum, *uiaticum, & similia, quæ mobiliũ analogiã seruant, de quibus infrà dicetur.* CVM.

Huc pertinere uidentur & Barbara locorum nomina, qualia sunt Arenacum, Durlacum, Tornacum, *& similia. Nam & hæc similitudinem inter se quandã habent, & penultimam producunt, perinde ut Sarracum, cæteraq; huius formæ, tam primitiua, quàm deriuata. Sarraci exemplum habes apud Iuuenal. Saty. 5.*
Frigida circũagunt pigri Sarraca Bo - vv otæ etc.

In GVM, *nulla sunt deriuata, ut neq; in* BVM, *præterquam Barbara illa locorum, cum Mago composita, ut sunt:* Neomagum, Breucomagum, Borbetomagum, *De quorum quantitate nihil certum afferri potest, sed tamen productionem magis, quàm correptionem propter Germanicam diphthongum, quæ est in uerbo* Mãgen, *ipse probarim.* GVM.

In LVM, *præcedente syllaba* Bu, *siue à uerbis, siue à nominibus deriuata fuerint, siquidem ante* Bu, *uocalem* A, *habuerint, eandem producunt, penultimam aũt syllabam corripiunt, ut uenabulum, tintinabulum, acetabulum, cunabula, quod plurali numero tantum dicitur & similia.* Virg. 4. Æneid. LVM.
Retia rara, plagæ, lato uenabula - vv ferro. Et Æn. *tertio.*

Mons

Mons Ideus ubi, & gentis cunabula nostræ &c.
Quorum exemplo & pabulum ponitur, a, longa, à pa*scendo, ut uidetur, dictum.* Virgil. 1. Æneid.

Priusquam
Pabula -vv gustassent Troiæ, Xantumq; bibissent.
Excipitur a regula stabulum, quod ut cætera, à sto, quæ b, in penultima habent, a, corripit, ut Æneid. 6.
Itur in antiquam syluam, stabu -vv la alta ferarū &c. Sin autem per I, faciunt antepenultimam, utranque tam antepenultimam, quàm penultimam correptā habent, ut patibulum, prostibulum, thuribulum, uestibulum, & similia. Idem Æneid. 2.
Vestibu -vv lū ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus Exultat &cæt.

In LVM, præcedente syllaba cu, quæcunq; in antepenultima a, habent, siue à uerbis, siue à nominibus deriuata sint, eandem antepenultimam producunt, penultimam autem corripiunt, ut oraculum, miraculum, habitaculum, tabernaculum, tomaculum &c.
Iuuenalis satyra decima.
Exta & canduli diuina tomacula -vv porci.
Cætera nota sunt.

In quibus autem I, præcedit Cu, ea, si à uerbis quartæ coniugationis descendant, I, longum habent, ut periculum, amiculum, redimiculum & similia.
Virgilius nono Æneidos.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula -vv mitra &c.

træ &c. Sin aliunde, quàm à uerbis quartæ coniugationis ueniunt, coripiunt pariter & antepenultimam, & penultimam, ut uerriculum. diuerticulum, perpendiculum, curriculum &c. Horat. 1. Oda.

Sunt, quos curri ‒ ‒ ‒ ᴗ culo puluc ᴗ ‒ ‒ ᴗ rem olympicum Collegisse iuuat &c. Asclepiadeum est.

Cætera in LVM, *præcedente* V, *Latina, qualicunq; uocali aut consonante, in antepenultima existente, penultimam quidem corripiunt omnia, antepenultimã autem pro ratione primitiui longam uel breuem habent, ut ferculum, epulum, speculum, quod à specio est, stragulum, quod à stratum, & similia. Iuuenal. sat. 2.*

Ille tenet specu ‒ ᴗ ᴗ lum pathici gestamen Othonis.
Martialis in Xen.

Stragula ‒ ᴗ ᴗ purpureis, lucent uillosa tapetis.
Ad quam rationem quidam & torculum pertinere uolunt, quod à torqueo deriuatum uidetur, cuius tametsi exemplum non legerim hactenus, ipsa tamen analogia eòdem me quoq; impellit.

De *diminutiuis in* Olum, *suprà dictum, quam rationem & alia illis similia sequuntur.*

Cæterum uidetur hoc loco & Græcum Idolum *notandum esse, quod* Prudentius, Arator, *& alij quidam, qui sacra tractarunt, perperam posuerunt, nam penultimam eius corripuerunt, cum Græcè per ω, magnũ scribatur, ut apud Homerum Iliad. 23.*

Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων &c.

NVM. In NVM, quae desinunt, praecedente I, uel O, deriuata Latina, penultimam producunt, ut salinum, donū, & si qua sunt similia. Persi. Satyr. 3.

Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum

v-v. Virg. 3. Æneid.

Dona de-vv hinc auro grauia, sectoq; elephanto.

Quo pacto & locorum nomina quaedam ponuntur, ut Theanum, Arpinum, Aquinum, Lugdunum, Lupodunum, & alia quaedam. Horatius prima Epist.

Fecerit auspicium, cras ferramenta Theanum -v.

Tolletis fabri &c. Iuuenal. saty. 8.

Arpi -- nas alius, Volscorū in monte solebat &c.

Idem satyra prima.

Aut Lugdunen -- sem rhetor dicturus ad aram.

Ausonius in Mosella.

Hostibus exactis, Nicrū super & Lupodunū -v.

Addidi autem deriuata Latina. Nam Graeca & primitiua, plerunq; breue I, in penultima habent. id quod suprà quoq; monui, ut Galbanū, myrobalanum, Ariminum, quod inter locorum nomina excipitur, Apyrinū, Succinum, & id genus alia, ut

Caerulea indutus scutulata & Galbana -vv rasa.

Iuuenalis. Et

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus.

Hoc ex unguento constat, & ex balano.

Martialis in Apophor. Item.

Vicinūq; minax inuadit Ariminū et -vv ignes. Lucan. libro 1. Et

Lecta suburbanis mittuntur Apyrina – uu ramis etc.
Iuuenalis satyra sexta.

In cuius manibus ceu pinguia succina – uu tritas
Cernis Ephemeridas &c.

Quæ exempla eò addere soleo, quòd plerunq; adolescentes & rudiores in talibus, similitudine deriuationis decipiuntur.

Notantur hoc loco & quæ in GNVM, exeunt, quæ Priscianus ad superiora refert, & uult penultimam omnia talia habere longam, ut sunt Stagnum, regnum, signum, & similia, quod ideo hic monendum putaui, ne quis pro syllabis communibus haberet horum priores, in ijs mutam liquida sequatur.

In QVVM, quoq; deriuatũ quoddam est: Siliciquum, quod tamen & Siliquus, masculino genere à quibusdam dicitur, quod quartam unciæ partem significat, dictum ab eo, quòd secet semiunciam, ut ait Sextus Pompeius. Fannius de ponderibus. Quum.

Sicili – uu quumq; tibi mystro simulare licebit.

In RVM, præcedente uocali, deriuata non facilè inuenies, nisi Græca, ut Δῶρον, & si qua similia. Cũ quibus fortasse et Butyrum connumerare licebit, nisi quòd hoc compositum magis, quàm deriuatum propriè dicendum. Huius penultimam ex iunioribus quidam corripuerũt, ut Valgius, quem Despauterius citat, hoc uersu. *Lac niueum: buty – uu rumque nouum, cum melle comedit &c.* RVM.

Sidonius autem, & qui ad etymologiam nominis magis respexerunt, eandem produxerunt, ut

Infundens acido comam butyro υ--. *In Epigrammate ad Catullinum* Nam & ueteres ubiq; nomen τυροῦ, unde τὸ βούτυρον, compositum uolunt, priore longa posuere, ut Theocritus Idyll. 11.

Τυρὸς -- δ' ου λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ. Et Eurip. in Cyclope, citãte Athenæo li. 14.

Καὶ τυρὸς ὀπὶ --, υυυ ας ἐστὶ καὶ διὸς γάλα.

Item Simonides apud eundem:

Ενταῦθα μὲν τοι τυρὸς ἐξ --υ- Αχαΐας &c.

Tametsi mihi neq; Sidonij exemplum per omnia probatur, erat enim prima quoq; syllaba producenda, non minus quàm prima in Bucolus, Bucerus, et similibus. Sed hanc figuram ipsius authoritati condonemus.

In RVM, præcedente B, pleraq; penultimam longam habent, siue A, siue V, in eadem habuerint, ut Velabrum, Lentilabrum, candelabrum, delubrum & similia, Martialis.

Esse uides lignum, nisi serues lumina, fiet
De candela -- bro magna lucerna tibi.

Virgilius Æneidos primo.

Nos delubra de -υυ ũm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies &c.

At in quibus E, præcedit B, corripiunt penultimã, ut Terebrum, cerebrum, & similia Terebri exemplum habes in uerbo terebrare, ut Æneid. 2.

Aut

Aut cere – ∪∪ brare cauas uteri, & tẽtare latebras
Cerebri in dictiõe cerebrosus, quo Horat. usus est Sat. 5
Sentimus, donec cere –∪∪ brosus prosilit unus.
In Rum, præcedente C, quæ A, uel V, habent ante C, ple runq; ex deriuatione eandem uocalem producunt, ut lauacrum, simulacrum, inuolucrum, & similia. Sunt. n. à lauatum, simulatum, & inuolutum deducta, quorum quantitas nota est.

Lucrum autem corripitur, siue id primitiuum, siue à uerbo luo, deriuatum dicendum, ut
Sperne lu – ∪∪ crum, uexat mentes uesana libido &c.

In Rum, præcedente T, quæ A, in penultima habẽt, si sint deriuata à uerbis, A, producunt, ut aratrum. Virgil. 5. Æneid.
Interea Æneas urbem designat aratro – –
Quo pacto ueteres ubiq; ferè nomen hoc posuerunt. De qua re & suprà memini. Quanquam rursum non ignorem Græcè ἄροτρον, ο, breui dici. Quæ ratio Sidonium & Rigam defendit, qui breui A, idem nomen posuere, quòd illud ex Græco traductum magis, quàm à Latino uerbo deriuatum uoluerunt. Quare neq; de hoc anxiè cum quoquam contenderim, etiamsi suprà diuersius paulò tradiderim. Nisi quòd censeam Latinorum ueterum authoritatem non facilè negligendam, aut absque exemplis illorum quicquam temere nouandum esse.

Huic simile est Veratrum, quantum ad quantitatem attinet, nam alioqui neq; uerbale, neque fortaßis etiam

deriuatum omnino est. Persius satyra prima.

Non hic est Ilias Accij

Ebria uera -- tro &c. Et Græcũ theatrũ, quod à uerbo θεᾶσθαι uenit. Horatius primo Ser. saty. 10.

Neu redeunt iterum atq; iterum spectanda theatris.

Barathram autem contrà breuem penultimã natura habet, ut apud eundem lib. 2. Serm. Saty. 3.

Quid enim differt bara -uu thró ne

Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis &c.

Eodem modo & Marathrum, quod Latini fœniculum dicunt, cuius exempla apud Serenum ubiq; obuia, ut

Semina uel Mara -uu thri fœtæ cum lacte capellæ

&c. Sed hæc cum primitiuis magis numeranda erant.

In TRVM, uocali E, uel O, præcedente, Græca pleraq; sunt, ut Pheretrum, pyrethrum, psylotrum &c. Quorum priora duo, ut & cætera eius formæ pleraq; penultimam corripiunt, scribuntur enim Græcè per ε, ψιλὸν, ut Æneid. 11.

Sed uenit in medios, phere -uu tro Pallãta reposto

Procubuit super. Hinc & Iouem Pheretrium, siue Feretrium dictum uolunt, de quo Propert. lib. 4.

Hinc Fere -uu trij dicta est ara superba Iouis.

Macer, siue Morobodeus de Herbis.

Est pyre -uu thrũ calidum, siccũq; & quartus in illo

Est gradus etc. Psilothrum autẽ O, longum habet, quòd á ψιλῶσαι, deriuatum sit, ut apud Martial. lib. 6.

Psilo -- thro nitet, aut acida latet oblita creta &c

Quare

Quare ubiq; diligenter inspicienda est Etymologia, et à quo primitiuo, unumquodq; deriuatū proxime descēdat

In TVM, deriuata Latina, siue A, siue E, siue quā aliam uocalem in penultima habuerint, eandem producunt, ut Lupatum, foliatum, oletum, rosetum, aconitū, deltotum, uerutum & similia. Virgil. in Georg. TVM.

Prensiq; negabunt

Verbera lenta pati, & duris parere lupatis -- &c.

Iuuenal. Saty. 6. Quando uideri

Vult formosa domi, mœchis foliata pa -uu rantur.

Persius Satyra prima.

Hoc iuuat, hic inquis ucto, quisquā fixit oletum &c.

Ouidius septimo Metamorph.

Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute

Agrestes Aco -uu nita uo -uu cant &c.

Manilius libro primo.

Conspicitur paribus Deltoton -- nomine sydus.

Iuuenalis libro octauo.

Cæsaries compressa manu, Pharioq; ueruto -- &c.

Defrutum tamen, quod à defruendo dictum uolunt, penultima breui ponitur, ut apud Statium 4. Syluarū.

Dulci defru ---u ta uel luto u-u- sa cœno &c. Hendecasyllabum est.

De Barbaris & peregrinis, ut sunt propria quædā locorum, uelut Argentoratum, Toletum, & similia, tradi certum aliquid non potest, quando deriuatio ipsorum obscura, & ignota plerunq; est, licebit ergo in ijs,

quod cōmodius scribenti erit, eligere, dum tamen non nimis ab analogia Latinorum, aut Græcorum discedatur, id quod & Priscianus alibi monet.

MENTVM. In MENTVM, autem uerbalia, penultimam quidem omnia ex positione producunt, antepenultimā autem uel producunt, si uerba, à quibus deriuantur, penultimam supini natura longam habent, ut fundamentum, à fundatum: sacramentum, à sacratum: irritamentum, ab irritatum: stramentum, à stratum: ramentum, à rasum. Serenus.

Nauis ramen -- tum, & quæ nomine Praßion herba est. Incrementum ab incretum: fomentum, à fotum: iumentum, à iutum: argumentum, ab argutū. Oui. 6. Me.

Et uetus in tela deducitur argu -- mentum. Detrimentum, à detritum: pauimentum, à pauitum. Est enim antiquum uerbum pauire, quo idem quod ferire, siue tundere significabant. Iuuenalis.

Verre pauimen -- tum &c. Rudimentum, à ruditum, cuius compositum erudire, eruditum, in usu mā sit. Virglius 11. Æneid.

Dura rudimen -- tá, & nulli exaudita deorū &c. Et id genus alia, quæcunq; uidelicet, à uerbis quartæ et primæ coniugationis fiunt. Quam rationem & cetera pleraq; huius formæ nomina sequuntur, ut sunt: Amentum, paludamentū, omentum, tomentū, momentū, lamentum, & similia, nā & hæc antepenultimā longā habent. Sed de his infrà sub regulis specialibus dicetur.

Vel

Vel contra corripiunt, si uerba à quibus descendũt, penultimam supini correptam natura, aut positione tantum longam habent. Vt, Alimentum ab Alitum siue Altum, Monumentum à Monitum, Documentum à Doctum, quod pro Docitum, à Docui contra analogiam fictum. Nocumẽtum à Nocitum, quanquam hoc ipsum in usu non sit, & id genus alia. Ouidius 1. Metamorph.

Nec tantum segetes ali – u u mentaq; debita, diues

Poscebatur humus. Virgilius 1. Aeneidos.

Accipe & hæc manuum tibi quæ moni – u u menta mearum.

Sint puer &c. Ouidius eodem libro:

Et docu – u u menta damus qua simus origine nati &c. Ad quod exemplum Iuuenalis & Emolumentum posuit V, in antepenultima breui, siue hoc ab Emolitum, ut plerique sentiunt, siue aliunde deductum. Versus est Satyra tertia:

Quando artibus, inquit, honestis

Nullus in urbe locus, nulla emolu – u u menta laborum &c.

Græca autem in TVM, ex primitiuis suis spectanda sunt, quæcunque apud Latinos, uocalis, TVM præcedat. Vt Epithetum ex τίθεται, Antidotum ex δίδοται, Adytum ex δύεται Y, breui, Idolothytũ ex θύεται Y, longa, & similia. Notanda itaque eadem hoc quoq; loco sunt, uerba illa, quæ suprà iam aliquoties cõmemorauimus. τίθημι, δίδωμι, φημί, βῆμι, κρίνω, φθίνω &c.

VVM. In VVM unam syllabam præcedente I, deriuata, penultimam longam habent. Vt, Oliuum. Horatius libro 2. Sermo. Satyra 4.

Quali perfundet pisces securus oliuo -- &c.

Quo pacto & Græcum Archiuum ponas licet, quo nomine Athenienses tabularium suum, hoc est, locum ubi publica ciuitatis acta seruabantur, appellabant.

N.

MEN. In MEN uerbalia, eodem pacto se habent ut superiora in MENTVM. Nam quæ à uerbis ueniunt, quorum supina penultimam natura longam habent, penultimam etiam ipsa corripiunt. Vt, Flamen à Flatum, Stramen à Stratum, Solamen à Solatum, Foramen à Foratum, Lenimen à Lenitum, Molimen à Molitum, Nomen à Notum, Numen à Nutum, Volumen à Volutum, Acumen ab Acutum, & id genus alia. Iuuenalis Satyra quarta:

Quis priscum illud miretur a -uu cumen.
Brute tuum &c.

Quibus similia sunt & nomina hæc: Alumen. Serenus de uentre molliendo:

Aut igitur tectum lana supponis Alumen -u.

Cacumen. Ouidius 1. Metamorph.

Pulsabuntq; noui montana cacumina -uu fluctus.

Bitumen. Virgilius 3. Georg.

Scyllãq;, helleborosq; graues, nigrumq; bitumẽ -u.

Filamen, quod per syncopen Flamen factum. A quo

Fla-

Flaminus,a,um. Iuuenalis Satyra 1.

Quorum Flamini -uu a tegitur cinis,atque La-
tina &c.

Item Omen. Virgilius 2. Aeneidos:

Da deinde auxiliū pater atq; hæc omina -uu firma.

Abdomen. Iuuenalis Satyra 4.

Montani quoq; uenter adest abdomine -uu tardus.

Sumen. Martialis in Xenijs:

Esse putes nondum Su -- men,sic ubera largo.
Effluit &c. Et Rumen, à quo & Ruminalis fi-
cus dicta fuit. Ouidius 2. Fastorum:

Romula nunc ficus Rumina -uu ficus erat.

Columen tamen,quod ipsum quoq; huius formæ est.
V, breui ponitur. Vt apud Catullum in Argonaut.

Thessaliæ colu -uu men Peleu &c. Sed de his
& similibus infrà libro 3. tractabitur.

Cætera uerò in MEN, quæ à uerbis ueniunt, quo-
rum supina breuem penultimam natura, uel positione
tantum productam habent, penultimam ipsa quoq; cor
ripiunt. Vt Regimen à Rectum. Specimen à Spectum.
Tegmen,quod & Tegmen per syncopen dicitur, à Te
ctum, & si quæ similia sunt. Ouidius 1. Metamorph.

Desilit in terras,illic tegi -uu menq; remouit &c.

Notatur tamen Flumen à fluctū. Cuius exēpla ubiq;
obuia. Legumen à Lectum. Virgilius 1. Georg.

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen &c.

Semen à Satum. Propertius lib. 3.

Naturæ

Naturæ sequitur semina – ∪∪ *quisque suæ.*

Stamen à Statum. Ouidius 6. Metamorph.

Et gracili geminas intendunt stamine – ∪∪ *telas etc.*

Nec facilè inuenies deriuata alia in EN. *Nã ea quæ in* CEN *exeunt. Vt, Tubicen, Cornicen, Oscen, & similia inter composita referenda sunt. Et Siren, quod lõgam penultimam habet* ἀπὸ τῆς σειρᾶς. *Græcum est, Perinde ut & Lichen. &c.*

R.

AR. *In* AR *deriuata Latina, si consonantem habent ante* AR, *penultimam, inquit Priscianus, omnia producũt. Vt, Lacunar, Lupanar, Puluinar &c. Iuue. Satyra 1.*

Doctus spectare lacunar – ∪

Doctus, & ad calicem uigilanti stertere naso.

Idem Satyra 6.

Iurauit calidum ueteri centone lupanar – ∪ *&c.*

Catullus in Argonau.

Pului – – *nar uero diuæ geniale locatur &c.*

Ad quod exemplum & Torcular posuit Riga in Lucam, citante Despauterio. Vt,

Erexit turrim, torcular – – *fodit in illa. Quem tamen idem ex authoritate Sulpitij reprehendit, dicens in hac uoce corripi V, quia ueniat à Torculum, quod medium breuem habet, quemadmodum & à Speculum Specular. Ac de Speculari quidem certum est, ut apud Iuuenalem:*

Quæ uehitur clauso latis specularibus – ∪∪ *antro etc.*

Sed

Sed de Torculari nihil habeo quod afferam, quando hinc exemplum, & Prisciani authoritas, illinc deriuationis ratio obsistit:

In NOR deriuata, Græca propria sunt, quæ habent A, uel E, ante N, penultima longa. Vt, Alcanor, Antenor, Elpenor, & similia. Virgilius libro 9. NOR.

Pandarus & Bitias Idæo Alcanore -uu nati.

Idem Aeneidos primo:

Ante -- nor potuit medijs elapsus Achiuis &c.

Ouidius 3. Tristium:

At miser Elpe -- nor tecto delapsus ab alto &c.

In Or uerbalia, præcedente T, uel S, quantitatem supinorum sequuntur, à quibus descendunt. Vt, Amatum Amator, Potum Potor. Horatius: TOR. SOR.

Poto -- res bibuli media de nocte phalerni &c.

Conditum Conditor, Debitum Debitor. Ouidius quarto de Ponto:

Debitor -uu est uitæ, qui tibi Sexte suæ &c.

Auditum Auditor, Idem:

Excitat audi -- tor studium, laudataq; uirtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Sic & ab Osum, Osor, quo quidam utuntur.

Verbalium quantitatem & denominatiua quædam sequuntur. Vt, Vinitor à Vinea, Ianitor à Ianua, Portitor à Portu &c. quæ I, breue habent. Vt Aeneid. 6.

Portitor -uu has horrendus aquas & flumina seruat. Item Senator à Senatus, quæ A, longum habent. Vt,

Vt: Iura, Magistratusq; legunt, sanctumq; Senatum -v. Aeneidos 4:

Graeca autem in TER uerbalia, quantitatem praeteriti passiui, ut & superiora in TA, seruant. Vt Crater, Phryseter & similia. Virgilius:

Crate -- ras magnos statuunt & uina coronant.

Rufus in Arat.

Delphinos uirides, & Physeteras an -υυ helos etc.

Quod idem & ea faciunt, quae in TOR exeunt. Vt, Rhetor ab ἐῤῥηται, Pandamator à δεδάμαται, A, breui, & similia.

Quare iterum hoc loco obseruanda illa sunt, quorum uerba penultimam praeteriti siue indefiniti passiui, breuem habent, ut sunt apud Graecos δοτὴρ, ἀροτὴρ & id genus alia.

Sunt autem & in Ger deriuata, seu potius composita quaedam Graeca. Vt Onager, Oeager, Tanager, Meleager &c. quae penulti. breuem habēt. Martiam Apoph.

Pulcher adest ona -υυ ger, mitti uenatio debet etc.

Nā Graece ὄναγρος οἴαγρος. τάναγρος, Μελέαγρος scribunt, ab ἄγρος, ut opmor, quod A, natura breue habet, ut et caeteri sentiunt. Quare si quando producūtur, positione, non natura produci illa existimandū est. Itaq; et pro Meleager quod apud Ouidiū aliquoties longa A, ponitur, Despaut. Meleagros scribendum esse tradit.

His similia sunt gentilia et itē substantiua quaedā Latina in BER, ut Calaber, Cantaber, Coluber etc, Luca. li. 1.

Dal-

Dalmatico Boreæ, Cala-vu broq; obnoxius Austro etc.

In VER quoque præcedente A, deriuatum est. Cadauer, quod à Cadendi uerbo deductum uidetur, cuius exemplum habes Aeneidos 8. VER.

. Pedibusq; informe cadauer -u
Protrahitur &c.

Huic simile Papauer est. Idem 4. Georg.

Lilia, uerbenasq; premẽs, uescũq; papauer - u etc.

S.

In AS præcedente T, deriuata, penultimam corripiunt, siue in ea I, siue E, habuerint. Vt, Societas, Medietas, Pietas. Virgilius 1. Aeneidos: TAS.

Hic pie -uu tatis honos &c.

Affinitas, Fidelitas, Castitas, Probitas &c. Iuuenal.

Si uis esse aliquis, probi - uu tas laudatur, et alget etc.

De circũflexis in As, nihil attinet hic dicere, quando omnia ex deriuatione sua cognoscuntur. Vt, Arpinâs ab Arpinum, Aquinâs ab Aquinium, Lenâs à Lena, Primâs à Primus. Optimâs ab Optimus, & similia

In ES purum præcedente I, desinentia, eodem modo se habent, ut illa quæ in A, purum, cum eadem uocali desinunt, hoc est, quæ consonantem penultimæ, ex terminatione, non ex primitiuo habent, pleraque tam ante penultimam quàm penultimam corripiunt. Vt, Segnities, Mollities. Canities &c. Catullus in Argonaut. ES.

Caniti - uu ẽ terra, atq; immũdo puluere fœdans etc.

Sin aũt cõsonantẽ penultimæ ex primitiuo afferũt, primi tiui

tiui quantitatem sequuntur. Vt, Pernicies, Progenies, Cæsaries, Maceries, Acies, Facies &c. *quæ tamen etiam ipsa antepenultimam pleraque breuem habent.* Horatius Epistola 16. lib. 1.

Pernici -uu es & tempestas, barathrũq; macelli.

Virgilius primo Aeneidos:

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci

Audierat &c. Idem Aeneidos 11.

Nudo cui uertice fulua

Cæsari -uu es, nudiq; humeri etc. Teren. Adel.

Atque hanc in hor --u- to maceriem --uu- iube dirui &c. Senarius est. *Cætera nota sunt.*

De Meridies, *suprà dictum est. Nam hoc ex contractione* I, *in antepenultima productum habet.* Idem eadem fabula:

Meridiei u-u- pso faciam ut stipulam colligat. Senarius est.

In GES *Latina, præcedente* A, *penultimam pleraq; producunt.* Vt, Ambages, Compages, Indages, Contages &c. Persius Satyra 3.

Quid istas

Succinis amba -- ges? ubi luditur, effluis amens.

Virgilius 2. Aeneidos:

In latus, inq; feri curuam compagibus -uu aluum &c. Idem Aeneidos 4.

Dum trepidant alæ saltusq; indagine -uu cingunt. (*est enim eadẽ utriusq; flexus quantitas*) Lucre. li. 3.

Quæ

Quæ contage fit – υυ a palloribus omnia pingũt etc.

In TES gentilia præcedente A, I, uel O, penultimam producunt. Vt, Spartiates, Amphipolites, Sibarites, Epirotes, Phthiotes &c. Plautus in Pœnulo. TES.

Quẽ tibi nos esse Spartia – υ – υ tẽ diximus. Senar. est. Aristoph. in Ranis (quẽ uersum alibi quoq; citauimus.)

φθιῶτ' ἀχιλεῦ – – υυ – τί ποτ' οὐδ ροδ' αἴκτορ ἀκούων &c. Reliquorum exempla suprà habes circa terminationem uerbalium & gentilium in TA. Nam & horum pleraq; per A, Latine efferuntur.

Perinde ut & uerbalia Græca in TES, de quibus eodem loco suprà tractauimus.

Hanc rationem & propria pleraq; in TES sequũtur. Vt, Achates, Leucates, Niphates. Iuuenalis Satyra 6.

Excipit ad portas, quosdam facit ipse Niphate – υ.

Euphrates. Idem Satyra 1.

Natus ad Euphra – – tẽ, molles quod in aure fenestræ
Arguerint &c.

Mithridates. Iuuenalis satyra 14.

Ocyus Archigenem quære atque eme quod Mithri dates – –
Composuit &c. Tiridates. Hora. li. 1. Od. 26.

Quid Tirida – – υ – tem terreat unice &c.

Epionicum est Alcaicum.

Teutates. Lucanus libro 1.

Teuta – – tes, horrensq; feris altaribus Hesus &c.

Et quæ I, ante T, habent. Vt, Polites, Thersites,

Odites &c. Iuuenalis satyra octaua:

Malo pater tibi sit Thersites -- dummodo tu sis
Aeacidae similis &c. Ouidius 5. Metamorph.

Hic quoq; Cephenū post regem primus Odites --

Postremò & caetera denominatiua in TES quaecun que uocali praecedente. ut, Palestrites, Sorites, Aëtites, Selenites, Bootes, Apeliotes, et similia. Persius saty. 4.

Quinque Palestri -- tae licet haec plantaria uel lant. Iuuenalis:

Frigida circumagunt pigri sarraca Boōtae &c.

Et ad hunc modum fortaßis etiam Barbarorum gen tilia, ut sunt Atrebates, Nantuates, & similia, ponere li cebit. Ita enim & Ausonium uidemus Vasatas posuisse. in Carm. ad Paulinum. Vt.

Consul arenosas non dedignare Vasatas -- &c.

Et Martialem Tolosates lib. 12. Vt.

Nec quadra deerat casei Tolosatis u--u. Scazō est. Sed tamen in his legem aut modum statuere nolo, quod contrà alia quoq; inueniuntur, quae eadem syllaba siue uocali, breui ponuntur, ut paulò post patebit.

Notantur tamen ex proprijs quaedam, in quibus con tra aliorum analogiam, penultima breuis est. Vt, Zala tes apud Iuuenalem satyra 2.

Armenius Zala -uu tes cunctis narratur ephoebis.

Pelates, apud Ouidium 5. Metamorph. Vt,

Cinyphcus Pela -uu tes, tentanti dextera fixa est &c.

Sibetes

Sibotes apud Valerium Flaccum libro sexto, Vt:

Ictum

Sustulit, et Sibe – ᴗᴗ tes gladio ferit ultima telicte.

Et Gentilia Barbara nonnulla. Vt, Sarmates, Sauromates, quorum exempla suprà posuimus.

Dalmata, quod suprà omissum fuit, ut:

Dalmati – ᴗᴗ co Boreæ, Calabroq; obnoxius austro etc.

Lucan. li. 5. laxamatæ. Valer. Flaccus lib. 6.

laxama – ᴗᴗ tæ Toriniq;, et flaui crine Satharchæ etc.

In GETES quoq; desinentia Barbara Gentilia, tam antepenultimam, quàm penultimam corripiunt. Vt, Massagetes, Thyrsagetes, & similia. Vt:

Massage – ᴗᴗ tes quo fugit equo, uolucresq; Geloni.

Lucan. libro 3. Sed de his quoq; suprà dictum est.

De ijs autem quæ in GES, uel in GAS desinunt. Vt sunt, Acragas, Astyages etc. quæ ipsa quoq; penultimã breuem habent, infrà sub Specialibus regulis uidendũ.

Vt & de compositis in TES. Vt sunt Socrates, Pherecrates, Antiphates, Schœnobates, & similia, quorum quantitas ex simplicibus spectanda.

Et de patronymicis, & quæ patronymicorum formam habent, suprà dictum est.

In IS præcedente L, deriuata Latina, quæcunque in LIS. penultima A, E, uel V, habuerint, eandem producunt. Vt, Martialis, Dotalis, Trabalis, Fidelis, Crudelis, Patruelis, Tribulis, Edulis, Curulis, & similia. Martialis libro 10.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundißime Martia υ-υ- *lis hæc sunt.*

Virgilius Aeneidos 9.

Nō hæc dotalis -- *regia Amatæ etc.* Et Aen.11.
Cunctanti telum Æneas fatale co -υυ *ruscat.*

Et rursum:

Messapus, teloq́; orantem multa trabali --.
Desuper &c. Terentius in Hecyra:
Perpol quàm paucos reperias meretricibus -
Fideles e υ--- *uenire anatores, Syra &c.*

Virgilius Ecloga quinta: (1. Meta.
Atq; deos atq; astra uocat crudelia -υυ *mater.* Oui.
Quam cōmune mihi genus et patruelis o -υυ *rigo,*
Deinde thorus iunxit. Horat. li. 2. Serm. 4. Satyr.
Vinea submittit capreas non semper edules --.

Idem Epistola 13.

Et cum pileolo soleas conuiua tribulis -υ *&c.*

Statius libro 4. syl.

Exultent leges Latiæ, gaudete Curules -- *&c.*

ILIS. Eandem rationem sequuntur & in ILIS deriuata, quæ à nominibus ueniunt. Vt. Ædilis, Subtilis, quod à Subtel, ut ait Priscianus, formatum est. Herilis, Ciuilis, & similia. Lucanus:

Bellaq́; per Æmathios plusquam ciuilia -υυ *cāpos.*

Persius satyra 5.

Atque hic, quam ad strigiles scutica & metus egit herilis -υ *&c.*

Exi-

Excipiuntur, Parilis à Par. Lucret. lib. 1.

Diuidere & noctes pari –uu les agitare diebus.

Humilis. Virgilius Ecloga 2.

Atq; humi –uu les habitare casas, & figere ceruos.

Et quod à Græcis transumptum est.

Dapsilis. Vt in illo:

Dapsilis –uu interdũ cum res expostulat esto.

Nam Similis & gracilis deriuata non uidentur. Facilis autem à Facio uerbale est.

At quæ à uerbis ueniunt, I, breue habent in penultima. Vt, Vtilis, Futilis. Manilius libro primo:

Neuq̃ futili –uu bus excanduit ignibus æther etc.

Textilis, Sessilis, Fissilis, Fertilis. Ouid.

Fertili –uu or seges est alienis semper in agris.

Docilis, Facilis, Habilis. Virgilius 1. Aeneidos:

Namq; humeris de more habi –uu lem suspenderat arcum. Et id genus alia propè infinita.

Habent autem & antepenultimæ syllabæ analogiam inter se certam in uerbalibus ijs uidelicet, quæ in BILIS exeunt. Vt sunt, Amabilis, Effabilis, Credibilis, Sensibilis, & similia. BILIS.

Proinde quæcunque A, E, O, uel V. ante B, habent, eandem uocalem producunt. Vt, Amabilis, Affabilis, Medicabilis, Delebilis, Flebilis, Mobilis, Nobilis, Nubilis, quod tamen uocalem V, non ex terminatione, sed ex primitiuo habet. Volubilis, & id genus alia. Ouidius primo Metamorph.

Hei mihi quod nullis amor est, medicabilis -uu herbis. Idem in Epicedio Catulli:

Flebilis -uu indignos Elegeia solue capillos.

Iuuenalis satyra 8.

Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ

Atria, nobili -uu tas sola est atque unica uirtus.

Virgilius 7. Aeneidos:

Iam matura uiro, iam plenis nubilis -uu annis.

Ouidius:

Paßibus ambiguis fortuna uolubilis -uu errat &c.

Quam rationem & Debilis sequitur, quod ex De et Habilis factum uolunt duabus uocalibus breuibus, in unã longam contractis. Hinc uerbum Debilito eiusdẽ quantitatis. Vt in illo de uino & Venere:

Et tentat greßus, debili -uu tatq; pedes.

Excipitur autẽ à superioribus Stabilis, quod quanq̃ à Stabã siue Stare deriuatum est. Primam tamen breuẽ habet. Vt & cõpositum eius Instabilis. Ouid. 1. Metam.

Sic erat instabi -uu lis tellus, innabilis unda &c.

Quæ uerò I, ante B, habent, ex ijs quæ à supinis formantur, hoc est, quæ supinum uerbi, à quo descendunt, una tantũ syllaba excedunt, uocalem siue penultimã supini, in antepenultimã suam transferunt, et pro eo atq; illa breuis uel longa fuerit, ita ipsa quoq; I, ante B, breue uel longum habent, ut, Scitum scibilis, Cupitum Cupibilis, Petitum Petibilis, quæ longam habent antepenultimam, ut Grammatici tradunt. Et rursum: Terri-

tum

tum Terribilis, Horritum (ita enim hoc secũdum analogiam fingere interea licebit, quando aliâs in usu non est) Horribile, Creditum Credibile, & similia. Vt:

Hic incredibi –uu lis rerum fama occupat aures. Aeneidos tertio:

Quo pacto & Stabilis, de quo suprà dictum, quidam corripere A, uolunt, quoniam sit à supino Statum factum, regulamq; hanc communem omnium terminationum faciunt.

Contrà autem quae supinum uerbi, duabus syllabis superant (quae alij à praesenti deriuata uideri uolunt) ea tam antepenultimam quàm penultimam corripiunt. Vt, Risibilis à Risum. Sensibilis à Sensum. Visibilis à Visum &c.

Porrò & illa quae in TILIS, praecedente A, desinunt, similes inter se antepenultimas habent, quas siue à uerbis, siue à nominibus ueniunt, producunt, ut contrà, penultimas corripiunt. Vt, Tornatilis, Versatilis, Volatilis. Virgilius Aeneidos octauo: ATILIS.

Stupea flamma manu, telisque uolatile – uu ferrũ Spargitur.

Aquatilis, Saxatilis, Hamatilis, Vmbratilis, & similia. Nam & horum uel uerba occulta intelliguntur, uel à deriuatis in Atus deduci uidentur. Plautus in Mostellaria:

Augebis ru –––– ri numerum genus –uù, –uu ferratile ––uu. Et in Rudente:

O'reas balenas captamus conchas marinam urticā.

Plagusias u–,u– striatas,post u–, –– id hamatilem ––u– piscatum, Et ––u.

Saxatilem ag ––u– gredimur &c. Videntur esse uersus Catalectici, Tetrametri, Iambici.

Eodem modo & Lucretilis, montis nomen. E, ante T, longa ponitur. Vt apud Horatium:

Velox amœ ––u– num sæpe Lu ––uu cretilem –uu. Versus est Alcaicus Epionicus.

MIS. NIS. *Sunt & in MIS, & NIS deriuata quædam. Vt, Infamis, Biremis, Triremis, Immunis, Impunis, et similia, quæ ex deriuatione sua nota sunt.*

Et Græca in ANIS propria. Vt, Iardanis, Hipanis, Pritanis. Ouidius 11. Metamorph.

Alcandrumq; Haliumq; Noëmonaq; Prita –uu numq;. Idem 4. de Ponto:

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniuq; Hipa –uu nisque, Cratesq; &c.

Ad quem modum & Iordanis, ponere licebat, puto, nisi Iuuencus & cæteri eius ætatis ubique ferè produxissent. Vt libro 1.

Cernit Iorda –– nis uenerandа lauacra petentem.

Et Sedulius libro primo:

.. Placidum ordanis ad –uu amnem

Venit &c.

ARIS. *In RIS præcedente A, penultimā omnia producunt. Vt, Molaris, Miliaris, Latiaris, Apollinaris &c.*

Ouid.

Ouid. Aut comes, inquit, ero, dixit, dextraq; molarem -υ.

Sustulit &c. Horat. lib. 1. Car. Ode 22.

Quale porten -υ-- tum neq; mi -υυ- litaris

Daunia in altis alit esculetis &c. Sapphici sunt.

Nota composita à mare, ut bimaris, apud Horatium in Odis. Aut Ephesum, bima -υυ risq; Corinthi

Mœnia &c.

Porrò pertinere ad hunc locum & Trieteris uidetur, quod ipsum quoq; uocalem ante RIS, longam habet, sed origine Græcum est, ut

Thyas, ubi audito stimulant trieterica -υυ Baccho apud Virg. & apud Statium quarto Thebaid.

Ludus & atra sacrum recolit Trieteris O -υυ phelten. Et si qua alia huius formæ fuerint.

Illa quoq;, quæ in CRIS, & BRIS, desinunt deriuata, nonnullam inter se similitudinem habere uidentur. BRIS. CRIS. Nam quæ à uerbis aut nominibus, quorum obliqui uocalem longam habent, deriuantur, penultimam & ipsa longam habent, ut salubris, à salutis palustris, à paludis &c. At quorum primitiua uocalem in obliquis breuem habent, ea eandem quantitatem in penultima retinent, ut fœnebris, à fœnore: funebris, à funere. Horat.

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram,

Ira truces inimicitias, & funebre -υυ bellum.

Sed tamen hæc regula perpetua non est. Nam & uolucris u, breui ponitur, cum uideatur à uolare, siue uola

nem deductum esse. Et lugubris eadem uocali breui, cuius tamen uerbum lugere, E, longum in incrementis, & nomen luctus in genitiuo V, longū habent, ut apud Horatium, Ode 1 lib. 2. Carm.

Qui gurges aut --u- quæ flumina --uu lugubris -uu. Ignoret belli &c. Alcaicum est, *Cætera ex deriuatione cognoscuntur.*

SIS. *In SIS, uerbalia Græca, quæ A, uel I, in penultima habent, eandem ferè corripiunt, ut Basis, à quo metabasis, parabasis, &c. Clasis, unde anaclasis. Tasis, unde protasis, epitasis &c. Stasis, à quo peristasis, hypostasis. Phrasis, à quo periphrasis &c. Phasis, à quo emphasis, phthisis. Crisis, à quo hypocrisis, hidropisis, enclisis & quæ reliqua à uerbis in ζω, uel κω, uel ιω, deriuantur. Exemplum basis, est Græcum illud Sophoclis ex Aiace.* Εὖ δ' ἔσ' ἐκφέρει

Κωνὸς λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις --uu.

Phthisis autem, Iuuenal. saty. 14.

Et phthisis -uu, & uomicæ putres, & dimidiū crus.

Crisis ex deriuato criticus probatur, quo usus Horatius est, libro Epistolarum secundo, epist. prima, ut

Vt criti -uu ci dicunt, leuiter curare uidetur &c.

Eadem enim uocali utrumque nomen scribitur, & ab eadem origine ambo descendunt. Et ad horum exempla etiam cætera æstimanda sunt.

Eandem autem quantitatem & Dysis habet à δύω. Id quod ex composito Adytum, patet. Cuius exemplum passim

passim apud poëtas habetur, ut Æneid. 2.
Mittimus, isq; ady – uu tis hæc tristia dicta reportat.

Notantur tamē ex superioribus crasis, à κεράννυμι, quod A, longum habet, ut ex Crater, eris, eiusdem uerbi deriuato apparet, de quo suprà dictum.

Et Tisis, à τίνω: quod I, longum habet, id quod probant Tisiphone, Tisimanes, & similia composita. Virgilius sexto Æneid.

Tisipho – uu neq; sedens palla succincta cruenta.

Cuiusmodi fortaßis etiam plura apud poëtas inuenias, sed tamen, quæ figuratè magis, quàm simplici ratione atq; legitimè producuntur. Quæ autem apud Latinos per E, uel O, scribuntur, pleraq; penulti. natura longā habent, ut poësis, diœcesis, mathesis, homœosis, metamorphosis, & similia. Scribuntur enim Græcè hæc: ποίησις, διοίκησις, μάθησις, ὁμοίωσις, μεταμόρφωσις, uocalibus η, & ω, natura longis.

Quorum exemplo nonnulli etiam phrenesis legunt, apud Iuuenalem saty. 14. ut

Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis – υ. Et apud Martialem libro 4.

Declamas in febre Mathon, hāc esse phrenesim – υ. Si nescis &c. Pro quo tamen sunt, qui malint phrenitim scribi, quemadmodū & pro pleuresi, quo uulgò utuntur, pleuritis dicitur, quòd hæc Græcis magis usitata atq; familiaria sunt. Sed de eo uiderint Etymologici, nobis satis est quantitatem indicasse.

Excipi

Excipiuntur autem à regula, ea, quorum præterita passiua, à quibus formantur, penultimam corripiunt, ut Thesis, à quo prosthesis, epenthesis, synthesis & similia, Serenus.

Synthesis – ∪ ∪ hæc prodest, unda mollita calenti.

Dosis, à quo antidosis, apodosis &c.

Item hæresis, à quo aphæresis, synæresis, epaphæresis, & similia. Martialis.

Facitq; longam

Detonsisq; ––– ∪ paphæresin ∪ – ∪ – capillis.

Genesis, ut apud Iuuenalem.

Nota Mathematicis gene – ∪ ∪ sis tua &c.

Et quæ reliqua per ε ψιλὸν, Græcè scribuntur.

TIS. *In TIS gentilia, aut gentilium formam habentia denominatiua, penultimam producunt, ut Spartiatis, Tegeatis, Memphitis, Oceanitis, Mareotis, Icariotis & similia.* Statius 9. Thebaid.

Torua sagittiferi mater Tegeatis E – ∪ ∪ phœbi &c.

Iuuenalis satyra 15.

Anne aliam, terra Memphitide – ∪ ∪ sicca,
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo.

Virgilius quarto Georgic.

Clioq; & Beroë soror, Oceanitides – ∪ ∪ ambæ.

Idem secundo Georg.

Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides – ∪ ∪ albæ.

Propertius libro tertio.

Quæq; terunt fastus Icarioti tuos &c. *Sic &*

Andronitis, pleuritis, phrenitis, de qua uoce paulò supra meminimus, & id genus alia.

Quibus Priscianus & Latina hæc annumerat: Quiritis, Samnitis, Ceretis, quod idem & Ceritis dicitur. Prisciani uerba ex libro quarto hæc sunt:

" In Tis, quoq; inueniuntur denominatiua, sed antiquè prolata, penultimam natura uel positione longam habentia, ut Samnitis pro Samnis. Sic Laurentis quoq; pro Laurens, Tiburtis pro Tiburs, teste Capro. Sic Quiritis pro Quiris, & Ceritis, uel Ceretis pro Ceres. Qui tamen nominatiui non sunt in usu. Vnde Virgilius in decimo.

" Qui Cerete domo, qui sunt Minionis in aruis &c.

" Inuenitur tamen & correptum I, habens penultimam apud eundem, ut

" Est ingens gelidum lucus prope Ceritis –uu amnem. Aen. 8.

" Et Horatius similiter in primo Epistolarum.

" Quid deceat, quid non obliti, cerite cera,
" Digni, remigum uitiosum Vticensis Vlyßi. Epi. 6.

" Nisi fortè pro Cerete, quod est nomen oppidi, E, penultima in I, conuersa, protulerunt. Liuius ab urbe condita libro quadragesimo primo.

" Lanuuini. Ceritesq; anguem iubatum apparuisse nunciarunt Hæc ille.

Porrò sequitur & Mephitis superiorum rationem, siue hoc deriuatum, siue primitiuum existimandum. Persius satyra tertia,

Guttu-

Gutture sulphureas lentè exhalante Mephites – ♃

De Patronymicis, ut sunt: Priamis, Thebais, Deois, Nereis, & similia, suprà dictum est.

OS. In OS, Latina, siue à nominibus, siue à uerbis deriuata, ex regulis generalibus cognoscuntur, ut custos, cõpos, lepos, quod à lepus, ut Prisciano placet, deductum est, & similia.

VS, purũ. Eorum quæ in VS, desinunt, uaria ac multiplex forma est. Quædam enim in VS, purum exeunt, quædam consonantem ante VS, habent, & rursum, quæ purum VS, habent, aliam atq; aliam uocalem in penultima recipiunt. Sed tamen quoniam ex omnibus illis, quæ in Eus, & Ius, desinunt, frequentiora, & quod ad deriuationem, præsertim Latinam attinet, certiora quoq; sunt, eorum potissimũ quantitatem atq; analogiã tradcmus. Quare ut suprà circa terminationes eorum, quæ in VM, finiuntur, fecimus, ita hic quoq; separatim, quæ in VS, purum, & separatim quæ in impurum desinunt, persequemur.

BIVS. Principio igitur ex ijs, quæ in IVS, desinunt, habentia B, ante I, Græca ferè, & composita sunt, ut Macrobius, Zenobius et similia, quare ex compositorum regulis iudicanda eadem erunt, perinde ut Fabius, & similia ex deriuatorum.

ACIVS. ACEVS. VCEVS. Latina autem in VS, purum, deriuata, præcedente, siue E, siue I, quæcunq; in antepenultima A, uel V, sequente C, habuerint, ipsam quidem penultimã, ex regula uo

la uocalium, ut cætera Latina pura omnia corripiunt, antepenultimã autem producunt, ut mustaceus, gallinaceus membranaceus, quæ tamen apud Priscianum per I, in penultima scribuntur, Pediacius, Numacius, quæ etiam per T, scripta reperias, Panutius, Petrutius & similia, Iuuenalis.

Causa nec est, quare cœnã & mustacea -uu perdas. Vbi tamen substantiuè mustaceum pro libo, seu placenta ponitur. Plautus in Aulularia.

Condignè etiam --uu- meus me intus -u-- gallus galli --,-u naceus -uu. Trochai. Tetrameter. Me, ante intus, non eliditur, ut aliàs quoq; sæpe. Horatius satyra 8.

Iulius & fragilis pediacia -uu furq; Voranus. Martialis libro decimo.

Simplicior priscis Numaci -- galle Sabinis. Persius satyra quinta.

Dum ne deterius sapiat pannucea -uu Baucis. Pro quo alij panuti per IT, scribunt. Cum his & Patucius, à patendo, recensetur à Despauterio, sed ueriores editiones patulcius, à patulco uidelicet habent. 1. Fa. Ouid. ut: Nomina ridebis, modo namq; Patulcius idem,

Et modo sacrifico Clusius ore uocor &c.

Sidonius autem etiam Bonifacius A, longa posuit, ut

Quorum unus Bo ---u nifacium u-u- secutus. Sed hoc, ut puto, nimis licentiose, quare equidẽ imitari illum in hoc non ausim.

In

ICIVS. In CIVS, autem, quæ I, ante C, habent, tam antepenultimam, quàm penultimam corripiunt, siue à nominibus, siue à uerbis deriuata sint, ut quidem Priscianus ait libro quarto. Sed nos de uerbalibus infrà dicemus, Non enim per C, illa, sed per T, magis scribenda putamus, ut etiam ex denominatiuis multa per T, scripta reperias. Exempla sunt, patricius, fabricius, tribunicius, Claud. in quarto de lau. Stilicon.

Oraq; patrici –υυ us nostra dicauit bonos.

Virgilius sexto Æneí.

Paruoque potentem

Fabrici –υυ um, uel te sulco Serrane serentem &c.

Martialis in Apophor.

Arma tribunici –υυ um cingere digna latus &c.

Et quæ his similia. Sic Natalicius, Æolicius, Saturnalicius, & similia. Quæ tamen non uideo, cur magis per C, scribenda sint, quàm etiam fœminina huius formæ, ut sunt, tristitia, mœstitia, pudicitia & similia. Cum eadem utrisque formæ ac deriuationis ratio uideatur. Sed de hac re in præsentia nihil attinet disputare, quando non de orthographia, sed de quantitate hic agimus.

Excipiuntur hæc: Nouicius. Iuue. saty. 3.

Iam sedet in ripa, teirumq; nouicius –υυ horret Porthmea &c.

Apicius. Idem libro 3.

De nullo quereris, nulli maledicis Apici &c.

Numicius. Ouid. 4. Metamorph.

In

In freta flumineis uicina Numicius -vv undis

Potitius. Virgilius 8. Æneid.

Iamq; sacerdotes, primusq; Potitius -vv ibant &c.

Misitius. Martialis libro tertio.

Quum peteret patriæ Misitius -vv arua Rauennæ.

Addit Despauterius Castricius & Pampicius, quorũ altero Sidonium in Eucharistico, altero Petrarchã usum dicit. Sed quod ad Sidonium attinet, relinquo nomen alterum ipsius authoritati. Castricius autem à Petrarcha præter rationem productum uidetur, quando Castricus, à quo illud necesse est formari, apud Martialem corripitur, libro septimo, ut

Nosti mortiferum quæstoris Castrice -vv signũ.

Et rursum.

Emungi misero Castrice -vv non licuit.

Et fœminina hæc, Aricia. Virg. 7. Æneid.

Virbius insignem, quem mater Aricia -vv misit.

Et Anitia, quo Ausonius usus est, ut

Ante quater plenũ consumpsit Anitia -vv lustrũ.

Quorum tamen pleraq; eiusmodi sunt, ut nescias, utrũ inter primitiua, an inter deriuata recenseri debeant. Deinde & multa per T, usitatius, quàm per C, scribuntur, quæ nos à cæteris hoc loco separare ideo noluimus, ne quid moræ ac dubitationis ea res iunioribus & adhuc rudibus obijceret.

Porrò corripiunt antepenultimam & illa pleraq; quæ E, ante Cus, habent, quæ tamen, quia etiam ipsa

frequentius per T, *quàm per* C, *scribuntur*. De ijs *infrà uideas licet*.

Græca autem in Cius, *deriuata, quacunq; uocali præcedente, ex primitiuorũ casibus cognoscũtur, ut* Thracius, *à* Thracis *–u*. Phæacius, *à* Phæacis *– –u*. Atracius, *ab* Atracis *–uu*. Bebrycius, *à* Bebrycis *–u, et similia*. *Vt & Latinorum ea, quæ uocalem, quam in antepenultima habent, non ex enclisi, sed ex primitiuo habent, quale est* Decius, *à* decem, *ut uidetur*. Mauricius, *à* Mauricus, *quod* I, *longum habet, ut apud Martialem libro quinto*.

Probitate Marcos, *æquitate* Mauricos *–uuu*.

Choliambicum est, & id genus alia.

DIVS. In DIVS, *præcedente* I, *Latina, deriuata, aut deriuatorum formam habentia, antepenultimam pleraque corripiunt, ut* Vuidius, Fusidius, Ouidius. Fidius, *& similia*. Horatius *saty*. 2.

Vuidi *–ùu* us, *quidam (non longa est fabula) diues*. Idem *saty*. 1.

Fusidi *–uu* us *rappæ famam timet, ac nebulonis*.

Martialis *libro septimo*.

O *nullis* Ouidi *tacen u–u–* de *linguis*.

Ouidius *sexto Fastorum*.

Quærebam Nonas Sancto, Fidi *–uu ó ne referrem*. &c. *Ad quem modum &* Ventidius, Heluidius, Vrsidius, Nigidius, *& fœminina, ut* Canidia, *& similia, posita reperias*. *Quare Horatianũ illum uersum, qui est in*

principio Satyræ octauæ, lib. 2. Serm.

Vt Nasidie – υυ ni uiuit te cœna beati &c.
uitiatum lubens dixerim, legamq́:

Vt te Nasidieni iuuit cœna beati &c. Nam & infrà in eadem satyra sequitur:

Nasidi – υυ enus ad hæc, tibi Dij, quæcunq; precẽris, Commoda dent &c. Et apud Mart. lib. 7. legitur:

Aut uigila, aut dormi Nasidi – υυ ane tibi &c.
Vectidius tamen I, ante T, longum habet, siue hoc, quia à genitiuo uectij uenit, cuius V, longum natura est, siue qua alia ratione factum. Persius saty. 4.

Quæsieris, nostin' Vectidi –– prædia, cuius? etc.
Cætera in DIVS, pleraq; Græca sunt, & ex deriuatione cognoscuntur, ut Palladius, à Palladis: Arcadius, ab Arcadis, A, breui: Erodius, ab ἕλος, ut uolunt Etymologici, quasi ἑλώδιος, O, longa. Quo pacto & Aledius, undecunq; deriuatum est, longa E, ponitur, ut

Maiores, tibi habe, frumentum Aledius – υυ inquit &c. Apud Iuuena. Saty. 5.

In GIVS, pauca sunt deriuata, præsertim Latina, sed tamen quæ sunt, ea ex origine sua facilè iudicantur, ut Pelagius, à pelagus, A, breui. Abigeus, pro eo, qui pecus abigit, ab abigo. Regius, à regis. Egregius, à gregis. Remigius, à remigis. Logius, à λόγος, & similia. Sic et præstigiæ, à præstringo, ut placet Etymologicis, quod antepenultimã longã habere uidetur, licet huius Despauterius inter cætera, quæ I, ante G, producũt nõ meminerit. GIVS.

Plautus in Captiuis.

Operta quæ fuere, aperta sunt, patent præstigiæ --υ-

Octonarius est. Et in Amphitryone.

Aut Pol hæc præ -υ-- stigiatrix -υ-- mulier multo maxima est. Trochaic. est Tetra. Cata. Et in Penu.

Præstigia --υ- tor hic quidem Pœnus probu'st etc.

LIVS. In LIVS, deriuata, quæ A, ante L, habent, Græca pleraq; sunt, & A, corripiunt, ut Enyalius, Menalius, Acidalius, Thessalia, & similia. Enyalij exemplum habes hoc Hesiodi, quod suprà citauimus quoq;.

Γαῖσε δ'ιὸς μεγάλοιο ἐνυαλί -υυ οιο ἄνακτος.

Cæterorum autem passim apud poëtas, ut in Eclogis.

Incipe Menali -υυ os mecũ mea tibia uersus &c.

Et Æneid. primo. At memor ille

Matris Acidali -υυ æ paulatim abolere Sicheum

Incipit. Catull. in Argon.

Thessali -υυ æ columen Peleu, cui Iuppiter ipse.

Quã rationem & Græca in αλεος seruant, ut sunt ἀργαλέος, σμερδαλέος, & similia, quorum exempla suprà aliquot posuimus. Et Latinum Salius, quo nomine sacerdotes Martis appellabantur.

Virgilius Æneid. octauo.

Hinc exultantes Sali -υυ os, nudosque Lupercos.

Notatur autem Pharsalia, à Pharsalus, quod Catullus quidem, ut Despauterio uidetur (nãm ipse synecphonesim ibi fieri puto) A, breui posuit, ut

Pharsali -υυ am coëunt, Pharsalia tecta frequentant

quentant. In Argonauticis.

Cæteri uero plerique produxerunt, ut Lucanus libro primo.

Hac mercede placent, diros Pharsalia -uu campos
Impleat &c. Et Ouid. 15. Meta.
Obsessæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ, Pharsalia -uu semiet illi.

Item Stimphalius, à Stimphalus, cuius media longa est, ut apud Statium 4. Thebaid.

Monstriferúq; Erimanthon, & ærisonum Stimphalon -u &c. Et si qua alia fuerint, quorum primitiua per A, longum, aut ἦτα, scribuntur.

Quæ in Lius, desinunt, præcedente E, Latina pleraq;, antepenultimam longam habent, ut Cornelius, Aurelius, Cerelius. Lucan. lib. 8.

Tendebat geminas amens Cornelia -uu palmas.
Catullus.

Aureli pa ---u ter esuritionum. Hendecasyllabum est, habens prima regione epitritū quartū, ut & cætera eiusdem Epigram. Marti. lib. 4.

Dicit se uetulam, cum sit Cærelia puppa &c.

Notantur, quæ uocalem ex primitiuo breuem eam habent, ut Ampelius, ab ἄμπελος: Nephelius, à νεφέλη. Encheliæ, loci nomen, ab ἐγχέλη.
Lucanus lib. 7.

Encheliæ uersi testantes funera Cadmi &c.
& his similia.

Ad quem modum & Ficeliæ, qui locus Romæ fuit, à Martiale ponitur: siue hoc deriuatum, siue primitiuum dicendum, ut

Incolis & ueteres tu quoq; Ficeli-uu as. Lib. 6.

Et Selius proprium uiri, apud eundem lib 1. ut

Nil intentatum Seli-uu us, nil linquit inausum.

Et Celius quoq; lib. 4. si modo rectè scriptum est.

Nullos esse deos, inane cœlum

Affirmat Ce ---u lius, probatq;, quòd se

Factum, dum negat hoc, uidet beatum &c. Tametsi nesciam, utrum hæc & similia, quæ tres syllabas non excedunt, inter cætera huius formæ numerari debeant. Simile autem Latinis hisce & Græcū Nyctelius est, quod quidam Nyctilius, per I, scribunt, quo cognomine Bacchus appellatus fuit, quòd eius sacra noctu peragebantur, ut apud Ouidi 4. Metam. (Euan

Nycteli-uu usque, Eleleusq; parens, & Hiacchus &

In LIVS, præcedente I, desinentia, Latina, regulariter antepenultimam corripiunt, ut Virgilius, Tongilius, Cæcilius, Quintilius, Sextilius, Otacilius &c. Martial. Virgili-uu umq; tibi, uel tua rura dabunt. Idem libro secundo.

Vri Tōgli-uu us malè dicitur Hemitriteo. Idem li. 1.

Vrbanus ti---u bi Cæcili u-u- uideris &c.

Sed tamen inuenias non pauca huius formæ, quæ uel longa eadem syllaba ponuntur semper, uel modo longa, modo breui, siue hoc liquidarum potestati, siue scripto-

rum

rum authoritati, siue etiam tacitæ deriuationi tribuendum. Longa antepenultima ponuntur hæc: Acilius, Iuuenalis Satyra quarta.

Proximus eiusdem properabat Acilius -vv æui.

Duilius (quod tamen & Duillius duplici ll, scriptum, reperio) Silius lib 6.

Exuuias Marti, donumq; Duilius -vv alto
Ante omnes mersa Pœnorum classe dicabat &c.

Lucilius. Persius satyra prima.

Secuit Lucilius -vv urbem,
Te Lupe, te Muti & genuinum fregit in illis.

Manilius. Iuuenalis Satyra sexta.

Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem
Mouerit, accusat Manilia -vv si rea non est.

Masilius, à quo Masilianus. Mart. lib. 4.

Credi uirgine castior pudica,
Et frontis teneræ cupis uideri,
Cum sis improbior Masi v-v- liane &c.

Quod tamen quidam per Y, scribunt, ut non sine ratione produci uideatur, sed de eo nihil habeo, quod affirmem. Pantilius. Hora. Saty. 1. lib. 1.

Men' moueat cimex Pantilius -vv aut moueat, quòd
Vellicet absentem Demetrius &c.

Sic & Venilia, nymphæ nomen. Virg. 10. Æneid.

Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia -vv mater.

Petilia, loci proprium. Idem 3. Æneid.

Parua Philoctetæ subnixa Petilia -vv muro etc.

At uariamur, Seruilius. Horat. in Serm.

Si memini Varius, cum Seruili – ∪∪ o Balatrone,

Siluus libro quinto.

Interea rapidis aderat Seruilius – ∪∪ armis,

Et Rutilius. Martialis libro quinto.

Famæ Ruti – – – ∪ liumsuæ relinquat &c.

Ouidius primo de Ponto.

Et graue magnanimi robur mirari Rutilî – –.

Quod idem fortaßis & in alijs usuuenire poßit, secundum quod ab alijs atq; alijs primitiuis descendunt. Quare diligenter in his obseruanda Etymologia est, & uidendum, quando à desinentibus in ILIS, & quādo à desinentibus in VS, formentur. Nam in hoc potißimum antepenultimarum ratio uertitur. Et ex eadem causa etiā Seruilius utroq; modo poni uidetur, quod à duplici origine proficiscatur: hinc à Seruus, serui, ubi I, breue in antepenultima habet: illinc à seruilis, ubi eandem syllabam longam seruat.

Cætera in LIVS, quæ A, uel V, ante L, habent, ex primitiuis spectanda sunt, ut Cimolius, à Cimolus, O, lōga Æolius, ab Æolus, O, breui, Amulius ab ἆ, & μῶλος, ut uidetur, V, longa. Sedulius, à Sedulus, V, breui. Ouid. 7. Metamorph.

Hinc humilem Myconem, cretosáq; rura Cimoli
– –, Idem quarto Fastorum.

Hoc ubi cognouit contemptor Amulius – ∪∪ æqui.

Reliqua

Reliqua nota sunt.

Notatur tamen Apulia, quod V, longum habet. cum primitiuũ eius Appulus, media ubiq; breui ponatur, ut

Appulus –uu Adriacas exit Garganus in undas.

Lucanus libro 4. Et:

Velleribus primus Apulia –uu Parma secundis.

Nobilis &c. Apud Martialem in Apoph.

Eodem modo Græca quoq; in LIVS quæ Y, psilon ante L, habent, ut, Pamphylia, Æmylius, ex origine sua iudicanda sunt. Videtur enim Pamphylia à φῦλον deriuari quòd Y, longum habet. Æmylius autem contrà ab αἰμυλος, quod breuem eandem uocalem habet. Statius primo syluarum pro Rutilio Gallico;

Hunc quoq; perq; nouem timuit Pamphylia –uu messes. Martialis libro 12.

In thermis sumit lactucas, oua, lacertum,

Et cœnare foris se negat Æmylius.

Sic & Massylia, quod quidam per simplex S, Masylia, scribendum putant, regio Africæ est, à Massylis dicta, quod nomen Y, longum habet, ut Aeneidos 4.

Hinc mihi Massy –– læ gentis monstrata sacerdos.

Et Lucanus libro 4.

Et gens, quæ nudo residens Massylia –uu dorso

Ora leui flectit frenorum nescia uirga.

At Maßilia, ciuitatis nomen, I, corripit. Vt apud eundem eodem libro:

Nec Phocidos undis

Maßili -υυ æ, Phano nec tantum in æquore gestum &c.

MIVS. In MIVS deriuata, omnia ferè ex primitiuis iudicantur, ut, Potamius à ποταμός, quod ipsum quoque deriuatum uolunt παρὰ τὸ ποτόν. Vnde & penultimam breuem habet, ut Iliados 4.

ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποτα -υυ μοὶ, κατ' ὄρεσφι ῥέοντες.

Abstemius ab abstinendo à Temeto, ut uolunt, Ouidius 15. Metamorph.

Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius -υυ undis.

Nimius à nimis, cuius quantitas nota est.

Opimius ab opimus, I, longa. Horatius saty. 3. lib. 2.

Pauper Opimius -υυ argẽti positi intus et auri etc.

Bromius à βρεμεῖν.

Crustumius à crustumio, quod oppidi nomen est. Virgilius 2. Georg.

Crustumi -υυ is Sirijsq; pyris, grauibus Volemis, & id genus alia.

Sunt autem & Barbara, Gentilia in MIVS, quæ E, ante M, habent, ut, Tritemius, Boëmius, quæ ex nostro uernaculo Heim, quod diphthongo effertur, deriuantur, proinde & longa E, communiter ponuntur. Exempla reperies paßim apud recentiores.

NIVS. NEVS. In NIVS desinentia Latina, præcedente A, ut plurimum antepenultimam habent longam, ut, Menania, Lecania,

[illegible] &c. Lucanus libro 4.

[illegible]natis supplex Afranius –uu armis.

Martialis libro 5.

Thais habet nigros, niueos Lecania –uu dentes.

Eodem modo se habent, & quæ in EVS exeunt, ut Extraneus, Intraneus &c.

Nam in Priapeis, ubi extraneum per synecphonesin legendum putat Despauterius, cæteri & recentiores libri, non extraneum, sed exanimum habent, hoc uersu:

Ne tamen exanimum facias pecus omne Priape &c. Vbi ipse legebat. Ne tamen extraneum &c.

Greca autem, ut Titánius à Titanis, Dardanius à Dardanus, & similia ex deriuatione noscuntur.

Nisi quòd Gentilia huius formæ ferè breue A, habẽt, ut, Danaus, Euganeus, Sicanus, & similia, ut

Sicani –uu o prætenta sinu iacet insula &c.

Aeneidos tertio: Et:

Eugane –uu o, si uera fides memorãtibus, augur
Colle sedens &c. apud Lucanum.

Cui simile & Cyaneus, de quo suprà diximus, & cætera huius formæ deriuata.

Atque eadem ratione & Castanea A, breue habere uolunt, quoniam à Castania urbe Magnesiæ nomen traxerit. Virgilius in Bucolicis:

Castane –uu æq; nuces & preßi copia lactis &c.

In ENIVS Latina, E, longum habent pleraque, ut, Menius, Menenius, Vulpenius, & similia.

Horat.

Horatius libro primo Epistolarum:

Menius -υυ ut rebus maternis atque paternis
Fortiter absumptis &c. Catullus:

Vxor Mene --υ- ni, sepe quam in sepulchretis &c. Scazon est. Persius satyra quinta:

Continuò crassum ridet Vulpenius -υ ingens &c. Martialis libro 12.

Dici sens ---υ a, sed negant latrones.

Græca autem ex deriuatione sua noscuntur, ut Parthenius à παρθένος. Armenia ab ἄρμενος, quo nomine quidam ex Iasonis comitibus appellatus fuisse traditur, ut est apud Strabonem. Statius libro 1. syl.

Armeni -υυ a & patiens Latij iam pontis Araxes.

Ismenius ab ἰσμήνη, Trozenius à τροιζὴν τροιζῆνος, & similia.

Quo pacto & in INIVS & INEVS *deriuata, pleraque ex primitiuis suis iudicantur, Vt, Flaminius à flaminis, uirgineus à uirginis, sanguineus à sanguinis &c. quæ omnia I, breue, in antepenultima habent.*

Et Delphinius à delphinis, trachinius à trachinis, salaminius à salaminis &c. quæ longum I, habent.

Quo pacto & Volsinius à Volsinis poni debebat, quod equidem memini longa I, me legere. Sed tamen contrà apud Iuuenalem, Deriuatum Volsinius, I, breui positum reperio, satyra tertia, ut:

Aut positis nemorosa inter iuga Volsini -υυ is, aut
Simplicibus Gabijs &c. sine id pro suo iure, atque

licentia

licentia idem fecit, siue ea liquidarũ natura est, ut uocales alioqui longas liquescere secum faciant. Id quod et in alijs interdum accidere uidemus. Nisi quis contendat locum ipsum corruptum esse, & pro Volsinijs Volsinis legendum esse, ut uersus sit Spondaicus. De quo tamen nihil habeo, quod affirmem. Atque hæc de Appellatiuis.

Propria autem pleraque I, ante N, longam habent, ut, Lauinia, Virginia (seu magis Verginia scribendũ, ut quibusdam placere uidemus) et id genus alia, ut Aen. 7.

Exulibusue datur ducẽda Lauinia –uu coniunx.

Et apud Silium libro 13.

Verginia –uu iuxta
Cerne cruentato seruat sub pectore uulnus &c.

Tolluntur tamen quædam quæ uel à Græca origine sunt, uel ex primitiui casu I, breue habent, ut Flaminius à Flaminis. Iuuenalis satyra 1.

Quorũ flamini –uu a tegitur cinis atq; Latina etc.

Fulginia loci nomen. Silius libro 14.

Meuanus Varrenus, arat cui diuitis uber
Campi Fulgini –uu a, & patulis Clitũnus in aruis.

quod tamen sunt qui fulginea per E, scribunt.

Herminius. Virgilius Aeneidos 11.

Deijcit Hermini –uu um, nudo cui uertice fulua
Cæsaries &c.

Lycinius. Horatius libro 2. Ode 12.

Rectius uiues Lycini –uu– neq; altum
Semper urgendo &c. Sapphicum metrum est.

Quod

Quod nomen alij per Y, in prima scribere malunt.

Stertinius. Idem lib. 2. Sermonum 3. satyra.

Si quid Sterti – υυ us ueri crepat, unde ego mira c!ct

Sardinia. Martialis libro 4.

Nullo fata loco poßis excludere, quum mors

Venerit in medio Tybure Sardini – υυ a est.

Tarquinius. Ouid. 2. Fastorum:

Hoc cupiunt fratres Tarquini – υυ usq; pater etc.

Ad quorum exemplum Ausonius & Scatinius posuit, quod idem ab alijs Scantinius dicitur, ut

Scatini – υυ am metuit, non metuit Titiam, sed alij hoc plerunque producunt, ut Iuuenalis satyra 2.

Quod si uexantur leges & iura, citari

Ante omnes debet Scatina – υυ respice primum,

Atque hæc uulgo à Grammaticis notantur, cæterum non dubito, quin plura eiusmodi reperiantur, quare diligenter ubique animaduertenda etymologia est, et unde unumquodq; deriuetur.

In NIVS deriuata, in quibus O, uel V, præcedit N, antepenultimam producunt, ut, Antonius, Sempronius, Gorgonius, Pomponius, Feronia, Populonia, Iunius, Virunius, & similia. Horatius satyra quarta, libro primo Sermonum:

Pastillos Rufillus olet Gorgonius – υυ hircum.

Silius libro 13.

Diues ubi ante omnes colitur Feronia – υυ luco.

Idem eodem libro:

Asta-

Astabat foecunda Iouis Pomponia – uu furto.
Virgilius decimo Aeneidos:

Sexcentos illi dederat Populonia – uu mater &c.

Ouidius 6. Fastorum:

Iunius – uu à nostro nomine nomen habet &c.

Excipiuntur Atronius (quod quidã Antronius scribunt) Virgilius libro 10. Aeneidos:

Deijcit Atroni – uu um Salius, Saliumq; Nealces.

Mandonius. Silius libro 3.

Mandoni – uu us populus, domitorq; insignis equorũ.

Imperitat caeso &c. Et quo Martialis usus est, Apollonius, rhetoris nomen libro 5.

Ante salutabat rhetor Apolloni – uu us &c.

quod tamen illius authoritati permittamus. Nam Graece Ἀπολλώνιος, quod ipse sciam, scribitur.

Harmonia, Lucretius libro 3.

Harmoni – uu am Graij quam dicunt, quod faciat nos
Viuere cum sensu &c.

Pannonia. Statius quinto syluarum:

Aniuga Pannoni – uu ae, mutatoresq; domorum,

& caetera Graeca, quae ex primitiuorum casibus, O, breue secum trahunt, ut Ausonia, Paeonia, Maeonia, & similia.

Ionium, cũ de mari dicitur, ab Io, ut quidam uolunt, deriuatum, corripitur, ut apud Ouid.

Iactari quos cernis in Ioni – uu o immenso &c.

Pro regione autem Ionia, ut Ionicus quoque, producit

ait O. Idem sexto Fastorum:

Nec Latium norat quē praebet Ionia – uu diues etc.

Excipitur & Albunea, proprium syluae, in Laurentibus, siue hoc ab albedine aquae, siue ex Graeco Leucothea, factum. Virgilius 7. Aeneidos:

Lucosq; sub alta
Consulit Albune – uu a, nemorū quae maxima sacro
Fonte sonat &c.

PIVS. *In PIVS, siqua sunt deriuata, ea ex primitiuis suis aestimanda erunt, ut Sinapius à Sinapi, Asclepius, quod Graecum, & Ἀσκληπιός sua lingua scribitur. Crotopius à Crotopus, quod O, longum habet, ut apud Statium primo Thebaid.*

Perquirens nostri tecta haud opulenta Crotopi – – &c. Et quae his similia sunt.

Q VIVS *Eodem modo & quae Q, ante I, uel E, in penultima habent, ut Aqueus ab aqua, reliquiae à reliquus &c.*

RIVS. *In RIVS praecedente A, magna deriuatorum copia est, quae omnia antepenultimam producunt, ut Aquarius, causarius, haereditarius, carcerarius. Helcyarius, (quo nomine dicuntur, qui onera è nauibus aut aliunde subuectant, ab ἑλκύειν Graeco uerbo, ut apparet, appellati) & hoc genus alia. Martialis libro primo:*

Quem nec rumpere nauticum celeuma
Nec clamor ualet Helcya v–v– riorum &c.

Plautus in Captiuis:

Aegrè est mihi hunc face – – – v v re quaestum car=

carcerarium v-vv. *Senarius est.*

Quod autem Martialis aliquoties denarij nomē A, *breui posuisse uidetur, id nō est.* Neq; *enim syllaba* NA, *corripitur, sed* I, *quod est in penultima cum sequente uocali, per synecphonesen in unam syllabam inter scandendum coit.* Exempla *huius rei sunt:*

Rasum pumice, purpuraq; cultum
Denarijs ti ---v *bi quinq;* Martialem. Et li. 1.
Dena -- *rijs tribus* -vv *inuitus, & mane togatum*
Obseruare iubes atria Basse tua.

Libro 9. *& eodem* Epigrammate:

Trita quidem nobis togula est, uilisq;, putrisq;
Dena -- *rijs tamen hanc non emo Basse tribus &c.*

Neque enim putandum est in his nominibus A, *corripi magis licere, quàm in superioribus in* Aris, *&* Are, *desinentibus.*

Quanquam & apud Propertiū. *Nefarius legitur* A, *breui, sed id non solum hac syllaba cōtra analogiam posita, uerum etiam* Ne, *á qua ipsa dictio incipit, ut*

Dixit *& incerto permisit brachia somno*
Nescia nefari -vv *is accubuisse nouis &c.*

li. 4. *Quare cū* Despauterio, *haud dubitem locum hunc uitiatū esse dicere, quomodocunq; etiam legendū fuerit.*

Eandē autem rationem et illa seruant, quæ O, *ante* R, *habent, ut,* Prætorius, Quæstorius, Senatorius, *quæ antepenultimam ex casu primitiui productam afferunt.*

Et propria, ut, Sertorius. Lucanus libro 2.

Quiq; feros mouit Sertorius -υυ exul Iberos etc. & quæ similia.

Notatis tamen utrobiq;, quæ à Græcis ueniunt, aut uocalem aliâs ex primitiuo breuem secum trahunt, ut, Marius à Maris, Hectorius ab Hectoris, Nestorius à Nestoris, & id genus alia.

In Irius quoq; desinẽtia, quæ per I, latinũ scribũtur, ut sunt, Rabirius, et Podalirius, propria ambo, alterum etiam Græcum, I, ante R, producunt. Martialis lib. 7.

Astra, polumq; tua cœpisti mente Rabiri --

Ouidius secundo de arte:

Quãtus apud Danaos Podalirius -υυ arte medẽdi.

Quæ uerò Y, psilo ante R, scribuntur, idem illud corripiunt ferè, ut, Porphyrius, Astyrius, & similia. Claudianus in Gigantomach.

Te Delphica laurus

Stringat Porphyri -υυ on Cyrrheaq; templa tenebis &c.

Est enim eadem uocalis quantitas, siue ipsum nomen in On, siue in Vs, desinet. Iuuenalis satyra 3.

Si magna Astyri -υυ i cecidit domus &c. Quanq̃ hic dubitari posit utrum Assyrius legendum potius foret, nã et illud Y, breue habet: Vt in Bucolicis Virg.

Occidet Assyri -υυ um, uulgo nascetur Amomũ.

Excipitur Papyrius, quod origmem sequitur suam. Manlius libro primo:

Brutisq;

Brutisq́; à rege receptæ

Conditor, ut Pyrrhi per bella, Papyrius -vv *au thor.* Et *Martialis lib. 8.*

Heu quàm bene nunc Papy v-v- *riane*

Annei faceret manus Sereni &c. Cui quidam & Phillyrius adiecerunt, pro Chirone, sed falsò. Non enim Phillyrius apud Ouidium, sed philyreïus pro phy lyræus à philyra, quo nomine mater Chironis dicta fuit, legendum est. Versus Ouidij sunt:

Excipit hospitio iuuenem Philyreïus heros. Fastorum quinto: Et:

Non exempta foret pœnæ, fugit alta, superq́;
Pelion, umbrosum Phylereïa tecta, superq́;
Othryn &c. Quanquã idem nomen etiam per diplasiasmum, consonantis prima lõga efferunt poëtæ, ut

Phillyri -vv *des tenuit, saxo stant antra uetusto.* Idem quinto Fastorum:

Postremo & quæ V, ante R, habent, regulariter, ut placet Despauterio, eandem uocalem producunt, ut, Arturius, Hetruria &c. Iuuenalis satyra 3.

Cedamus patria, uiuant Arturius -vv *istis &c.* Virgilius 2. Georg.

Hanc Remus & frater, sic fortis Hetruria -vv *creuit.*

Et ad hoc exemplum penuria quoq; apud Claudianum positum legimus libro 1. in Rufinum, ut:

Tantáue gestandi fuerit penuria -vv *ferri?*

Quanquam idem nomen etiam breui V, Terentius po ſuiſſe uidetur, in Adelphis, ut

Næ illiuſmodi iam magua nobis ciuium

Penuria eſt, homo – υυ, – υυ antiqua uirtute ac fide.

Niſi quis ultimam et penultimam in penuria, per ſynec phoneſim pro una ſyllaba efferendam putet, cui non ma gnopere repugnabo, propter Claudiani exemplũ. Sed tamen uidemus multo plura eſſe huius formæ nomina, quæ V, corripiunt, q̃ quæ ſecundum regulam productũ habeant, ut, Mercurius, Vulturius, Palphurius, Maſu- rius, Turius, Liguria, quod ex primitiuo notum quoq; Centuria, Decuria, & quod per E, in penultima ſcribi tur Saturea. Quare ſi quis regulam inuertat, & quæ il le pro exemplis citat, inter excepta referat, & contrà, non multum, mea quidem ſententia, peccabit. Exempla autem horum ſunt. Virgilius Aeneidos 4.

Omnia Mercuri – υυ o ſimilis, uocéq; coloremq; etc.

Catul. *Suſcitat & cano uulturi – υυ um capiti.*

Quanquam idem hoc, ex caſu primitiui quoque cogno ſci poterat. Iuuenalis ſatyra 4.

Si quid Palphuri – υυ o, ſi credimus Armillato.

Perſius ſatyra quinta:

Excepto Maſu – υυ ri, ſiquid Rubrica uetauit.

Vbi tamen ſunt, qui legunt:

Excepto quod Maſſu – – ri rubrica uetauit &c.

Propterea quòd apud Athenæum in fragmento libri 1. (locus eſt ſtatim à principio) μασούριος per ου, diph- thon-

thongum scriptum legatur. Quam rationem equidem admitterem, si nomen ipsum Græcum foret, & non ab externo scriptore de Latino sumptum.

Deinde si uocalis Latina simplex, etiam quantitatis gratia, non ob uicinitatem soni tantū in diphthongū conuersa esset. Nam hoc Græcos, præcipue recentiores, in plerisq; Latinis, quæ per V, uocalē scribuntur, fecisse uidemus, ut siue ea longa, siue breuis sit, per diphthongū ου Græce eandem reddant. Sic enim & Οὐλπιανὸς, et Λούκουλλος, & Λούπερκος, et Λουκρήτιος, ab ijsdem, nulla quantitatis ratione habita, scribuntur, sed solum, quia eadē Latine per V, Vlpianus, Lucullus, Lupercus et Lucretius scribi solent. Quare nihil necesse est, uulgarem Persij lectionem ob hanc caussam mutare, si non alia aliqua grauior accedat, quæ mutationem illam fieri cogat. Vt igitur ad institutum redeamus, reliquorū exempla sunt, Horat. lib. 2. Serm. satyra 1.

Grande malum Turi – υυ us siquis se iudice certet.
Martialis libro 3.

Circa te Ligurine so υ – υ – litudo &c.
Eadem enim est deriuatorum quantitas. Persi. saty. 3.

Hic aliquis de gente hircosa centurio – υυ onum.
Dicat &c. Et Terentius in Phormione:
Nunc prior adito tu, ego in insidijs hic ero
Succenturia – – υυ – tus siquid deficies, age.

Quo pacto & Decuria poni posse puto, quando utrique eadem formatio atque ἔγκλισις est. Licet

Curia, quod ipsum quoque formæ huius est, pro parte populi, seu tribus, apud Plautum produci uideatur. Vt in Aulularia:

Nam noster nostræ qui est magister curiæ -- u -.

Senarius est, ut & cæteri eiusdem scenæ.

Satureæ autem exemplum est apud Columel. lib. x.

Et Satu - uu rea thymi referens, thymbræq; saporem. *Nam Saturea pluralis numeri, quo Martialis libro tertio, deriuatum ipse à Satyrio, accipio, ut significet conditum, aut medicamen aliquod ex Satyrij radicibus, aut succo compositum. Ideo etiam Satyrea, per Y, scribendum puto. Versus Martialis sic habent:*

Sed nihil Erucæ faciunt, bulbiq; salaces,

Improba nec prosunt iam satyrea tibi.

Quod cò hic addidi, quòd idem nomen Saturea, & primæ, et secūdæ declinationis esse, Despauterius uolebat.

Mamurius autem, quod ipsum quoque ad superiora pertinet, utroque modo positum reperitur. Propertius libro quarto:

At tibi Mamu -- ri formæ cælator ahenæ

Tellus artifices ne terat osca manus. *Ouidius tertio Fastorum:*

Arma ferant Salij, Mamuri - uu umq; canant.

Correptio tamen frequentior est. Hinc et Mamurianus V, breui apud Martialem ponitur, libro primo:

Tangis te digito Mamuri - uu a te tuo &c.

At quæ in Rius præcedente E, desinunt Latina, omnia

mnia E, corripiunt, ut, Tiberius, Valerius, Laberius, Ægeria, Fabrateria, & similia, siue deriuata, siue primitiua fuerint, ut:

Te Tibe – ∪∪ ri numerare, canis abscōdere tristē etc.
Horatius libro Sermonum 2. satyra 3. Et:

Contra Leuinū Vale – ∪∪ ri genus, unde superbus
Tarquinius &c. Idem lib. 1. satyra 6. Et:
Versus scribere posse te disertos
Affirmas Labe – ∪∪ ri, quid ergo non uis &c.
Martialis libro 6. Et:
Haud secus Ægeri – ∪∪ æ pubes, hinc Virbius
acer &c. Silius libro quarto:
Iuuenalis satyra 3.

Optima Soræ
Aut Fabrateri – ∪∪ æ domus, aut Frusino ne paratur.

Notatur Arteria, cuius exempla suprà posuimus, et siqua alia huius formæ, quæ Græcè per ητα scribūtur.

In ASIVS, a, um, deriuata Latina, pleraque A, longum habent, ut Amasius, Caprasius, Viridasius &c. SIVS.
Silius libro quinto:

Nec Sidicina cohors desit, Viridasius – ∪∪ armat,
Mille uiros &c.

Sic & Colocasia, qualiscunq; speciei fuerit. Virgil.
Mixtaq; ridenti Colocasia – ∪∪ fundet Acantho.

Græca autem, quorum maior in hac forma, copia est, ferè corripiunt A, ut Iasius, Gelasius. Vnde & Gelasinus, apud Martialem libro 7.

Nec grata est facies, cui gela – υυ sinus abest.
& cætera quæ à uerbis in ἄσω ueniunt.

Item Oribasius, Protasius, Anastasius, & similia, quæ à βάσις τάσις στάσις, et id genus alijs, de quibus suprà dictum, uerbalibus descendunt. Ouid. 4. Metam.

Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus – υυ Arcades omnes &c.

Pascasius tamen, siue hoc Græcum, siue ex Barbaro ad Græcorum formam factum dicas, à Mantuano A, longa positum est, Latinorum exemplo. Vide in Agone Luciæ.

Vt contrà Phæcasius, quo nomine Alexandrini sacerdotes uocabantur, Græcorum more A, breue habet. Iuuenalis satyra 3.

Phæcasi – υυ anorũ uetera ornamenta deorũ &c. Et:

Seplasia, uicus seu forũ Capuæ. Auso. in Epigr.

Aëre Seplasi – υυ æ decipiare caue &c.

In ESIVS deriuata, maxima ex parte Græca sunt, & E, longum ex deriuatione habent, ut Magnesius, Lirnesius, Milesius, Mindesius, Marpesius, Arcesius, Etesius, & similia. Seneca in Thyeste.

Æstas ueli – – – υ feris soluit υ – – υ Etesijs υ – υ – &c. Asclepiadeum est. Ouid. 13. Metamor.

Nam mihi Laertes pater est, Arcesius – υυ illi.
Virgilius Aeneidos 6.

Quàm si dura silex, aut stet Marpesia – υ υ cautes. Ouidius 5. Metamorph.

Occi-

Occidit & Celedon Mindesius – υυ occidit Astreus.
Quanquam inuenias & quæ breue E, habent, ut Ephesius, Genesius, quæ & ipsa ex origine sua manifesta sunt. Item Tiresias uatis nomen, undecunq; tandem formatū est, Horat. lib. 2. Serm. saty. 5.

Hoc quoq; Tiresi – υυ a, præter narrata potenti
Responde &c.

In ISIVS, quoq; desinentia pleraq; ex deriuatione cognoscuntur, præsertim Græca siue ea ἰῶτα, siue Y, psilon ante S, habuerint, ut Acrisius, à κρίσις, Othrysius, ab Othrys, yos. Cui simile & Odrysius, Artemisia, ab ἄρτεμις. Elysius, ἀπὸ τοῦ λύσιν μὴ ἔχειν, ut Etymologici exponunt, quæ omniā, quantum ego scio, antepenultimam breuem habent, tametsi de Arthemisia exemplum idoneum non habeam. Item Dionysius, à νύσαι τὸν δία, quod uerbum Y, longum habet. Amphrysius, ab Amphryso, quod itidem Y, producit, ut Virgilius Æneid. 6.

Quem contra breuiter fata est Amphrysia – υυ uates. Et similia.

Quanquam in Latinis ferè, & in quibus deriuatio obscurior est, I, lōgum magis poni uideas, ut in Carisius, Ocrisia, Aruisius, & similibus. Martialis lib. 6.

Nil lasciuius est Cari υ – υ – siano &c.

Ouidius sexto Fastorum.

Namq; pater Tulli Vulcanus, Ocrisia – υυ mater.
Præsignis facie Corniculana fuit. Virg. in Ec.

Vina, nouũ fundam calathis Aruisiia – ∪ ∪ nectar.

In OSIVS, quæ á Græcis deriuantur, ut sunt pleraq; huius formæ, O, ante S, ex deriuatione breue habent. ut Ambrosius, ab ἄμβροτος, Theodosius, á θεόδοτος.

Quo pacto & illa ponuntur, quæ ex terminatione in Osia, desinunt, ut Leucosia. Ouid. 15. Meta.

Leucosi – ∪ ∪ amq; petit. Et possessiuum Siracosius, quod ex Siracusius, intercisa diphthongo, factum est, de quo suprà dictum.

Quæ uero á Latinis fiunt, Latinam orignem sequuntur, ut Bonosius, á Bonosus, si tamen usquam reperitur. Roscus, à Rosa, quod O, breue habet. Nam roseus, O, longa, quod idem cum Rosulano uolunt esse, absque certo primitiuo est. Eius; exemplum apud Virgilium est Æneid. septimo.

Qui Nomentum urbem, qui Rosea – ∪ ∪ rura Velini &c. Tametsi non dubitem & Græca quædam huius terminationis inueniri, quæ O, longum habeant, ut quæ á uerbalibus in Osis, quorum uerba, á quibus formantur, O, in penultima longum habent, deducuntur, ut sunt: Metamorphosis, Matempsychosis, & id genus alia. Itaq;, ut sæpius eandē rem moneam, dilig̃eter ubiq; obseruandũ est, à quo unũquicq; proximè deriuetur.

VSIVS. In VSIVS, quæ Græcam orignem aut formam habent, plerāq; producũt V, ut Rhamnusius, Cadusius, apud Dionysium, Marusius. Æneid. 4. ut

Iuppiter omnipotens, cui nũc Maurusia – ∪ ∪ pictis

Gens

Gens epulata thoris &c. Petusia, loci nomen apud Martialem lib. 1. ut

Turgentisque lacus, Petu υ-υ- siæq;. Et similia. Quæ uero Latinorum propria sunt, V, breue ferme habent, ut Volusius. Iuuenal. Sat. 15.

Quis nescit Volu -υυ si Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat &c.

Quo modo & Blandusia, regio Sabinorum, ponitur. Horatius lib. 3. Carm. Ode. 13.

O fons Blandu ---υ siæ splendidior uitro.

Asclepiadeum est. Et Perusia, Hetruriæ oppidum. Propertius libro primo.

Si Peru -υυ sina tibi patriæ sunt nota sepulchra,
Italiæ, duris funera temporibus.

Nam quòd Despauterius in superiori exemplo Martialis, Perusiæ, pro Petusiæ, legit, uitio exemplaris deceptus fuit. Quanquam & Stephanus tradat utroq; modo scribi, περουσίαμ, uidelicet & περυσίαμ.

Venusia autem, Apuliæ oppidum, uariari uidetur, ut ex possessiuis apparet. Iuuenal. Sat. 1.

Hæc ego non credam Venu -υυ sina digna lucerna.

Idem satyra sexta.

Malo Venusi -- nam, quàm te Cornelia Mater
Gracchorum &c.

In TIVS, præcedente A, deriuata Latina, antepenultimam producunt, ut Horatius, Trebatius, Statius, Collatia, & similia. Ouid. 4. Fastor. TIVS.

Et tenuit

Et tenuit nostras numerosus Horatius -uu *aures.*

Horatius lib. secundo Sermon. Satyra prima.

Nisi quid tu docte Trebati --

Dissentis &c. Iuuenal. Saty. 7.

Et carmen amicæ

Thebaidos, lætam fecit cum Statius -uu *urbem*

&c. Ouid. 2. Fasto.

Surgit cui dederat clarum Collatia -uu *nomen.*

Notentur è breuibus deriuata, ut Carius, à Catus.

Horatius lib. 2. Serm. Saty. 4.

Vnde & quo Cati -uu us &c.

Et Græca, ut Emathius, Pancratius &c. quorum posterius hoc ex compositione notum est. Iunctum enim est ex πᾶν, *&* κράτος. *Alterum exemplis constat, ut*

Bella per Emathi -uu os plus quàm ciuilia cãpos.

&c. Lucanus à principio.

In TIVS, quæ E, ante T, habent, regulariter quidẽ producuntur, ut Lucretius, Lucretia &c.

Ouidius secundo Fastorum.

Vtq; thorum preßit, ferrum Lucretia -uu *mecũ est*

Natus ait regis &c.

Sed tamen excipiuntur plurima, quæ uel ex deriuatione, uel usu breue E, habent, ut Archetius proprium uiri. Æneid. 12. ut

Ferit ense grauem Thymbræus Osirim

Archeti -uu um Mnestheus, Epulonem obtruncat

Achates &c. Calpetius, à quo Calpetianus. Mar. li 6.

Ponuntur

Ponuntur semper Chrysendeta Calpeti - ∪∪ ano &c. Lucetius, quo nomine Iuppiter à Thuscis dictus, ut Seruius author est. Virg. 11. Æneid.

Luceti - ∪∪ um portæ subeuntem ignesq; ferentem.

Metius. Virg. 8. Æneid.

Haud procul inde citæ Meti - ∪∪ um in diuersa quadrigæ Distulerant &c.

Suffetius, quod tamen & per C, scriptum inuenias. Catullus.

Tuto & Suffetio seni ∪ - ∪ - recocto. Antispasticum Phalæcium est. Et quæ ex deriuatione nota sunt, ut Vegetius, à uegetus. Venetiæ, à Venetus. Ad quē modum se habent & gentilia, populorumq; nomina pleraque, ut Cercetij. Fannius in Dionysium.

Post hos Cerceti - ∪∪ i, iuxta quos Axenus altis Fluctuat æquoribus &c.

Heluetij, cuius exemplum apud recentiores inuenias, ut apud Mantuanum in exhortatione contra infideles.

Helueti - ∪∪ i tibi dura acuunt uenabula & enses.

Peucetij. Ouid. 14. Metam.

Peuceti - ∪∪ osq; sinus, Mesapiaq; arua relinquit.

ubi uulgò Peuteolos & Melapia legtur.

Pometij. Virgilius sexto Æneid.

Pometi - ∪∪ os, castrumq; Inui, Bolamq;, Coramque &c. Et similia.

Græca autem siue à uerbis, siue à nominibus ueniant, pleraq; ex origine noscuntur, ut Boëtius, à βοητός

Arretia

ἄῤῥητος. Aëtius, ab ἀετός. Lampetiæ, à λαμπετός &c. Propert. lib. 3.

Pauerat hoc Phœbo filia Lampeti – υυ e &c.

Similiter autem & quæ V, uel O, ante TIVS, habent, antepenultimam producũt, tametsi rariora sunt, ut Albutius, & apud Philelphum Iannotius &c. Horatius libro secundo Serm. saty. 1.

Canidia Albu – – ti, quibus est inimica uenenum.

Nam Mutius, Tuttius, Bruttius, & similia ex primitiuis nota sunt.

Quo pacto & Minutius, à Minutus, ut quidem apparet, deductum, V, longum habere debebat, sed contrà legitur apud Silium lib. 7.

Nec mora, disiecto Minu – υυ ti uecordià uallo etc.

Et rursum eodem libro.

Si factis nondum Minu – υυ ti te cauta probare

Erudijt fortuna meis &c. Quod equidem cur ita breuietur, non intelligo.

ITIVS. Illa uero, quæ in ITIVS, desinunt, deriuata, Latina omnia, ut inquit Priscianus, tam à uerbis, quàm à nominibus uenientia, I, ante T, breue habent, quod illi sanè crederemus, si eandem rem exemplis docuisset quoq;. Nam quod ad denominatiua attinet, dubij nihil est. Oĩa enim illa, antepenultima correpta in uersu ponũtur, ut Natalitius, Cathedralitius, Saturnalitius, Tribunitius, &c. quorũ exẽpla in promptu sunt. Martial. lib. 7.

Ad natali – – – υ tiã dapes uocabis. Idem lib. 10.

Cum

[D]um cathedraliti –υυ os portet tibi rheda ministros, &c. Quo pacto & illa se habent, quorum deriuatio obscurior est, ut Sulpitius, Ceditius &c. Idem eod. lib.

Omnes Sulpi –––υ tiam legunt puellæ,
Vni quæ cupiunt uiro placere. Et lib. 8.
Æquandas semel in genas rogatus,
Rufo Cedi –––υ tiane commodaui &c.

Quanquam sunt nonnulla, quæ ab hac analogia deflectunt, ut Misitius, Apitius, Pampitius, Anitia &c, de quibus suprà dictum est, quòd eorum quædam etiã per C, scripta reperiuntur.

At contrà, quæ à uerbis siue participijs ueniunt, siquidem T, quod in penultima habent, ex terminatione, non ex primitiuo habent, I, quod est in antepenultima, quod quidem ipse hactenus uiderim, & Despauterius quoq; exemplis docet, producũt, ut sunt Suppositius, proiectitius, surreptitius, emißitius, adoptatitius, compellatitius & similia. Exempla habes. Martial. lib. 5.

Hermes suppo –––υ sititius υ–υ– sibi ipsi est.

Plautus in Cistellaria.

Is amore proiectitiam il ––υ– lam deperit &c.

Idem in Menechmis.

Hic fuerat auitus ille surreptitius ––υυ.

Etrursum in eadem fabula.

Adoptat illum puerum surreptitium ––υυ.

Et in Aulularia.

Circũspectatrix est oculis emißitijs ––υ–. Et in penulo.

De-

Demarcho item ipse fuit adoptatitius --uu.
Et in Persa.

Terrestris, Coepu --, -uu lonus compel ---
latitius --uu. O, & E, in Coepulonus per synecphosin pro una breui copulatis. Sunt enim hi uersus Senarij, in quibus necesse est, tertiam á fine syllabam longam esse, uel pro longa duas breues poni, quod hic nusquam fit. Nisi quis hoc obijcere uelit, quòd ueteres nõ in hac modo forma, sed & in uerbalibus in TIO, eadem antepenultimarum quantitate, suo quasi iure, interdũ usi fuissent. Cuius rei exemplum, et suspitio illud sit, de quo suprà diximus. Sed tamen utut hoc fuerit, tutius est ubique, & minori reprehensione redargui potest, si quis ad exempla & authoritatem ueterum sese comparet potius, quàm si nudis Grammaticorum præceptis, quale superius Priscianu est, insistat.

Notatur tamen Septitius, siue hoc á septus, siue aliunde deriuatum. Habet enim I, breue, ut apud Horatium epistola quinta.

Vt coëat par,
Iungaturq; pari, Brutam tibi Septiti -uu umq;.
Et apud Martialem libro quarto.

Ergo nec argenti sex scrupula Septiti -uu ane.
Quæ uero T, quod in penultima est, ex primitiuo secũ trahunt, primitiui quantitatem quoq; retinent, ut Nutritius, à nutritum. Potitius, à potitum. Domitius, à domitum, & similia, quorum priora duo I, longũ ex quar

ta coniugatione habent, postremum autem hoc corripitur, ut apud Lucan. lib. 2.

At te Corfini ualidis circundata muris
Tecta tenent pugnax Domi – uu ti, tua classica seruat,

In VIVS, præcedente V, corripiunt antepenultimã, ut Pacuuius, Vesuuius, exuuiæ, induuiæ &c. Mar. 11. VIVS.

Attonitusq; legis, terrai frugiferai.
Actius & quicquid Pacuui – uu usq; uomunt.

Statius secundo Syluarum.

Fortior arse fores, si uel fumante ruina
Ructassent dites, Vesu – uu uina incendia Locros.

Virgilius secundo Æneid.

Quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuui – uu as indutus Achilli.

Cætera in Vius, ex deriuatione cognoscuntur, ut Octauius, ab octauus: Flauius, à flauus, quæ longum A, habent: Auia, ab auus, quod penultimam correptam habet. Cui simile Bauius, siue hoc primitiuum, siue deriuatum, ut

Qui Baui – uu um non odit, amet tua carmina Mæui. Vt rursum superioribus, Mæuius, Liuius, quæ ipsa quoq;, non satis constat, unde sint deriuata. Martialis libro decimo quarto.

Pellibus exiguis arctatur Liuius – uu ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Meuij exemplum suprà positum est, nam Næuius diphthongo sua notũ est, ut et Græcũ Euius, quod Bacchi co

gno nentum est. Sunt aũt & alia deriuata in Vs, pur ũ, quæ V, ante VS, habent, ut Riguus, ambiguus, uacuus, perspicuus, & similia, quæ item ex deriuatione cognosci facilè possunt. Et Græca in OVS, ut Cous, Latous, Myrtous, de quibus in regulis uocalium dictum est. Atque hactenus de ijs, quæ in Vs, purum desinunt.

Quæ consonantem ante Vs, habent.

CVS. Quæ uerò consonantem ante Vs, habent, eorum præcipua ac plurima sunt possessiua in CVS, quæ in penultima A, uel I, ante C, habent, ut Adriacus, cardiacus, Isiacus, Phidiacus, in quibus & antepenultimæ inter se similes sunt, Villicus, rusticus, cyclicus, olympicus, Grãmaticus, & id genus prope innumera, tam à Græcis, quàm à Latinis deriuata. Virg. 11. Æneid.

Amnis & Adria -uu cas retro fugit Aufidus undas.

Iuuenal. Cardia -uu co cyathum non porrecturus amico &c. Idem satyra tertia.

Aut apud Isia -uu cæ potius sacraria lenæ &c.

Propertius libro tertio.

Phidia -uu cus signo se Iuppiter ornat eburno.

Horatius epistola 14.

Villice -uu syluarum, & mihi me reddẽtis agelli.

Virgilius Ecloga secunda.

Rusticus -uu es Coridon &c. Horati. in Arte.

Nec sic incipies, ut scriptor Cyclicus -uu olim.

Idem prima Oda, lib. 1.

Sunt quos curriculo puluerem olympicum u-uu.

Asclepi

Asclepiadeum est. Iuuenal. saty.3.

Grammati – ∪∪ cus, rhetor &c. Quibus similia et illa sunt, quæ pro proprijs, aut aliàs substantiuè usurpantur, ut Bardiacus, pro penula Gallica, Vrbicus, Atticus, Ponticus, & similia. Martialis.

Laßi Bardi – – – ∪ acus, quod euocati.

Idem libro septimo.

Mercari nostras si te piget Vrbice – ∪∪ nugas.

Et eodem libro.

Attice – ∪∪ facundæ renouas qui nomina gentis.

Et libro quinto.

Cur sine te cœno, cum tecum Pontice – ∪∪ cœnem?

Sed superuacaneum est in his recensendis immorari. Excipiuntur tamen quædam, quæ cum eandem formam habeant, diuersa tamen quantitate penultimæ, usurpantur, ut Anticus, posticus. Persius.

Occipiti cœco posticæ oc – – currite sannæ.

Cuius formæ et Petricus fuisse uidetur, quod ipsum quidem in usu non est, deriuatum autem de se reliquit petricosus, quod I, in antepenultima longum habet. Ma. li.5.

Res petrico – – sa est Cottile, bellus, homo &c.

Nam de Amicus, pudicus, mendicus, & similibus, infrà agemus, quæ quanquam & ipsa alicunde deriuata uideri queant, huius tamen generis non sunt.

Illa autem in CVS, deriuata, quæ in antepenultima A, & in penultima syllabam TI, ante C, habent, ut sunt Viaticus, fanaticus, lymphaticus, aquaticus & similia,

non modo penultimam ex analogia breuem habent omnia, sed & antepenultimam, ex eadem similitudine producunt, ut

Finem animo certum, miserisq; uiatica –∪∪ canis.
Persius Satyra quinta. Et

Aut fanaticus –∪∪ error, & iracunda Diana.
Horatius in arte. Et

Helleboro quoq; purgatur lymphaticus –∪∪ error.
Serenus. Atq; in hunc modum se habent possessiua, et cætera deriuata in Cus, quorũ deriuatio manifesta ac plana est. Porrò sunt & alia in Cus, tam primitiua, quàm deriuata, quæ certam quandam analogiam quantitatis ac terminationis inter se habent, ut sunt primo, Propria in Icus, peregrina, & item Latina quædam, quæ possessiuorum formam nõ habent, ut Alericus, Americus, Ludouicus, Heluicus, Caicus, Vaicus, Mauricus, Vepicus, & similia. Claudianus de bello Getico.

Rumpe omnes Alarice mo –∪∪ ras, hoc impiger æuo &c. Et rursum.

Res Alarice tu –∪∪ as per tot certamina ducto

Crede seni &c. Ad quod exemplum etiam cætera huius formæ iudicentur, quorum tamen magna apud recentiores passim copia est. Virg. 1. Æneid.

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici ––.
Quo pacto idem nomen, & pro fluuio ponitur, ut apud Ouidium 3. de arte.

Quæq; bibunt undas Mysi Caice tu –∪∪ as &c.
Silius lib. 1. Stantem

Stantem pro muro, & motantem membra Vaicum
– u. Martialis libro quinto.

Probitate Marcos, æquitate Mauricos u – – –.
Choliambus est. Silius libro octauo.

Vepi – – cus quondam uenerabile nomen ab alto
Saturno &c. Quibus similia & Triuicus, loci nomen, tametsi haud scio, an hoc compositum magis sit. Horatius satyra secunda.

Nunquam erepsemus, nisi nos uicina Triuici – –
Villa recepisset. Et Labicus, gentile. Virgilius septimo Æneid.

Et picti scuta Labici – – &c. Et quod per Y, psilon à Latinis scribitur, Caycus, populi Germanici nomen, apud Lucanum libro primo.

Et uos crinigeros bellis arcere Caycos – – &c.
Addidi autem, quæ possessiuorum formam non habent, quòd quæ eiusmodi sunt, ut Tetricus, Maßicus, & similia, ad superiorem regulam pertinent, penultimamq; corripiunt, ut

Et Tetri – uu cæ horrētes rupes &c. Æneid. 7. Et
Vitiferis latè florebat Maßicus – uu aruis.
Silius libro septimo.

Quemadmodum neq; Amycus, Ampycus, & id genus alia, quæ per Y, scribuntur. Sunt enim Græca, & eiusdem quantitatis cum superioribus, ut

Nunc Amy – uu ci casum dolet &c. Æneid. 1. Et
Ampyci – uu desq; sagax, & adhuc à cōiuge tutus.
Metam. 5.

II. Adiectiua quaedam Latina, in quibus A, uel I, praecedit C, ut Meracus, opacus, amicus, apricus, mendicus, pudicus. Horat. Epiſto. 2. lib. 2.

Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco – –.

Virgi. in Buco. Hic inter flumina nota

Et ſacros fontes frigus captabis opacum – υ.

Horatius.

Quicquid ſub terra eſt, in apricum – – proferet aetas. Martialis in Apoph.

Ne mendicaſt – υυ rat barbati prandia nudi &c.

Dormiat, & tetrico cum cane pera rogat.

Reliqua nota ſunt.

Caeterum ſimilia ſunt his & ſubſtantiua haec, lumbricus. Serenus.

Lumbri – – cus terrae mixto inducetur oliuo.

Et umbilicus. Martialis lib. 5.

Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle,

Iam peruenimus uſq; ad umbilicos υ – –.

Nam caprificus, & Palici, quae itidem producunt penultimas, compoſita ſunt, alterum ex caper et ficus, cuius quantitas nota eſt: alterum, ex πάλιν, & ἱκέιν Ouid. 5. Metam.

Stagna palico – ¬ rum rupta ferventia terra &c.

Poſtremo gentilia & Barbara, in quibus A, uel O, praecedit C, ut Dacus, Valacus, Iudocus & ſimilia, quae & ipſa penultima longa poni ſolent.

Martialis libro ſexto.

Grande

Grande iugum domita Da -- cus ceruice recepit.
Quanquam Dacæ primæ declinationis, cum de populo Orientali intelligitur, nonnulli A, correptia ponni dicant, ut apud Silium lib. 13.

Cursu signa tulit, cui peruia Bactra, Dacæ -uu &c.
Et apud Lucanum libro primo.

O superi motura Da -uu cas, ut clade, Getasque
Securo me Roma cadat &c. Pro quo tamen rectius Dahæ & Dahas legitur, quemadmodum & Aene 9.

Indomitiq; Da -uu hæ &c. ut infra libro tertio ostendemus.

Græcorum autem propria in Acus, ferè correptam A, habent, ut Æacus, amaracus, assaracus &c. Sic & Spartacus. Claudian. de bello Getico.

Vilis cum Spartacus -uu omne,
Per latus Italiæ ferro bacchatus &c.

Benacus autem A, longũ retinet. Virgil. 2. Georg.

Te Lari maximè, teq;
Fluctibus & fremitu assurgens Benace ma -uu rino &c.

Et Eumacus, quod Despauterius ex Statio addit, perperam citatur cũ ibi Eumæus legendũ sit, ut

Sperauit tardi reditus Eumæus V -uu lyssi &c.
Libro secundo in Epicedio Vrsi.

In DVS, præcedente I, deriuata Latina, siue à uerbis, siue à nominibus ueniant, penultimam corripiunt, ut squalidus, uiuidus, aridus, humidus, herbidus, roscidus, & similia. Ouid. 10. Metam. DVS.

Squalidus – ∪∪ *in ripa, Cereris sine munere sedit.*

Virgilius *Ecloga decima.*

Vuidus – ∪∪ *hyberna uenit de glande Menalcas.*

Ouidius *octauo Metam.*

Ossa sub incuruis extabant arida – ∪∪ *lumbis &c.*

Nec pluribus exemplis opus est, Habent enim se omnia huius formæ eodem modo.

Verbalia autem in Bundus, non solum penultimam inter se æqualiter longam habent, sed & antepenultimã uel producunt pariter, uel corripiunt. Producunt quidem, quæcunq; à uerbis primæ coniugationis ueniunt, ut Iactabundus, uitabundus, errabundus &c.

Virgilius *Ecloga sexta.*

Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris.

Erra – – *bunda bouis uestigia &c.*

Corripiunt autem, quæ ab alijs coniugationibus, ut author Priscianus est, fiunt, ut Tremebundus, furibundus, moribundus, &c. Virgilius 4. Æneid.

Fama prior, cui me mori – ∪∪ *bundũ deseris hospes.*

Quanquam de ijs, quæ à uerbis secundæ coniugationis ueniunt, certum non habeo, utrum perpetuò corripiantur, an compositorum more, ceu sunt Tremefacio, patefacio &c. E, commune seruent, ut neq; de ijs, quæ à quarta coniugatione fiunt, quando exempla eorum desiderantur. Dubium autem facit, quòd uideo in uerecundus, quod similis formæ est, ex secunda cõiugatione deriuatum, E, longũ haberi, idq; semper, ut infrà apparebit.

Exci

Excipitur tamen Abundus, quod tametsi & ipsum superiorum formam refert, non tamen ex terminatione, sed ex primitiui uoce, B, cum praecedente uocali secum affert, quanquam ipsum nomen Abundus, non admodum in usu sit, sed aduerbium Abundè, quod ab illo formatur, & uerbum Abundo, siue hoc ab illo, siue illud ab hoc descendit.

Caeterum eodem ferè modo se habent & illa, quae in CVNDVS exeunt, ut, Iracundus, Verecundus, Rubicundus &c. Nam in quibus A, uel E, praecedit C, antepenultimam producunt, ut:

Ira — — cundaq; mens facilè efferuescit in ira.

Lucretius libro 3. Et,

Disce uerecun — — do sanctius ore loqui &c.

Quibus simile & Iucundus, siue hoc à Iocus, ut quidam uolunt, siue à Iuuo potius deriuatum putandum est. Horatius:

Aut prodesse uolunt, aut delectare poëtae

Aut simul & iu — — cunda & idonea dicere uitae.

At quae I, ante C, habent, eandem syllabam corripiunt, ut, Rubicundus &c. Virgilius 1. Georg.

At rubi ‿ ‿ cũda Ceres medio succiditur aestu etc.

Vt autem suprà in Cus, nomina quaedam peregrina commemorauimus, quae similitudinem inter se quandam habent, ita in hac quoq; terminatione propria quaedam sunt, quae uel A, uel E, siue I, ante D, habẽt, ut sunt, Cunradus, Menradus, Refredus, Ganfredus, Sigefridus, Go

defridus, et similia, quæ omnia penultima longa efferuntur. Quæ tametsi fortaßis quibusdam uidentur aliena, atque indigniora, quàm quæ cum Græcis & Latinis numerentur, propter usum tamen nostri temporis, non putaui prætereunda. Et reperiuntur à ueteribus quoque usurpata propria his nostris non dißimilia, quale est, Emodus, montis nomen apud Fannium, in Dionysij Periegesi, ut:

Quos capit Emo -- do mißos Gangetica monte
Tellus &c. Et Botrodus siue Botrodum, loci nomen, apud Martialem libro 12. ut:

Botrodum pla ---u teamq; Celtiberis.
Hæc sunt nomina craßiora terris.

GVS. In GVS nulla propè sunt, quæ deriuata propria dici poßunt, sed composita pleraque. Habent tamen similitudinem atque analogiam inter se quandam illa quæ A, ante G, habent, ut Vertagus, Lucagus &c. quæ breui A, ponuntur, ut Martialis in Apoph.

Non sibi sed domino uenatur Vertagus -uu acer.
Virgilius libro 10.

Interea bijugis infert se Lucagus -uu albis &c.
Choragus autem, quia diuersam deriuationem habet, diuersa etiam quantitate effertur. Huius exempla suprà posuimus. De compositis, ut sunt, Pamphagus, Sarcophagus &c. iuxta simplicium naturam, iudicandum.

In quibus autem E, præcedit G, pleraque longam penultimam habent, ut Celbegus. Virgilius 12. Aene.

Ille

Ille Talon, Tanamq; neci, fortemq; Cethegū –ᴗ etc.

Sic & Græca, Strategus, Archegus, quæ tamen ex compositione quoque noscuntur.

Et Barbara, siqua in GVS desinunt, ut, Bagogus, Tolistobogus, quæ à Despauterio allegantur. Nam Bogus, & Basagus, apud Silium corripiuntur, ut:

Occumbit Bogus –ᴗᴗ infaustam qui primus ad amnem &c. Libro 5. & eodem:

Nec Basa –ᴗᴗ go exultare datur. Sed de his rectius inter primitiua dicetur.

Græca si qua breuem uocalem ante G, habuerint, & ex primitiuis facilè cognoscentur.

In LVS deriuata Latina, pleraq; V, uel I, ante L, habent, & diminutiuorum, quibus ferè similia sunt, quantitatem sequuntur, ut, Credulus, Bibulus, Patulus, Nubilus, Mutilus, Rutilus, siue hæc posteriora deriuata, siue etiam primitiua sunt habenda. Ouidius: LVS.

Credula –ᴗᴗ res amor est &c. Horatius:

Potores bibu –ᴗᴗ li, media de nocte falerni. Oui.

Tempora si fuerint nubila –ᴗᴗ solus eris. Idem:

Turpe pecus muti –ᴗᴗ lum &c.

Cuius generis & propria illa uidentur, Testilus, Catilus, Ædilus, Papilus, & similia. Martialis libro sexto,

Testile –ᴗᴗ uictoris tormentum dulce Viconi.

Idem libro primo,

Gestari iunctis nisi desinis Ædile –ᴗᴗ capris

Qui modò ficus eras, iam caprificus eris &c.

Item in quibus O, præcedit L, ut Næuolus, Scæuola, & similia. Nam & hæc diminutiuorum formam habent. Idem libro 2.

Non metuas mortem Næuole -υυ sed timeas.

Et rursum:

Scæuola tu cœnas apud omnes, nullus apud te &c.

Quæ uerò in Culus desinunt, siquidem I, ante C, in antepenultima habuerint, utranque syllabam, hoc est, tam antepenultimam, quàm penultimam corripiunt, ut Ridiculus, Anniculus &c. Horatius:

Parturiunt montes, nascetur ridicu -υυ lus mus.

Notatur Pediculus, quod tamen alij inter diminutiua referunt. Cuius exemplum suprà uide.

Et Cuniculus, quod item I, longũ ante C, habet, siue deriuatiuum, siue primitiuum hoc dicendum. Martial.

Gaudet in effoßis habitare cuniculus -υυ antris.

Sin autem A, ante C, habuerint, penultimam quidem correptam habent, ut superiora, antepenultimam autem producunt, ut, Vernaculus, quod tamen & Verna diminutiuum uideri queat, quo minus obscura est illius quantitas.

Græca autem in LVS, uariè se habent. Deriuata & propria, quæ A, uel E, ante LVS, habent, ut plurimum penultimam corripiunt, ut, Attalus, Harpalus, Euryalus, Thessalus, Mænalus, &c. Icelus, Cypselus, Ampelus, Sthenelus, Stiphelus, Eutrapelus, & similia.

Martia

Martialis libro primo:

Declamas belle, caussas agis Attale –uu belle etc.

Ouidius 3. Metamorph.

Harpalus –uu & Melaneus hirsutaq; corpore La chne. Idem Metamorph. 11.

Hunc Ice –uu lon superi, mortale Phobetora uulgus Nominat &c. Virgilius in Cyri:

Cypseli –uu dae magni florentia regna Corinthi etc. Ouidius tertio Fastorum:

Ampelon –uu intonsum satyro, nymphaq; creatum &c. Virgilius 10. Aeneidos.

Hinc Sthene –uu lū petit, & Rheti de gente uetusta Anchemolum &c. Ouidius 12. Metamorph.

Quinq; neci Caeneus dederat Stiphe –uu lumq; Bromumq;. Martialis libro 7.

Eutrape –uu lus tonsor dum circuit ora luperci.

Quae exempla Iuniorum causa adieci. Nam qui proficctiores sunt, ex Graeca scriptura haec & similia qualia sint, facilè uidere possunt. Sunt autem similia his & appellatiua, Obelus, Angelus, & Cybelus, sacerdotis nomen, nam & haec per E, psilon Graecè scribuntur, quae notare eò uisum est, quòd & ipsa crebro à Latinis usurpantur.

Excipiuntur ex ijs, quae A, ante C, habent, Pharsalus, Stymphalus, quorum exempla suprà uidimus.

Sardanapalus, ut apud Martialem lib. 11.

In scaphium moechae Sardanapale tu –uu e etc.

Et

Et Caramalus, quo Sidonius usus dicitur in laudibus Narbonis, quanquam posteriora hæc inter Barbara magis quàm Græca recenseri conueniebat.

Excipitur & Omphala siue Omphale, quod suprà quidem inter fœminina in E, notandum fuerat. Cæterum in hunc locum dilatum à nobis est, propter uicinitatem, quam habet, cum dictione Omphalus, (cuius media corripitur,) nequis deriuationis opinione deciperetur. Propertius libro 3. Elegia 11.

Ompha -- le in tantum formæ processit honorē
Lydia Gygæo tincta puella lacu &c.

Ex illis autem, quæ E, ante L, habent, notantur composita, ut Philomelus, Eumelus &c. & appellatiua primitiua, ut Phaselus, Camelus, de quibus in regulis specialibus uidendum.

In LVS quæ I, ante L, habent, propria ac deriuata pleraq;, eodem modo ut superiora, corripiuntur, ut Zoilus, Troilus, & similia. Martialis lib. 2.

Felicem fieri credis me Zoile -uu cœna &c.

Sic & quæ per Y, psilon scribuntur, propria & uerè deriuata, ut Aeschylus, Æmylus, Sipylus &c. Horatius in Arte.

Æschylus -uu & modicis instrauit pulpita tygnis.

Quæ autem longam penultimam habent, composita ferè sunt aut peregrina, ut Asylus, Abyla, Massylus, Crocodilus, Allophylus, et similia, de quibus lib. 3. dicetur. Nam Mnasylus & Pompilus quæ itidē penultima producta

ducta ponuntur, alterum apud Virgilium Ecloga 6. alterum apud Martialem lib. 6, alij ll, gemino ob id scribere malunt. Pro pisce, certè Pompilus apud Oppianum corripitur, ut libro 1.

Ἐν κείνοις νέμεται καὶ πομπίλος, ὃν περὶ ναῦται
Ἄζονται &c. Et Mnasylus etiam compositũ uideri potest, perinde ut et Asylus. Nã de Trochilo quod Calepinus produci ait, exemplum non habeo. Scriptura utiq; & accentus in eo eadem sunt, quæ in Pompilo. Tametsi Aristophanes in pace. Strobilus I, longa posuit quod tamen etiam ipsum iisdem literis, quibus superiora scribitur, ut,

Εὐδαιμονέστερος φανεὶς τῶν καρκίνου στροβίλων υ--
Versus e ꝭ Iamb. Tetram. Catalecticus. Sed nos de iis potißimũ hic agimus, quæ in cõmuni Latinorũ usu sunt.

In OLVS propria, ferè longum O, habent, ut, Mausolus, Ætolus, Pactolus, Cymolus &c. Ouidius:

Hinc humilem Myconem, cretosaq; rura Cymoli etc.

Cætera nota sunt.

Deriuata autem, uel ex adiectiuis propria facta, ferè corripiuntur. Tale est Æolus, & siqua similia.

Composita ex simplicibus spectanda sunt, ut Anchimolus, quod à μολεῖν compositum uidetur.

IVLVS quoque, quod V, ante L, habet penultimam producit, cuius exempla ubique obuia. Quomodo & gentile Getulus. Virgilius 4. Aeneidos:

Destruet, aut captã ducat Getulus Hi - υυ arbas.

In

In MVS deriuata Latina, quæ I, ante M, habent, ut, Bimus, Quadrimus, Opimus, siue hoc ab Ope, ut Varroni placet, siue ab opere, ut Plutarcho uidetur, dictum &c. penultimam producunt, ut Aeneid. primo:

Genitor tamen Belus opimam – u
Vastabat Cyprum &c. & Martial. lib. 12.
Nec quadra deerat, casei Tolosatis
Quadrimani – – u – gri, nec corona pulegi &c.

Scazontes sunt.

Ad quod exemplum quidam censuerunt, & Matrimus, Patrimus &c. ponenda, quorum tamen penultimam Politianus Miscellanea 58. corripuit his uersibus.

Sed enim pueri, pueræq; seorsim
Cõcelebranto choros, uerum hæc sit patrima – uu proles
Matrima – uu q;, at nuptæ genibus Iunonis ad arã &c.

Quod utrum perperam, an recte ab eo factum, dicere non possum, quando ueterum exempla desunt, mallem tamen Martialem, quàm recentiores imitari.

Illa autem in MVS, in quibus syllaba TI, præcedit M, correptam habent tam antepenultimam, quàm penultimam syllabam, ut Legitimus, Maritimus, Finitimus, & si qua alia. Virgilius 6. Aeneidos:

Nã tua finiti – uu mi longe, lateq; per urbes &c.

EMVS. Sunt & in MVS, quæ E, uel A, ante M, habent, sed à Barbaris deriuata, ut, Boëmus, Adamus, Abrahamus, & similia, quæ ad exemplum, Volemus, Dictamus, de quibus

quibus libro tertio dicetur, à Iunioribus ponuntur. Nam hoc ueluti generale est, ut, Barbara, quæ Latinam uel Græcam Enclisin assumunt, penultima producta ponantur. Sic enim & Iosephus, à Ioseph, Dauides à Dauid, Iacobus à Iacob, & similia, producuntur, quanquam ultimum hoc inuenies, qui breui quoq; penultima posuere, ut Pontanus in Epitaph. patris. Notio peregrinis proprii.

Ante diem rapuit Iaco -uu bum mors, filius illi
Infans quæ nequijt, dat modò iusta senex.

Sed tamen Claudiani exemplum sequi mallem, apud quē in magistrum equitum, legitur:

Per cineres Pauli, per cani limina Petri
Ne laceres uersus dux Iacobe me -uu os &c.

Nam & uetustior author hic est, & Græci quoque idem nomen Ἰάκωβος ω longa scribunt. Tametsi neque Pontanum temerè ita posuisse existimo, ut est eius in cæteris huius generis rebus summa & exquisita diligentia.

Græca autē in Damus, ut, Lygdamus, Hippodamus, et similia, ex cōpositione A, breue habent. Prope. li. 4.
Lygdamus -uu ad cyathos, æstiua utriq; supellex &c.

At ea quæ in ESIMVS exeunt, ut sunt, Centesimus, Vicesimus, Millesimus, & similia, penultimam quidem corripiunt, antepenultimam autem producūt, ut Lucanus libro octauo:

Stabit Barbarico coniunx millesima -uu lecto.

Ad quem modum & Græca eiusdem formæ se ha-

bent, quale est, ἄσιμος &c. ut in illo:

ἀμείνω δ' ἄσιμα –υυ πάντα &c. A quo & Enæsimus, de quo suprà dictum.

NVS. In NVS deriuata, Gentilia, & propria, Latina, uel Latine usurpata, quæcunque uocali præcedente penultimam longam habent, ut Germanus, Romanus, Hispanus, Campanus, Pontanus, Æmylianus etc. quorum exempla nota sunt, Serenus, Septenus, Centenus, Calenus, Labienus &c. Lucanus libro 5.

Fortis in armis

Cæsareis Labienus e –υυ rat, nūc transfuga uilis etc.

Iustinus, Ligurinus, Vicinus, Formicinus, Soricinus. Plautus in Bacchidib.

Confeßio ––υ– rem sorici ––υ– nanænia etc.

Quibus Despauterius & Morticinus addit, quanquam ibidem exemplum non addat. Colonus, Patronus, Nonus &c. Ouidius quinto Fastorum:

Nona di –υυ es aderat, cū tu Iustißime Chiron &c.

Neptunus, Portunus, Vertunus, quæ tamen alij per MN, scribunt, Tribunus, & similia. Iuuenal. Saty. 1.

Da Prætori dā deinde Tribuno ––

Sed libertinus prior est &c.

Addidi autem Latine usurpata, propter ea, quæ à Græcis transumpta, latinam terminationem acceperūt, ut Thebanus, Cumanus &c. quæ Græcè θηβαῖος κυμαῖος dicuntur.

Sic & Alanus, Alemanus, Gelonus, & similia, quæ quan-

quanquam neque ipsa Latina proprie sunt, Latinorum tamen ἐγκλισιν assumpserũt. Claudia. 1. de laudibus Sul.

Nec te terrisonus stridor, ueniemis Alani etc. Et:
Orauit, iungique tuis Alemania – u u signis
Non doluit &c. Et rursum eodem:
Nec uaga Hunnorum feritas, non falce Gelonus – u
Non arcu pepulere Getæ &c.

Notatur Marcomanus, quod apud Statium libro 3. Syluarum, A, correpta ponitur, ut:

Quæ modo Marcoma – u u nos, post horrida bella, uagosque
Sauromatas Latio non est dignata triumpho.

Quod tamẽ ipse non uideo, qua ratione à superioribus deflectere debeat. Nisi quòd hic uetustior author est.

Excipiuntur primo, in quibus uocalem I, G, antecedit, ut sunt, Faginus, Oleaginus, & similia. Virgilius 3. Ecloga.

Tibi pocula ponam
Fagina – u u cælatum diuini opus Alcimedontis.

Idem secundo Georgicorum:

Truditur è sicco radix oleagina – u u ligno.

Ad quod exemplum Serenus et Amygdalinus posuit, ut

Fertur amygdali – u u næ succus nucis esse bibendus &c.

II. Quæ ab aduerbijs Temporis ueniunt, siue quæ in deriuatione T, assumunt, quod in primitiuo non erat; ut Priscianus tradit. Qualia sunt, Pristinus à Pri

dem, Diutinus, Serotinus, Perendinus, Crastinus & c. Idem Aeneidos 8.

Et lux cum primum terris se crastina - uu reddet.

Quibus Despauterius & Calepinus etiam Hornotinus ab Hornus, adijciunt, cuius tamen exemplum non legi.

Clandestinus autem & Mediastinus, undecunq; formata sunt. I, ante N, longum habent. Silius libro 7.

Ceu clandesti -- no traheretur foedere bellum.

Horatius epistola ad Villicum.

Tu mediasti -- nus tacita prece rura petebas etc.

Vt contra Facinus, neutrum, quod ipsum quoq; deriuatum est, á Facio, I, breue habet. Terentius in Andria:

Venit Chremes postridie ad --u- me clamitans

Indignum faci --, -uu nus comperisse Pamphilu & c. Senarij sunt, in quibus exemplum, postridie habes, id quod suprà in compositis desyderatur. Atq; hoc pacto se habent Latina.

Græca autem in NVS deriuata ac propria, ea quidem quæ A, uel I, ante NVS, habent, regulariter communem superiorum analogiam etiam ipsa sequuntur, ut Numanus, Garganus, Erginus, Erasinus, Carinus, Cratinus, & similia. Virgilius libro 9. Aeneidos:

Sit satis Æ nide telis impune Numanum -u

Occidisse tuis & c. Flaccus lib. 8.

Cum subito Ergi -- nus puppi sic fatur ab alta.

Statius libro quarto:

Asterion, Dryopumq; trahens Erasinus a -uu ri
stas.

stas. Cætera nota sunt.

Sed tamen excipiuntur non pauca, quæ contra eandem regulam penultimam corripiunt, ut, in quibus A, præcedit N, ea, quæ à uerbis ueniunt, ut, Stephanus, Cœranus, &c. Martialis libro 11.

Scis qua sint Stepha -uu ni balnea iuncta mihi.

Ouidius 13. Metamorph.

Cœranon -uu Iphitidemq; Alastoraque Chromumq;.

Et quæ in Danus exeunt, fluuiorum nomina pleraque, ut, Eridanus, Rhodanus, Apidanus, Dardanus. Ouidius 2. Metamorph.

Excipit Erida -uu nus, fumantiaq; abluit ora &c. Idem I. Metamorph.

Apida -uu nusq; senex, lenisq; Amphrysus & Aias. Lucanus libro 1.

Gurgite, quæ Rhoda -uu nus raptū uelocibus undis &c. Dardanus notum est. Cum quibus numerantur & Libanus montis nomen. Fannius in Dionys.

Post Liba -uu ni montis populi sunt solis ad ortus. Sic enim & Græcus habet.

Αὐτὰρ ὑπὲρ Λιβά -uu νοιο πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο &c.

Vranus, à quo Vrania. Ouid. 5. Metamorph.

Excipit Vrani -uu e, quæcunq; est causa uidendi.

Et Tisimanus, quod alij in Es, Tisimanes, ut, Hippomanes, inclinant, quod ipsum quoque ex parte uer-

bile est. Ouidius in Ibin:

Tisima -uu nisq; patri, Calligonesq; uiro.

Quanquam apud Pausaniam ubique ferè Tisamenes, mutatis uocalibus, pro Orestis filio legatur. Sed hæc nihil ad rem præsentem. Addit Despauterius & Caranus ex Ausonio, quod siquidem breue A, in penultima habet, etiam ipsum à uerbo deriuatum existimo.

In quibus autem I, præcedit N, excipiuntur primo, quæcunq; á nominibus temporũ, materiarum, colorũ, florum, arborum, lapillorum, odorum, unguentorũ & similiũ, deriuantur, ut, Earinus, Therinus, Chimerinus, Oporinus, Bõbycinus, Carbasinus, Byßinus, Glaucinus, Prasinus, Amaricinus, Crocinus, Coccinus, Ianthinus, Hiacynthinus, Spadicinus, Ampelinus, Cristallinus, Adamanthinus, Murrhinus, Amethystinus, & similia, quorum quædam hic exempla subijciemus (nam omniũ, & longum & tædiosum foret) ex quibus cætera facilè iudicabuntur. Martialis libro 9.

Si daret autũnus mihi nomen Oporinus -uu essem,
Horrida si Brumæ tempora Chimeri -uu nos.
Dictus ab æstiuo Theri -uu nos tibi mense uocaret,
Tempora cui nomen uerna dedere quis est?

Martialis libro 8.

Fœmineum lucet sic per Bombycina -uu corpus.

Idem libro 9.

Pallia donauit glaucina -uu Cosmo tibi.

Idem libro decimo:

De

Depræsi -uu no conuiua meus, Venetoq; loquatur. Lucretius:

Deniq; Amarici -uu nũ fugitat sus, & timet omne
Vnguentum &c. Catullus:

Fulgebat croci -uu na candidus in tunica &c.
Iuuenalis satyra 3.

Cauet hunc quem coccina -uu lena
Vitari iubet &c. Ouidius 10. Metamorph.

Annua prælata redeunt Hiacynthina -uu pompa &c. Iuuenalis satyra 6.

Et Xerampeli -uu nas ueteres donauerit ipsi.
Martialis libro 9.

Et turbata breui quæstus cristallina -uu uitro
Murrhina -uu signauit, seposuitq; decem.
Propertius libro 3.

Colchis flagrantes Adamantina -uu sub iuga tauros &c. Martialis libro 10.

Cum potes Amethystinos u-u trientes
Et nigro madeas Opimiano etc. Sed hæc sufficiũt.

II. Excipiuntur Deriuata ac propria hæc, Lycinus ut apud Horatium:

Tonsori Lyci -uu no &c.

Myrinus. Martialis in Xenijs:

Nuper cum Myri -uu no peteretur mißio &c.

Cyminus. Virglius Aeneidos 7.

Et Cymi -uu ni cum monte lacum &c. Et, quod Y, psilõ ante N habet, Acindynos, quo Ausonius

utitur in Epigrammatis, sed Græce tamen, ut:

Οὐδ' οὗτος χρηστός, οὐδ' οὗτος ἀκίνδυνος
–υυ ἐστί. Item Cælinus, quod alij Cilinus legant, apud Silium libro 7.

Cælinus –υυ Arreti Tyrrhenis ortus in oris.

Fucinus. Virgilius Aeneidos 7.

Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus –υυ unda
Te liquidi fleuere lacus &c.

Et hæc gentilia. Morinus. Idem Aeneidos 8.

Extremiq; hominũ Mori –υυ ni, Rhenusq; bicornis.

Torinus. Flaccus libro 6.

Mellis honos Tori –υυ nis, ditant sua mulctra Satarcem &c. Quibus Despauterius & Gessominus addit ex eodem libro Flacci, & Hebrinus ex 14 Silij, sed uitio librorum deceptus cum apud Flaccum, ut hodie habemus, non Gessominus, sed Gesothous legatur, apud Silium autem pro Hebrino Helymus &c. Et sane non dubito plura enumeratis hisce inueniri alibi posse, siquis poëtas omnes diligenter euoluat, sed nobis satis est, quæ communiora sunt, annotasse.

Porrò autem, adeò multa Græcorum in his nominibus uarietas atq; licentia est, ut & ea, quæ à Latinis accepta, Latinorum formam retinent, ab illis interim corripiantur, quale est hoc Luciani:

Λουκια –υυ νος τάδ' ἔγραψε παλαιά τε μωρά τε εἰδώς. Et illud item:

Βυβλόρ Ιουστινι –υυ ανος ἄναξ ἰσχυρός τὸ τεῦδε etc.

Vbi

Vbi in altero A, in altero I, ante N, contra Latinorum analogiam corripitur.

Quemadmodum rursum etiam reperias, in quibus uocalis ex analogia breuis, in ijsdem syllabis, producitur. Tale est Homeri illud Iliad. 5.

Ἀστέρ' ὀπωρί -- νῷ ἐναλίγκιος &c. Et id genus alia multa. Quam rem ego ad liquidarum potestatem atq; naturam refero, de quibus alibi diximus. Atq; hactenus de ijs, quæ A, uel I, ante N, habent.

Illa aũt, in quibus E, uel O, præcedit N, ex scriptura potißimum cognoscere oportet. Sunt enim uaria, neq; uniusmodi, aut certæ alicuius rationis. Sed tamẽ quæ uocalem in penultima breuem habent ante N, hæc ferè tradũtur: Helenus, cuius exempla paßim apud Virgiliũ. Olenus, Ouidius 10. Metam.

Voluitq; uideri

Olenus -- uu esse nocens &c. Ambenus. Valerius Flaccus, libro sexto.

Nec fragmina curat

Ambenus -- uu & trunco medium subit Otrea ligno.

Et quæ participiorum ἔγκλισιν præ se ferunt, ut Orchomenus, Ouid. 5. Metam.

Vsq; sub Orchome -- uu non, Psophidaq;, Cyllenēque. Ita enim rectius puto legi, quàm ut uulgò habeatur, Siphidaq; &c. Ormenus. Idem Epist. Deianiræ. Nec referam partus Ormeni -- uu nympha tuos. Alcmenus, apud Statium, quod tamen haud scio, an com

positum sit. Armenus, à quo Armenia, cuius exemplum suprà posuimus. Clymenus. Ouid. 5. Metam.

Ense iacet Clyme -uu ni &c. Diadumenus, apud Martialem libro tertio. Misumenus, apud eundem in Apophoretis.

Et composita, ut Periclymenus, apud Ouid. 12. Metamorph. Ariasmenus, Idasmenus, apud Valerium Flaccum libro sexto. Philoxenus, Polyxena, & quae his similia sunt. Quibus & primitiua, Hebenus, & Parthenus annumerantur, quorum tamen hoc loco non meminissem, nisi ob similitudinē terminationis eorum in mentem uenisset. Atq; haec E, ante N, habent.

Quae autem O, ante N, breue habeant, nulla ferè, praeter composita recensemur, ut sunt: Nebrophonus, Antigonus, Aponus, fluuij nomen. Nam & hoc compositum uolunt ab α, & πόνος.

Lucanus libro septimo.

Colle sedens, Apo -uu nus terris ubiq; fumiger exit.

Et gentilia, quae suprà cōmemorauimus, Santonus, Lingonus &c. Caetera quae E, uel O, ante N, habent, penultimas producunt, ut Silenus, Misenus, Ismenus, Titonus & similia. Statius libro nono.

At pater arcano residens Ismenus in -uu antro &c.

Virg. Titho -- ni croceū linquens aurora cubile.

Porrò sunt & in NVS, deriuata Latina, quae G, ante N, habent, ut Benignus, malignus, priuignus, pelignus, abiegnus, & similia, quae omnia, ut Priscianus inquit

quit, penultimam producunt. Quod eò hic addendum putaui, ne quis propter liquidam cum muta coniunctã, communes hasce syllabas existimaret.

In PVS, non facilè deriuata Latina inuenias, quæ similitudine aliqua sibi mutuò respondeant. Græca autem in PVS, propria, in quibus A, uel O, præcedit P, longam pleraq; penultimam habent, ut Mesapus, priapus, Anapus. Ouid. 2. de Ponto, Elegia 10. PVS.

Quaq; suis Cyanen miscet Anapusa – ᴗᴗ quis &c. Sic Æsopus, Asopus, Canopus, Pyropus, Crotopus, Inopus, & similia, quorum tamen pleraq; composita magis, quàm deriuata uidentur.

Flaccus libro 5.

Fidus, & ino – – pi materna gratior unda &c.

Statius primo Thebaid.

Perquirens nostri tecta haud opulenta Crotopi –ᴗ.

Cæterorum exempla non ita rara, aut obscura sunt. Cũ bis autem & Anthropus iunge, & Hisopus, quæ eadem uocali ante P, apud Græcos scribuntur.

Eandem rationem & quædam habent, in quibus E, uel I, antecedit P, ut Æsepus, fluuij nomen. Euripus, Seriphus, ut

Ampycides petit aduersis Æsepia – ᴗᴗ syluis, Flumina. Flaccus lib. 3. Et

Euri – – pusq; trahit cursum mutacib. undis Luc. 5.

Et; Cycladas hinc spretæ, Myconisq;, humiliq; Seriphos – ᴗ. Statius 1. Syl.

Ad quem modum & Iosephus pœnas licet, quando & hoc Græcè per η, scribi solet.

QVVS. In Quus, quoq; nonulla sunt, quæ similem inter se desinentiam, similemq; quantitatem habent, ea sunt, in quibus I, præcedit Q, ut obliquus, antiquus &c. siue hæc deriuata, ut quibusdam uidetur, siue minus. Ouid.

Stultus ab obli -- quo, qui cum discedere poßit &c.

Illa tamen, quæ à linquo ueniunt, corripiunt I, ut reliquus, quod notum est, & deliquus, cuius exemplum suprà ex Plauto citauimus.

RVS. In RVS, præcedente A, uel E, Latina adiectiua, pleraq; penultimam producunt, ut auarus, amarus, austerus, seuerus, & quæ alij diphthongo scribunt, procerus, syncerus &c. Virgilius primo Georg.

Strymoniæq; grues, & amaris -- intyba fibris.

Idem octauo Æneid.

Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris -- &c.

Idem Ecloga sexta.

Musco circundat amaræ
Corticis, atq; solo proceras -- erigit alnos.

Græca aũt in RVS, præcedente A, propria, uel adiectiua deriuata, A, breue ferme habent, ut Pandarus, Cyllarus, Icarus, Pindarus, Deiotarus &c. Luc. lib. 5.

Deiota -uu rum, & gelidæ dominum Rasipolin oræ.

Sic & ῥυπαρός, νεαρός, & similia, quæ tamen Græcè tantum usurpantur.

Eodem autem modo & Barbara poni posse puto, ut

sunt

sunt Ottomarus, Viridomarus, & id genus alia, nam & haec Graecis similiora, quàm Latinis sunt.

In ERVS, *quoq; Graeca, bona ex parte corripiūt penultimam, ut adiectiua denominatiua, & quae ex ijs propria fieri solent, ceu sunt: Mermerus, quo Ouidius utitur 12. Metam. Tripherus, apud Iuuenal. saty. 11.*

Pergula discipulus Triphe – uu ri doctoris &c.

Glycerus, & Glycere, à quo Glycerium, cuius exempla paßim apud Terentium. Item Pierus, ut

Pierus – uu has genuit pollere diues in oris.

Metamorph. 5. Cerberus, quod quasi κρεοβόρος, dictum uolunt, ut Æneid. 6.

Cerberus – uu haec ingens latratu regna trifauci, et si qua alia. Quibus simile & Latinum, Valerus, quo uirgilius utitur, libro decimo.

Quem tamen haud expers Vale – uu rus, uirtutis auitae &c. Tametsi ego putem, pro Valerius ibi, Valerus positum esse, quòd ea terminatio Latinis familiarior est.

Caetera uero, sed pauciora tamen producunt E, *ut Homerus, Iberus, Cythere, pro Cytherea. Auso. in Epi.*

Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cithere – –.

At quae O, *uel* I, *ante* R, *habent, plura producunt penultimam, ut Pelorus, Cytorus, Helorus, quorum exempla apud Virgilium paßim habes, Epirus, Magirus, Cabirus &c. ut*

Eliadum palmas Epirus e – uu quarum &c.

Primo Georgicorum. Et

Finxerunt pariter librarius, archimagiri — — &c.
Iuuenalis satyra nona. Cabiri exemplū in promptu non est, sed Græcè tamen per ει, diphthongum, κάβειρος, ut cætera, scribitur. Fuerunt autem Cabiri dæmones quidam Samothracenses, de quibus in Commentarijs Apollonij mentio fit.

Sic & papyrus, Cartyrus, loci nomen, & Corcyra, in quibus Y, præcedit R.

Cætera, quæ O, uel I, uel Y, quoq; ante R, habent, ex regula corripiuntur.

Et ad eam rationem etiam Barbarum Pacorus, o, breue habet, apud Martialem lib 9. ut

Scis, quòd in Arsacia Paco — ∪∪ rus deliberet aula.
Ad quem modum & cætera similia ponas licebit.

SVS. *In SVS, deriuata Latina, præcedente I, uel O, penultimam producunt, ut Visus, risus, nisus, & quæ reliqua huius formæ, à supinis, siue participijs fiunt, quæ etiam ex deriuatione, & regula supinorum, nota sunt. Item uinosus, morosus, cerebrosus, & similia, quorum copia prope infinita.*
Horatius Satyra quinta.

Sentimus, donec cerebrosus — — prosilit unus &c.
Plautus in Trinummo.

Atq; is mores hominum moros, & morosos — — — — efficit. Sic & in VSVS, Latina deriuata, ut lusus, usus, & similia, ut

Solus & artifices qui facit usus e ∪∪ rit.

Ebusus

Ebusus, autem et Volusus, propria, siue Græca, siue Latina dicenda sunt, V, breue habent, ut

Tu Volu-vu se armari Volscorum edice maniplis.
Æneid.11. Et Æneid.12.

Corripit, & uenienti Ebu-vu so, plagamq; ferēti.

Græca autem in Sus, analoga, propria ferè sunt, uel hominum, uel fluuiorum, uel locorum, habentia E, uel I, ante S, penultima longa, ut in quibus E, præcedit S. Halesus, Monesus, Vagesus, Galesus, Titaresus. Et quæ duplici ss, apud Græcos scribuntur, Teumesus, Marpesus, Lyrnesus, Mycalesus, Odesus, Telmesus, quod à Stephano etiam Telmissus dicitur, & similia.

Virg. Æne.10. Sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos &c. Statius lib.3. Sylu.
Et Lacedæmonij pecuaria culta Galesi ---.

Silius libro septimo.

Eminus hos gladio Sapharum, gladioq; Monesum
-v. Idem libro decimo.

Hinnitum effundens, sternit tellure Vagesum -v.

Lucanus libro sexto.

Defendit Titaresus a -vu quas, lapsusq; supernè
&c. Statius lib.1. Thebaid.
Illius in speciem per quem Teumesia -vu tempe
&c. Idem libro septimo.

Onchesti, quos pinigeris Mycalessus in agris.

Ouidius primo Tristium.

Inde Mesembriacos portus & Odesson, & arces &c.

Lucanus

Lucanus libro octauo.

Claramq; relinquit

Sole Rhodon, magnosq; sinus Telmeßidos undæ.

Marpesus & Lyrnesus, ex Virgilio nota sunt.

Ad horũ formam & quantitatem etiam Hebraicam, Iesus, poni solet à Iuuenco & cæteris. Exemplum suprà habes circa uocalium regulas.

Vogesus autem, ut communiter legitur, nam apud quosdam Vosegus, inuersis literis scriptum reperio, pro monte, à quo Mosa profluit, in finibus Lingonum, G, breue habet, ut apud Lucanum libro primo.

Castraq; quæ Voge – uu si curuam super ardua ripam

Pugnaces pictis prohibebunt Lingones armis &c.

Item in quibus I, antecedit S, ut Amphisus, Crinisus, Cephisus, Elisa, quod tamen & duplice ſſ, scribitur, et similia. Ouid. 9. Metamorph.

At puer Amphi – – sus &c.   Virg. 5. Æneid.

Troia conceptum Criniso – – flumine mater &c.

Lucanus libro tertio.

Quos impiger ambit

Fatidica Cephisus a – uu qua &c.

Elisa notum est. Adde his & paradisus, quod Græcè per ει diphthongum scribitur, & speciem compositi habet, ut apud Sidonium.

Iam te circumstant paradisi – – millia sacri &c.

Et quæ Y, psilon ante S, habent, Amphrysus, cuius exemplum suprà in Amphrysius, uide. Donysa.

Virgilius

Virgilius tertio Æneidos.

Bacchatamq; iugis Naxon, uiridemq; Donysam – υ.
Nam Amphisa, quod apud Lucanum libro tertio ponitur, & Larisa, quod Despauterius addit, duplici ss, apud Græcos scribuntur, ut & Parnassus, Ilissus, pro quo Despauterius Helisos legebat, & alia quædam.

In TVS, deriuata Latina, penultimam producunt, quacunq; uocali præcedente, ut armatus, togatus, paludatus. Iuuenal. saty. 6. TVS.

Cumq; paluda – – tis ducibus, præsente marito.

Consulatus senatus, magistratus, &c. Virg. Ænei 1.

Iura, magistra – – tusq; legunt &c.

Equitatus, latratus. Idem Æneid 6.

Cerberus hæc ingens latratu – – regna trifauci
Personat &c.

Fletus, facetus. Idem Æneid. 5.

Exoritur procurua ingens per littora fletus – υ.

Nam & hoc deriuatum uolunt esse. Terent. in Heaut.

Faceta hæc mere υ –, – υυ trix. Sane idem uisa est mihi. Idem in Adelphis.

Facetè, nunc υ –, – – demum isthæc nata oratio est.

Senarij sunt. Ignitus, auritus, crinitus &c. Virg. 1. Ae.

Cythara crinitus I – υυ opas,

Personat aurata &c. Auditus, uagitus, mugitus etc. Ouidius primo Metam.

Et conata queri, mugitus – – edidit ore. Deuotus, motus, quæ ex regula supinorũ manifesta quoq; sunt. Oui. 2. Metam.

amremuit, mo -- tuq; uias patefecit aquarum &c.
Nutus, astutus, cornutus, delibutus, quod quidam à uerbo antiquo libuo deriuatum uolunt &c. Horat. 3. Epo.

Hoc delibu --υ- tis ulta donis pellicem
Serpente fugit alite &c. Iambica pura sunt.

Quibus simile & Viriatus externum, proprium, ut apud Silium lib. 10.

Cum Viriatus a -υυ gens telis regnator Iberæ
Magnanimus terræ &c. Quare & cætera huic similia eodem modo poni posse existimo.

Notantur tamen uerbalia, quorum uerba penultimam supini breuem habent, ut abitus, reditus, ambitus, exercitus & similia. Nam horum ratio, ex supinorum quantitate pendet. Virg. 12. Æneid.

Tyrrhenusq; ruit uarijs exercitus -υυ armis &c.
Notatur & Victus, à uieo, quod uerbum flectere, siue intorquere significat, cuius penultima uariatur. Lucretius libro tertio.

Nec suprà caput eiusdem cecidisse uietam -υ
Vestem, nec plumas &c.

Horatius Epod. duodecimo.

Quis sudor uie -υυ tis, & quàm malus undiq; membris
Crescit odor &c. Nisi uelis hic synizesim fieri, quod ipsum quoq; fieri posset.

Illa uero, quæ in I. entus, desinunt, præcedente O, uel V, penultimam quidem ex positione longam habent, antepenul

tepenultimam autem ex analogia corripiunt, ut uinolentus, somnolentus, temulentus, puluerulentus &c.
Virgilius quarto Æneid.

Pulueru – uu lēta fuga glomerāt, montesq; relinquūt.

Græcorum autem uerbalia in τος, quæ Latinè per VS, efferuntur, eandem rationem sequuntur, quàm ea, quæ in μαι, et ται, desinunt, ut Herodotus, à δέδοται: Theocritus, à κέκριται Agapetus, ab ἠγάπηται: Paracletus, à παρακέκληται, & id genus alia, de quorum quantitate suprà diximus.

Cæterum sunt & alia Græcorū in TVS, inter se analoga, ut Cyathus, calathus, quæ A, breue habent.

Sebethus, & quæ Græcè duplici ττ, scribuntur, Hymetus, Lycabetus &c. quæ E, longum habent.

Item propria quædam eiusdem terminationis, sed per T, simplex ac tenue, ut Capetus, Calpetus, Iapetus, Taygetus, & similia, quæ penultimam corripiunt, quorum exempla & notiones quoniam certa aliqua ratione comprehendi facilè non possunt, in tertium librum differemus &c.

In VVS, unam syllabam deriuata, præcedente A, uel I, penultimam producunt, ut Octauus.
Martialis.

Nunciat octa – – uam Phariæ sua turba iuuencæ.

Furtiuus, gradiuus, recidiuus, abortiuus &c.
Iuuenalis satyra sexta.

Et quod aborti – – uo non est opus, illa uoluptas.

Et quæ à Græcis ueniunt, Argiuus, Achiuus.
Horatius epistola secunda.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui --
&c. Et id genus alia.

Quibus similia sunt & gentilia peregrina, ut Sueuus, Batauus, & quæ formam eandem habent cætera. Claudianus de laudib. Stilic. lib. 1.

Non classica Francis
Intulimus, iacuere tamen, non Marte Sueuos --
Contudimus &c. Et rursus.
Vt Sue -- uus iam rura colat, flexosq; Sicambri
In falcem curuent gladios &c. Mart. lib. 8.
Et mutat Latias spuma Batauа co - uu mas.

Quanquam posterius hoc Lucanus etiam breui penultima posuerit libro primo, ut

Vangiones, Bata - uu uiq; truces &c. quod authoritati illius, & libertati item, quæ in peregrinis ac proprijs hisce est, permittamus. Nam alioqui productio frequentior, & Latinorum analogiæ similior quoq; est.

CEPS. Sunt autem in CEPS, quoq; deriuata, seu potius composita quædam, ut Municeps, particeps &c. quæ penultimam breuem habent, etiam ex regula, quam suprà de compositis præscripsimus.
Iuuenalis Satyra quarta.

Vendere munici - uu pes fracta de merce siluros
&c. Atq; hactenus de nominum terminationibus.

Verbo

Verborum terminationes.

Neq; uero nomina tantum, sed & uerba, terminationes inter se aequales ac similes quasdam habent, ut sunt, quibus Inchoatiua, Desideratiua, Frequentatiua, Meditatiua, Diminutiua, *& id genus alia terminantur. Quae licet non aequè multae ac uariae sunt, atq; nominum, non minus tamen, quàm illae, in memoria atq; in promptu habendae sunt.* Proinde *ut breuitati consulamus, relicta illa secundum species partitione, ab ea statim incipiemus, quae iuxta literarũ seriem prima atq; proxima est.*

In CO, *desinentia, uerba deriuata, si ante* C, *aliam consonantem habuerint, ex positione penultimam producunt, ut feruesco, calesco, ardesco, & similia, quae* Inchoatiua *à* Grammaticis *communiter appellantur. Neque enim nobis hic altercationem illorum persequi libet qui* Meditatiua, *non* Inchoatiua, *haec & similia appellari debere contendunt.* CO.

Quae uerò I, *ante* C, *habent, si quidem* C, *illud ex terminatione, non ex primitiuo habent, penultimam corripiunt, ut* Nigrico, *candico, albico, iudico, uendico, uellico & similia.*

Horatius Ode *quarta, lib. 1.*

Nec *prata ca --υ- nis albicant --υ- pruinis.*

Trimeter Catalecticus *est.*

Idem satyra decima.

Aut crucies quod

Vellicet *-υυ absentem* Demetrius,

Nam memini Hesiones ui -- sentem regna sororis
Laomedontiaden &c.

In TO, deriuata, quæ à supinis ueniunt, supinorum TO.
penultimas seruant, ut Dictum, dicto. Tractũ, tracto, &c. quæ positione longa sunt: Dormitum, dormito; citum, à cieo, cito: Scitum, scitor &c. quæ exemplis probantur. Horatius in Arte.

Indignor, quandoq; bonus dormitat Ho - uu merus, &c. Ouid. de Ponto lib. quarto.

Excitat - uu auditor studium, laudataq; uirtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Virglius secundo Æneid.

Suspensi Euripylum sci -- tatum oracula Phœbi
Mittimus &c.

Cætera, siue à præsenti, siue etiam aliunde ueniant, I, ante T, breue habent, ut factito, dictito, clamito, cantito crepito, strepito, agito, imperito &c.

Horatius libro secundo, epistola prima.

Dictitet - uu Albano Musas in monte locuto.

Terentius in Adelphis.

Facturum credo, ut habeas, qui cum cantites -- u -

Senarius est Iambicus. Virgl. 1. Georg.

Nescio qua præter solitum dulcedine Leti
Inter se folijs strepi - uu tant &c.

Silius libro tertio.

Domitorq; insignis equorum
Imperi - uu tat cæso &c. Reliqua exemplis non indigent.

Notatur tamen nato, à natu, quod à nare supinū est, quod contra quantitatem primitiui, A, breue habet. Huius exemplum suprà habes circa regulam deriuatorū.

In RIO, præcedente V, deriuata, quæ meditatiua Priscianus, alij desideratiua uocant, quæcunq; à supinis fiunt, tam antepenultimam, quàm penultimam correptā habent, ut esurio, micturio, parturio, & similia. Hora.

Parturi – ᴗᴗ unt montes, nascetur ridiculus mus.

Iuuenalis satyra sexta.

Noctibus hic ponunt lecticas, micturi – ᴗᴗ unt hic.

Plautus in Persa.

Nam esurio ueni – ᴗᴗ, – ᴗᴗ o, non adueni – –, – ᴗᴗ o saturio – ᴗᴗ, ᴗ –. Senarius Iambicus est.

Quæ uero à præsenti uerbo, uel etiam aliūde, quàm à uerbo ueniunt, ea plerunq; V, longa ponuntur, ut Scaturio, scalpurio, ligurio &c.

Autor Priapeiorum.

Cunni uermi – – – ᴗ culis scatu ᴗ – ᴗ – rientes

Plautus in Aulul. Act. 3. scen. 4.

Vbi erat hæc de ᴗᴗᴗ, – – fossa, occepit – – – ᴗ ibi scalpuri ᴗᴗ –, – – re ungulis – ᴗ –. Troch. est Catalecticus. Horatius lib. 2. Serm. saty. 4.

Seu puer unctis

Tractauit calicem manibus, dū furta ligurit – ᴗ.

Et Ausonius in Epigrammat.

Eunus Siriscus inguinum liguritor ᴗ – – ᴗ. Scazon est. Quanquā postremum hoc apud Terentium etiā ita legatur,

legatur, ut breui V, positum uideri queat. Vt in Eunucho, scena 4. Actus ultimi:

Quæ cum amato – υ υ, – – re suo cum coe υ –,
– – nant liguriunt – υ υ, υ –.

Est enim Senarius Iambicus, ut cæteri eiusdem scenæ. Nisi quis contendat, pronomen Suo, perperam in uersum irrepsisse, à qua opinione, neq; ipse multum absum.

Participiorum terminationes.

Habent autem & Participia suam inter se similitudinem atque proportionem quandam. Nam quæ præsentis temporis sunt, in NS, præcedente A, uel E, desinunt, penultimamq; uerbi præsentis, à quo descendunt, retinent, ut, Amo Amans, Lego Legens, Doceo Docens &c.

Præteriti autem tēporis participia, in SVS, TVS, uel XVS, desinunt, & penultimas propriorum supinorum, à quibus fiunt, sequuntur, ut, Lectum Lectus, Doctum Doctus, Visum Visus, Amatum Amatus, & similia. De quorum quantitate secundum regulas supinorum iudicatur.

Excepto tamen Ambitus, ab Ambitum, quod contra supini sui quantitatem I, quod in penultima habet, producit. Vt 1. Metamorph.

Iussit & ambi – – tæ circumdare littora terræ &c.

Participia futuri temporis, uel in Rus, uel in DVS, desinunt, quorum ea quæ in DVS, exeunt, positione

omnia penultimam productam habent, ut, Legendus, Docendus, Amandus, Audiendus &c.

Illa uerò, quæ in RVS desinunt. V, ante R, natura longum habent, ut, Lecturus, Visurus, Venturus, Moriturus &c. Ouidius:

Ventu –– ræ memores iam nunc estote senectæ.
Sic nullum uobis tempus abibit iners.

Virgilius 2. Aeneidos:

Et sese medium iniecit moriturus in –uu agmen.

Græcorum uerba ac participia, non aliter, quàm in sua lingua usurpamur. Proinde nihil opus fuit de ijs quicquam hoc loco præcipere. Sed tamen siquis de illis quoque plenius aliquid scire uoluerit, is tertium Theodori legat.

Aduerbiorum terminationes.

Postremò, neq; inter aduerbia desunt, quæ certa analogia ac similitudine inter se comparari queant. Principio enim omnia comparabilia in E, positiui gradus; Deinde quæcunque comparatiui, uel superlatiui gradus fuerint, penultimam primitiui sui seruant, eius uidelicet, à quo proxime descendunt, ut Bonus Bene, Malus Male, Tyrannicus Tyrannice, Athleticus Athletice, &c. Minor Minus, Ocyor Ocyus. Iuuenalis satyra decimaquarta:

Ocyus –uu Archigenem quære &c. Minimus Minime, Plurimus Plurimum, & similia, quæ exemplis

emplis opus non habent, sunt enim nota.

Magis tamen A, breue habet, cum nomen Maius, eandem syllabam producat. Virgilius 1. Eclog.

Haud equidem inuideo, miror magis –vu *undique totis &c.*

Et Secius E, longum, cum Secus à quo descendit, idem E, corripiat, ut, Aeneidos 12.

Haud secus –vu *accenso gliscit uiolentia Turno.*
Et Aeneidos 7.

Haud secius –vu *aequore campi*
Exercebat equos &c. *Nam Parum, à Paruum, etiam terminationem mutauit. Terentius in Adelph.*

Minus uidetis vvu, –u *magis impense* vu–, –– *cu pitis consuli* vu–, –vu *tis parum* –vu *&c.* *Trochaicus Tetrameter Catalecticus est.*

Aduerbia in TER, *quaecunq; I, ante T, habent penultimam corripiunt, ut Suauiter, Alacriter, Fortiter, Familiariter &c. Terentius in Adelph.* TER.

Qui referire non audebam, uici, hui perfortiter, –vu. *Trochaicus Catalect. est. Idem in Andria:*

Reiecit se in eum flens quàm familiariter u–vu. *Senarius est Iambicus:*

In TIM *quae A, uel I, ante T, habent, pleraq; penultimam producunt, ut, Vicatim, Gregatim, Paulatim, Vnciatim, Viritim &c. Virgilius Aeneidos sexto:* TIM.

Paula –– *tim adnabam terrae, iam tuta tenebam, &c.* *Terentius in Phormion.*

Qu*e*

tam breuis quàm longa censeri potest. Vt & in illo ex eadem fabula, quod mox sequitur:

Ita stātim stant υῠ–, –– signa, neque nox quoquam concedit die. Est enim Trochaicus Tetrameter Catalecticus, Cuius primus pes simplex, tam Tribrachus, quàm Dactylus, in hoc genere potest esse. Item apud Terentium in Phormione, ubi idem uerbum eadem ferè significatione ponitur, ut:

Talenta argenti bina

Statim capie ῠ––, υυ– bat, hem uir uiro quid præstat? bina quæso. Tetrameter Iambicus Catalecticus est. Cuius prima, ut in omnibus Iambicis, uel longa, uel breuis esse potest. Postremò neque diuersæ dictiones uidentur esse, statim, quando idem quod cito, et quando perseueranter, & quasi uno eodemque statu, significat, sed illud proprie, hoc metaphorice usurpari existimo. Quare etiam dubito, an apud Festum stratim, pro statim, legendum fuerit, nisi quod hoc ad sententiam minus quadrat. Relinquamus itaq; & hoc in medio, donec certius aliquod testimonium offeratur.

In TVS desinentia aduerbia, præcedente I, penultimam breuem habent, ut, Funditus, Penitus, Radicitus et similia. Terentius in Andria:

Quod si fit pere ––, –υυ o funditus ––υυ & ca.
Dimeter est Iambicus. Virg. 2. Aeneidos:

Miscetur, peni –υυ tusq; cauæ clangoribus ædes
Fœmineis ululant &c. Cetera

Cætera ex primitiuis suis cognoscentur. Atque hæc hæc de analogia casuum, modorum, temporum & terminationum habemus. Restabat autem, ut & de Græcorum analogis aliquid adijceremus, sed ea quoniam ex sua lingua, suisq; authoribus cognoscere satius est, curauius, ut ad finem operis huius, quantum ad eam rem pertinet, ex tertio Theodori subiungeretur. Quem quidem qui Græce sciunt, facile intelligent. Cæteris autem, qui Græca aut nesciunt, aut scire negligunt, illis ne opus quidem istius rei cognitione est.

FINIS II. LIBRI.

DE RE METRICA, LIBER TERTIVS.

QVANTVM igitur ad communem ac generalem syllabarum cognitionē pertinet, quæ in positione, diphthongis, uocalibus ante se ipsas positis, deriuatione, compositione, & inclinationum analogia consistit, de eo, puto nos abunde multa superiore libro dixisse. Quæ quidem eiusmodi sunt, adeoque latè patent, ut si quis diligenter ac rectè ea cognorit, is profectò meliorem syllabarum partem, iam quasi confectam atque absolutam habiturus sit. Neque illi necesse fuerit, ad singulas syllabas speciatim atque seorsim, siue canonem, siue exemplum aliquod inuestigare, sed quemadmodum ex una alicuius speciei imagine, cæteræ quantumuis multæ animo concipiuntur, ita & illi tum licebit, ex uno uel terminationis, uel casus exemplo, reliqua eiusdem formæ omnia iudicare. Proinde illud iam superest, ut & speciales, quas uocant regulas adijciamus, quæ, ut superiores quędā in penultimarum & antepenultimarum syllabarum similitudine atque analogia uersantur, ita ipsæ primarum & quæ primas statim consequuntur, mediarum, æqualitatem atq; proportionem potißimum complectuntur. Quæ rursum uel eo nomine breuiores ac planiores quoq; erunt quòd iam magna exceptionum ueluti turba quadam per

per superiores illas analogiæ obseruationes, subleuatæ sunt. Sed priusquam ad rem ueniamus, pauca quædam de me ipso commemoranda quoque uidentur, ueniaq; precanda mihi est ab ijs, quibus uel audacia, uel etiam stultitia mea admirationem nõnullam paritura est. Nam cum multa paßim ex Plautinis comœdijs sumpserimus, quibus uel syllabarum quantitatem comprobare, uel etiam, ut in primo libro fecimus, uersus ipsos demonstrare conati sumus, deinde autem fabulæ illæ, ut adhuc quidem habentur, multis in locis corruptæ, multis item, quod ad metrorum rationem attinet, indigestæ atq; confusæ sint, ridebunt, puto, nonnulli, uanitatem meam, qui multa citauerim, quæ in alijs atque alijs æditionibus aliter uel posita, uel etiã scripta leguntur. In quo quidem, siquod peccatum est, fatear sanè peccasse me, sed tamen quod ad ea attinet, quæ à nobis citata sunt, spero equidẽ, probandi caussa nihil adhibuisse me, quod nõ eiusmodi, quale uellemus esse, uideretur, & eodem etiam modo in postrema eiusdem authoris æditione positum reperiretur. Quæ si adhuc nonnihil lacera est, & quod ad uersus attinet, alicubi etiam impedita atque distorta, ut quidem esse negare nemo potest, illud non culpæ, aut imperitiæ nostræ magis, quàm temporum atq; item hominum malignitati imputandum est; quibus hactenus factum est, ut optimus atq; idem elegantißimus author quasi quibusdam tenebris inuolutus & obscuratus habeatur. Mea autem illa tantisper, atq; eò ualere debent, donec

donec eadem meliora atq; integriora alicunde in lucem proferantur. Quod si fiet, tum me haudquaq̃ pudebit, calculum reuocare, et quæ perperã alicubi adducta fuerint, cum deprecatione erroris emendare. Interea uerò, exemplorum loco eadem, perinde ut à nobis posita sunt, in medio relinquantur. Quod idem etiam illorũ reprehensioni responsum nolo, qui me audaciæ, ac temeritatis accusabunt, quòd contra doctißimorum quorundã sententiam atq; doctrinam, uersus quosdam Plautinos, & item Terentianos, aliter et quasi nouo quodã modo metiri aggressus sum. Neq; enim quicq̃ per me ullius authoritati, atq; existimatiõi derogatũ uolo. Sed rursum tamẽ, nihil puto, uetat tentare aliquid, et quæ ab alijs hucusq; præterita, aut etiã contempta iacuerunt, quocunq; tandem modo euoluere, atque explicare conari. Quod, si ipsum quoq; in dubijs quibusdã, nec adhuc satis certo digestis uersibus, à me factũ est, suo precio, ac merito æstimetur, relinquaturq; tamdiu, donec certiora ac ueriora alia afferantur. Tum enim, ut idem uerbum repetam, lubens errorem agnoscam, ultroq; ac uolens concedã ijs, si qui eadẽ hæc, rectius ac melius aliquando tradiderint, aut etiã occasione ex his nostris accepta, rem incohatam & adhuc rudem omnibus ut aiunt, numeris suis absoluerint. Adeò nihil est, in quo mihi ipse arrogare aliquid cupiam, aut quod pertinaciter nimis asserere contendã. Illud tamen unum, eos, qui nostra hæc aliquando legent, iterum atq; iterum rogatum uolo, ut hunc conatum no

strum qualemcunq;, animo non omnino maligno ac liuẽ do interpretentur, sinantq; eam saltem gratiam impetrare me, quæ ab omnibus merito debetur illis, qui nõ propriam aliquam laudem ac famam sibijpsi aucupari magis, quàm communi aliorum utilitati, ac commodo inseruire laborant. Atque hæc hactenus.

Nunc ad institutũ & ad regulas, de quibus ab initio proposuimus, pergemus. In quibus, quantum ad præceptorum & exceptionum partitiones, attinet, hoc quidẽ tẽpore, intra Despauterij traditionem, id quod ab exordio testati quoq; sumus, consistemus, & quicquid eius rei ab illo uel inuentũ, uel etiam aliunde collectum fuit, id omne in hunc librum transferemus. Cætera uerò, ut quæ ad exempla, et illorũ emendationẽ pertinent, in quibus corrigendis ac restituendis propè Hercule aliquo, non minus q̃ in Augeæ stabulis euerrendis opus fuit, pro nostro ingenio, & quoad fieri potest, partim supplebimus, siqua præterita aut omissa fuerant, partim, emendabimus quæcunq; uel ab ipso authore nõ satis animaduersa, uel postea librariorum culpa ac uitio deprauata fuerunt. Quædam etiã, ut quæ uel ante dicta sunt, uel alias superflua apud illum habentur, prorsus relinquemus. Quo quidem loco etiam illud lectorem admonitum uolumus, ut quæcunque uel deriuata, uel composita fuerint, ea meminerit sub suo unumquodq; themate, ac primitiuo, requirendum esse, habita una, eademq; ratione promiscue tam Græcorum, quàm Latinorum uerborum.

rum. Quod quanquam fortaßis confusius atque impeditius alicui uidebitur, quia tamen in præsentia fieri aliter non potuit, boni consulendum est, opusq; hoc indigestum, licet & impolitum ferendum tantisper, dum per ocium atque ætatem, quæ sola in his rebus iudicium perficit & absoluit, planiora omnia, magisq; illustria, uel ipsi dare, uel ab alijs inuenta ac tradita, accipere poßimus.

De primis syllabis: A, ante B.

A, ante B, in primis syllabis corripitur, ut, Faber, Glaber, Scabies, Rabies, Labrum, Strabo, & similia. Propertius libro 4.

Ponit uix siccis tristia iura la – ∪∪ bris.

Horatius satyra 3. libro 1.

Si quod sit uitium non fastidire. stra – ∪ ∪ bonem,
Appellat Pætum pater &c.

Item λαβεῖν Græcum, à quo Pantolabus, scurræ nomen apud Horatium satyra 3.

Pantola – ∪∪ bo scurræ &c.

Excipiuntur primo hæc. Crabro, insecti genus. Plautus in Amphitryone:

Nolucrit sa – ∪∪, – ∪ lutare irri – –, – – tabis crabro – –, – – nes, tace. Trochaicus est Catalecticus. Tametsi & positione hoc loco productum uideri queat. Sed negant tamen Grammatici, certe, tum inueniri.

Labor laberis, tertiæ coniugationis. Ouidius

Labitur – u u exiguo quod partũ est tempore longo
Nam labor nomen, & Labo, as, primæ coniugationis, corripiunt A. Virgilius 1. Georg.

Tum uariæ uenere artes, labor – u u omnia uincit
Improbus &c. Et Aeneidos 2.
Nec ipsi
Custodes sufferre ualent, labat – u u ariete crebro
Ianua &c. Quod autem idem uerbum Iuuenꝰ cus A, longā posuisse à Despauterio dicitur, id exemplorum uitiositate accidit. Non enim labat sed lapsat, in emendatioribus libris legitur. In passione, hoc uersu:

Spiritus iste uiget, sed corpus debile lapsat.

Quanquam etiam tantæ in hac re authoritatis poëta hic est, ut etiam si corripuisset, tamen illius exemplum nemo sanus sequendum sibi existimaret. Nam apud Lucretium, ubi idem Despauterius hoc uerbum A, longa positum dicit, non labat alij, sed cumulabat, una dictione legunt. Versus est libro sexto talis:

Idq; uel in primis cumulabat funere funus.

Et hanc lectionem etiam sensus postulat.

Tabes, Tabum, & Tabeo siue Tabesco, & quæ ab his descendunt. Virgilius Aeneidos 3.

Et terram ta – – bo maculant &c.

De Fabula, Pabulum, Flabrum, & quæ similis formæ sunt, suprà inter Analoga dictum est. Nisi quod flabellum, quod à Flabro diminutiuum est, utroque modo positum reperitur. Propertius libro 2.

Et mo-

Et modo Pauonis caudæ fla -- bella superbæ etc.
Ouidius 1. de Arte:

Profuit & tenui uentos mouisse fla -uu bello.
Idem libro 3. Elegiarum siue Amorum:

Quos faciunt nostra mota fla -uu bella manu etc.
Secundo excipiuntur propria hæc.

Fabrateria, quod tamen etiam positione productum uideri potest. Iuuenalis satyra 3.

Optima Soræ
Aut fa -- brateriæ domus, aut frusinone paratur.

Nabis. Apud Silium libro 15.

Fatidicus Na -- bis ueniens Ammonis harenis.

Sabus. Idem libro 8.

Pars laudes ore ferebat
Sabe tu -uu as, qui de primo cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos. Quanquam Sabinus, quod ab illo dictum, ut eidem poëtæ placet, A, breue habet, ut ex eodem exemplo apparet. Alij tamen non à Sabo, sed à σέβεσθαι Sabinos appellatos uolunt. A quo et Sabæos Calepinus dici putat, quod ipsum quoque A, breue habet. Vt Georg. 1.

India mittit ebur, molles sua thura Sa -uu bæi.

Atque horum opinionem & quantitas comprobat.
Sabatius, a, um. Idem Silius libro eodem.

Quique tuos Flauina focos, Sa -- batia quique
Stagna tenent &c.

Sabura uiri proprium. Idem lib. 15.

Stridemi Sabu –uu ra cornu
Excepit &c. Et Lucan. libro 4.
Vt sibi commissi simulator Sabura –uu belli &c.
Quod tamen alij duplici bb, scribere malunt. Saburra autem appellatiuum, & proprium uici Romani, A, breue habet, ut 4. Georg.
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante sa –uu burrã
Tollunt &c. Martialis libro 12.
Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa Iuuenalis in Saburra u–– &c.
Tabraca, loci nomen. Iuuenalis satyra 10.
Aspice rugas
Quales imbriferos ubi pãdit Tabraca –uu saltus
In uetula scalpit iam mater simia bucca &c.
Trabigulus autem, quod ex Claudiani secundo in Eutropium, citat Despauterius, ab alijs Thargibilus legitur, hoc uersu
Tandem Thargibilum, (Geticæ dux improbus aulæ
Hic erat) aggreditur &c.
Et Labicum, à quo Labicus, a, um, & Labicanus uenit, uariari uidetur, ut Martialis libro primo:
Labi –– cana leui cespite uelat humus.
Et Virgilius libro 7. Aeneidos:
Et picti scuta la –uu bici &c.
Quo pacto & Abel, proprium, à recentioribus indifferenter positum reperias.

A, ante

A, ante C.

A, ante C, in primis syllabis corripitur, ut Acies, Facies, Macies, Sacer, Lacer, Macer, & similia. Virgilius libro 3. Aeneidos:

Cũ subito à syluis, maci -uu e confecta suprema
Ignoti noua forma uiri &c. Idem in Bucolicis:
Eheu quàm macer -uu est pingui mihi taurus in eruo.
Sic & quando proprium est. Ouidius 1. de Ponto.
Ecquid ab impressæ cognoscis imagine ceræ
Hæc tibi Nasonem scribere uerba Ma -uu cer.

At uerbum Macero, A, longum habet, contra naturam primitiui, de quo libro 2. inter deriuata diximus. Pertinent autem ad regulam & Græca pleraque huius formæ, ut, Ακρόμ, Μακρόμ, & quæ inde ueniunt, ut sunt, Trinacria, Macrobius &c. Virgil. 3. Aeneidos:

Præstat Trinacri -uu i metas lustrare pachini.

Item μάκαρ, à quo Macarius, & Macareus. Ouidius in Epistolis:

O utinam Maca -uu reu, quæ nos cõmisit in unum,
Venisset letho serior hora meo.

Μαχη, & quæ similis formæ uerbalia sunt. Vnde Machaon, & composita Eurymachus, Antimachus, Telemachus, &c. Virgilius Aeneidos 2.

Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Ma -uu chaõ.

Αχ@', & quæ inde fiunt, ut Achates, cuius exemplum notum est.

Et adiectiua ταχὺ, παχὺ, & similia, quorum omniũ

exempla atq; composita in unum congerere, & opero sum & longum quoque nimis foret.

Excipiuntur primo, in quibus B, uel P, praecedit A, ut sunt, Brachium, Braca. Ouidius:

Pellibus & laxis arcent mala frigora bracis --
Paco, Pacuuius, Placo &c. Idem:
Munera crede mihi pla -- cent hominesq;, deosq;.

Notantur tamen Baculus, Paciscor, Placeo, quaeq; ab hoc ueniunt, Placentia, Placentinus, Spacium, & quae Graecam originem habent. Placenta, et Pachynus, quod ultimum tamen, utroq; modo positum inuenias, ut Aeneidos 3.

Praestat Trinacrij metas lustrare pa -uu chinni.

Et apud Ouidium 13. Metamorph.

E quibus imbriferis uersa est Pa -- chinus ad Austros &c. Sed hoc cum longam primam habet, alij per duplex Cc, scribere malunt.

Item Pacorus propr. regis Parthorum. Martia. li. 9.

Scis quid in Arsacia Paco -uu rus deliberet aula.

Secundo loco excipiuntur haec:

Acer, adiectiuum. Ouidius 2. de Ponto:

Acer & -uu ad palmae per se cursurus honores etc.
Si tamen horteris fortius ibit equus.

Nam substantiuum, quod arboris speciem significat, corripitur. Idem 10. Metamorph.

Et platanus genialis, a -uu cerq; coloribus impar.

Acis proprium uiri & fluuij. Idem 13. Metamor.

Acis

Acis e –uu rat, Fauno, nymphaq; Symæthide cretus, &c. Quod idem tamen Claudianus priori breui posuit quoq;. Lib. 3 de Raptu, ut (fert.

Lucus erat prope flumẽ A –uu cina, quod cãdida præ Sæpe mari, pulchroq; secat Galathea natatu &c.

Cacus, proprium, quod ipsum quoq; uariatur. Ouidius primo Fastorum.

Cacus A –uu ueminæ timor atq; infamia syluæ.

Idem nono Metamorph.

His Cacus –uu horrendum Tyberino gurgite mõstrum. Quod idem & Græcum adiectiuũ κακὸς, facit. Caccabus, per duplex cc, scribitur, Græcè κάκκαβος, ut apud Athenæum libro quarto legitur, quare excepti one opus non habebat.

Cacabo, uerbum, quod perdicum proprium est. Autor Philomelæ.

Cacabat –uu hinc perdix, hic gratitat improbus anser. Vbi tamen pro gratitat, gracitat Despauterius legebat, referens id quoq; uerbum inter ea, quæ hic excipiuntur. Dacus, de quo suprà quoq; diximus. Statius primo Thebaid.

Et coniurato deiectos uertice Dacos — &c.

Neq; hic necesse uidetur, differentiam illam inter Dacus, & Daca effingere, quod quidam faciunt. Nam apud Strabonem & alios quosdam non Daca, de Orientali populo, sed δάαι, legitur. Strabonis uerba libro undecimo hæc sunt Τοὺς δὲ ὀυῶ ἐρ ἀριστερᾷ εἰσπλέον

ρι τὸ κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι. Et rursum: οἱ μὲν δὲ πλείους τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι Δάαι προσαγορεύονται &c. Vnde & nomen Dauorum in Comœdijs tractum puto, inserto uidelicet digammate Æolico. Quare ubi apud Lucanum & Silium, & alios, Dacă, uel Dacæ A, breui legitur, sciamus licet, ea uel corrupta esse, uel pro digammate aut aspiratione (nam hanc quoq; pro digammate apud quosdam positam uideas) C, assumptam esse. Apud Claudianum autem & Saces positum inuenias, pro eo quod hic Daca, uel Daha, dicitur, quantum ipse intelligo, ut libro primo, de laud. Stil.

Hic mitra uelatur Arabs, hic crine decorus
Armenius, hic picta Sa – ∪∪ ces, fucatáq; Medus,
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus &c.

Sed de his hactenus.

Facundus. Ouidius 13. Metam.

Mota manus procerum est, & quid fa – – cundia posit
Tunc patuit, fortisq; uiri tulit arma disertus.

Graculus, quod tamē per cc, geminum frequentius scriptum reperio. Rufus in Arat.

Agmine cum denso circumuolitare uidetur
Gracculus – ∪∪ & tenui cum stridunt gutture corui &c.

Sic & Grachus proprium.

Machina, quod originem sequitur, nam Græcè μηχανὴ scribitur

scribitur, ut in Prouerbio: θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. *Virgilius secundo Æneid.*

Aut hæc in nostros fabricata est machina -vv muros.

Macero uerbum, de quo suprà dictum est, inter deriuata &c.

Maceries, ut quidem ex Sulpitio probat Despauterius. Nam ex Terentiano illo in Adelphis:

Atq; hanc in hor --, v - to maceriem --vv-
v

iube dirui, tam inter correpta, quàm inter producta recenseri potest.

Thracia, ex deriuatione notum est.

Vacillo, utroq; modo positum reperitur. Lucret. libro tertio. Præpediuntur

Crura ua -vv cillanti, tardescit lingua, madet mens.

Idem eodem libro.

Tum quasi uacil -- lans primũ cõsurgit & oẽs etc.

Peregrina quoq; & propria pleraq; A, longa ponuntur, ut Achar. Prud. in Psych. Quantum

Posset nostra manus, cum uictor concidit Achar - v

Zacharias. Iuuencus libro primo.

Zachari -vv æq; domum penetrat, grauidamq; salutat. Vacienus, apud Martialem, ut

Dicti patria Narbo Va v-v- cieni &c.

Quibus additur à Despauterio & Acoris, ex eodem poëta, libro tertio, in Vetustillam, ut

Quòd si cadauer exigas, tuum scalpi,

Sternatur

Sternatur A --u- coride triclinio lectus. Choliambi sunt, atque hoc pacto vulgò leguntur. Vbi Domitius quidem, Acoris, inquit, sacerdotis nomen est, procurantis funera. Aliis autem etiam dubiũ uidetur, utrũ una dictione, an duabus potius, A coride legi debeat, deinde etiã utrum triclinio, an triclino rectius foret. Ego quia neque de Acoride, neque de Coride quicquam alibi inuenio, quod ad epigrammatis sententiam planè faciat, in in medio utrunque relinquo. Nisi quòd posteriorem lectionem, puta si legatur:

Sternatur à Coride triclino lectus, magis probarim. Macezes autem, & Racipalis, quæ idem Despauterius ex Claudiani de bello Gildonico alterum, alterum aũt ex Lucani quinto affert, in nostris libris aliter scripta habentur. Nam apud Claudianum pro Macezes, Maa stezel legitur, ut

Mastezel fugiens, qui dira piacula fratris &c.

Apud Lucanum autem pro Racipolis, Rasipolis habetur ut

Deiotarum, & gelidæ dominũ Rasipolin oræ &c.

A, ante D.

A, ante D, in primis syllabis corripitur, ut Ador, adria, cado, cadus, radius, madeo, uador, uadum, spado, &c. Iuuenalis Satyra prima.

Cũ tener uxorem ducat spado -uu, Mæuia Thuscũ
Figat aprum &c. Virg. I. Æneid.

Illiditque ua -uu dis, atque aggere cingit arenæ.

Exci-

Excipiuntur Caducæus, caduceator, caducifer &c.
Ouidius quarto Fastorum.

Tartara missus adit sumptis Ca -- ducifer alis.

Clades. Virgilius secundo Æneid.

Quis cla -- dem illius noctis, quis funera fando.

Explicet &c. Gradiuus, quod uariatur, quanquã sit ru, qui per Syncopen ex Grandiuus fictum uelint.
Idem tertio Æneid.

Gradi -- uumq; patrem Geticis qui præsidet aruis

Valerius libro quarto.

Inclyta Amazonidum, magnoq; exorta Gra - ∪∪ diuo
Gens ibi &c.

Rado. is. ere. Virg Æneid. 7.

Proxima Circeæ ra -- duntur littora terræ.

Radix. Idem Æneid. 3.

Nam quæ prima solo ruptis ra -- dicibus arbos
Vellitur &c. Sic & radico, eradico, radicitus &c.

Suadeo. Idem Æneid. 9.

Suadet e - ∪∪ nim uæsana fames &c.

Spadix. Idem tertio Georg.

Spadi -- ces, glauciq; color deterrimus albis.

Vado. is. Idem secundo Æneid.

Vadimus - ∪∪ haud dubiam in mortem &c.

Trado autem compositum est, ut & traduco, & quæ alia huius formæ sunt.

Excipiuntur & propria non pauca, ut Fadus.
Virgilius libro nono Æneid.

Fadum

Fadum -- que, Hebesumque subit, Rhetumque, Abarimque &c.

Gadir, apud Festum in Aratum ut quidem citat Despauterius, ut

Poenus quippe locum ga -- dir uocat undiq; septū.
A quo Gades, insulæ nomen, & Gaditanus, eadem quantitate. Martialis libro primo.

Gaudent iocosæ Canio suo Gades u---. Scazon est. Idem libro undecimo.

Et Ga -- ditanis ludere docta modis &c.

Ladas, cursoris nomen. Catullus.

Nec La -- das ego, Pennipesue Perseus. Hendecasyllabum est. Ladon fluuij nomen et canis, apud Ouid.

Donec arenosi placidum La -- donis ad amnem
Venerat. Lib. 1. Metam.

Quam rationem & in barbaris secutos quosdam uidemus. Sic enim apud Prudentium Adam producitur, ut in Enchiridio.

Tinxit & innocuum maculis sordentib. Adam -u.
Quod nomen idem, Auson. in Carm. Pasch. iuxta regulam A, breui posuit, ut

Deceptum miseratus A -uu dam, quē capta ueneni
Implicuit socium blandis erroribus Heua &c.

Sic & Quadus, apud Baptistam Mantuanum. Et Dada, uiri proprium, apud Philelphum, & alia quædam. Nam Gadusij, quod ex Fannio A, longa citat Despauterius, & in Græco Dionysij Carmine, & item in Lati-

na posteriori editione, A, breui ponitur, ut

οἶδ' ὑπὲρ αἶαν

Τρηχεῖαν ναίουσι κα – υυ δούσιοι ἄγχι δὲ

μάρδοι &c. Et

Post hos calcantes durissima regna Ca – υυ dusij.

Quanquam equidem puto in neutro admodum peccari, siue A, longa, siue eadem breui ponatur. Nisi quòd cæterorũ analogiæ propius est, ut corripiãtur, id quod in Adã, Ausonius, in hoc Dionysius & Fãnius fecere.

A, ante F.

A, ante F, in primis syllabis corripitur, ut uafer. Pers.

Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico

Tangit &c. Sic Afranius apud Ausonium, ut

Quam toga fœcundi scænis agitauit A – υυ frani.

Afer autem producitur. Virg. tertio Georg.

Armentarius Afer a – υυ git, tectumq́; laremq́; etc.

Quod tamẽ & Apher à plerisq; scribitur. Sic Africus. Africa, & cætera deriuata.

A, ante G.

A, ante G, in primis syllabis corripitur, ut Ager, Sagum, Tagus, Tagax, quo nomine ueteres furem appellarunt. Lucilius.

Proscribere posse Tagacẽ &c. à Tago uidelicet, quod pro tango antiqui, ut pago, pro pãgo, dixere, et similia. Item Græca hæc: Ἀγρὸς, à quo Onager, Meleager, Oeager, &c. De quibus lib. 1. diximus.

ἄγω

ἄγω,uerbum,à quo Agoge,Isagoge,Demagogus,Pædagogus &c. Martial.lib.12.

Crinitæ Line, pædago u-u- ge turbæ. Et lib.8.

Sub pædago --,- go cœperis licet,serum est. Scazon est. Sic & Pantagias,fluuij nomen,quod ab codē uerbo deriuatum uolunt,ut Æneid. tertio.

Pantagi -uu æ Megarosq; sinus &c.

Ἀγρή, à quo Chiragra,podagra &c. Mar.lib.9.

Tortorem metuis?poda -uu gra,chera -uu gra que secatur

Cattus & mallet uerbera mille pati.

Ἀγαθός,à quo Pantagathus. Martial.lib. 6.

Pantaga -uu thus,domini cura,dolorq; sui.

Ἀγορά,à quo Andragoras,Pithagoras, & Mandragora quoq;,ut quibusdam placet. Mart. lib.6.

Iuuentus mane est mortuus Andrago -uu ras.

Columella libro undecimo.

Quamuis semihominis uæsano gramine fœta

Mandrago -uu ræ pariat flores,mœstāq; cicutam.

Ἀγαμ,à quo Aganippe,Agamede,& similia.

Iuuenalis satyra septima.

Præcones fieri,cum desertis Agan -uu ippe &c.

Et si qua alia.

Excipiuntur primo,in quibus F,uel P,præcedit A, ut Flagito,flagitium:Fragum,fragor,uerbum antiquū & exoletum,à quo refragor,suffragor &c.

Author Priapeiorum.

Copia me perdit, tu suffra -- gare rogatus &c.
Pagus, pagina, paganica. Martial. in Apopho.

Hæc quæ difficilis turget pa -- ganica pluma,
Folle minus laxa est, et minus arcta pila. Tametsi pagina, & pagus ex origine quoq; sua cognosci putantur. A qua exceptione rursum tolluntur: Flagro, uerbum, à quo conflagro, & flagrum, & per diminutionem flagellum, & quæ reliqua inde formantur. Martialis eodem libro.

Proficies nihil hoc, cædas licet usque, fla - υυ gello.
Fragro. as. idem quod redoleo.
Fragilis, & fragor, à frango. Ouidi. primo Metam.

Fit fragor - υυ, & densi funduntur ab æthere nimbi.
Plaga cum Latinum est, & regionem uel rete significat. Idem eodem libro.

Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemque pla - υυ gæ tellure premuntur. Nam cum ictum, aut pulsationem significat, uerbale est, & per η, Græcè πληγὴ, scribitur.

Plagium, crimen, quo notatur is, qui libera corpora intercipit, ac uendit, unde plagiarius, tali crimini obnoxius. Martialis libro primo.

Impones pla - - - υ giario pudorem &c.
Et Græcum Pagasa, loci nomen, unde Pagasæus, a, um. Ouidius Metam. 7.

Iamq; fretum Minyæ Paga - υυ sæa puppe secabāt.
II. Excipiuntur hæc: Strages, stragulum, quæ tamen

ex deriuatione nota quoq;, Tragula, teli genus, ut

Cui tragula -υυ semper

Fulmineam armabat, celebratum mißile, dextram. &c. apud Silium libro tertio.

Vagio. Ouid. in ex. Canaces.

Vagitus dedit ille miser, sensisse putares. Et alibi.

Reddit onus, ua -- gitq; puer &c. At philomelæ author, uagiunt, de leporibus, A, breui posuit, ut

Glaucitat & catulus, at lepores uagiunt. Siue hoc recte, siue corrupte legitur.

Vagina. Idem decimo Metam.

Pendenti nitidum uagina diripit ensem &c.

Saga. Martialis lib. 11.

Expiet ut somnos garrula saga tuos. Sic Sagus, a, um, & ab eo composita. Sagio, uerbum, & præsagio. At sagax nomen, siue à sagio, siue aliunde deductũ est, priorem breuem habet, ut

Nec minus hæc animum cognoscere posse sa -υυ gacem. Lucretius lib. 2. Nã quod Despauterius apud eundem poëtam libro primo, & quinto legit.

Ordine quæq; suo sagaci mente locarunt. A, longa uidelicet, id Aldina æditio sic habet:

Ordine quæq; suo, atq; sagaci mente locarunt.

III. Græca hæc, Agis, propr. Virg. 10. Æneid.

Hũc peditem pedes, et Lycius processerat Agis:

Lagon, Martialis libro nono.

Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona -υυ uiuũ.

Tu

Tu magnus luteum Gaure giganta facis. Huius tamen diminutiuum Lagunculus, A, breui posuit Statius, libro primo syluarum.

Molles Caioli, Lagun υ-υ- culiq;. Hende casyll. est.

Laganum, placentæ genus, cuius exemplum Despauterius ex Riga quodam citat hoc:

Lagana lata notant, & fratris & hostis amorem etc.

Item, Mago, proprium. Silius lib. 3.

Mago quatit currus, & fratrem spirat in armis etc.

Et Magalia, Virgil. 1. Æneid.

Miratur molem Æneas, Ma -- galia quondã etc.

Lagus, proprium regis Ægypti, ferè producitur, ut

Famasaq; mœnia Lagi, apud Iuuenal. saty. 6. Et

Fatumque nocentis

Ægypti, regnum Lagi Romana sub arma

Iret &c. Lucanus libro decimo. Ita enim à plerisq; legi uideo, non ut Despauterius legebat: Regnum nẽ Lagi &c. interposita coniunctione.

Aliàs Lagus, siue proprium, siue appellatiuum, utrò que modo poni posse puto. Nam & deriuata, alia longa A, alia breui leguntur. Virg. Æneid. 10.

Obuius huic primum fatis adductus iniquis,

Fit Lagus -υυ hunc &c. Idem 1. Georg.

Et passo Psithia utilior, tenuisq; La -υυ geos &c.

Horatius in Sermonib.

Nec scarus, aut poterit peregrina iuuare La -υυ gois.

quæ oĩa A, breue habẽt. At Lagopus à Mart. A, longa positum est, lib. 7.

Si mens aurita gaudet Ta -- gopode Flaccus &c.
Sed tamen si quis ueterum in his exempla obseruarit, tutiorem, ut puto, uiam sequetur.

Quibus adde & Bragada, ita enim apud quosdã scribi uideo, pro Bagrada, fluuij nomen est.
Silius libro sexto.

Naïadũ tepida quas Bragada -uu nutrit in unda.
Annumerat autem superioribus Despauterius, & agea pro uia in naui, de qua uoce suprà circa uocalium regulas diximus. Et Agalma, adducto ex sexto Capellæ tali exemplo:

Quam docto aßimulant habitu, qui agalmata firmãt.
Quo loco ego, Qui, absq; elisione legendum puto. Nã apud Græcos certè primam ubiq; corripi uidemus, ut apud Homerum, quod exemplum & Suidas allegat.

βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄ -υυ γαλμα. Et rursum.
Ἀλλὰ τ' ἄ -υυ γάλματ' ἀνῆψεν ὑφάσματά τε χρυσόντε &c.

A, ante L.

A, in primis syllabis ante L, si dictio sit disyllaba, producitur, ut Halo, balo, qualis, talis, qualus, uel qualum, talus, appellatiuũ. Malus, pro arbore: mala pro bucca, et similia. Virgil. 12. Æneid.

Increpuit ma -- lis, morsuq; elusus inani est.
Excipiũtur primo, nomina tertiæ declinat. quorum genitiui excrescunt, ut salus, salutis: palus, paludis: salax, salacis: calix, calicis: salix, salicis &c. Virgil.

Et fugit ad sali – uu ces, & se cupit ante uideri.

Sic & salis à sal, & quæ inde deriuantur, ut sales, salum, &c. Virgilius.

Perq; undas superante sa – uu lo &c.

Notatis tamen, Ales, alitis, Idem.

Ætherea quos lapsa plaga Iouis ales a – uu perto
Turbabat coelo. Æneid.1.

Halec, siue halex, halecis. Martialis.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Hale – – cem, sed quā protinus ipse uoret. Et Horat.
Ego fecem primus, & halec – –
Inueni &c. Serm.2. Vbi tamen sunt, qui duplice ll, hallec scribunt.

Calo, calonis. Horatius.

Hunc perminxerunt Ca – – lones, quinetiam illud, &c. Quod siue ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est, à lignis colligendis, dictum est, siue à Cala, calæ, quod fustem significat, ut Festo placet, contra primitiui naturam A, longum habere uidetur. Nam & κάλον, Græcè, quantum equidem ex accentu apparet, qui in priore acutus est, A corripit.

II. Excipiūtur hæc: Alo, is, ere, tertiæ cōiugat. Vir.

Vulnus a – uu lit Venis, & cæco carpitur igni.

Æne.4. Falæ, seu phalæ, unde & Phalaricas dici uolunt, turres ligneæ. Iuuenal. saty.6.

Consulit ante Pha – uu las delphinorumque

Malus, a, um, adiectiuum, cuius exēpla ubiq; obuia.

Palam, Terentius in Eunucho.

Si in falsum, aut uanum, aut fictum est, continuo palam est, vu–, v–. Trim. est Iamb. Inde & propalam & propalare uerbum, eadem quantitate.

Pales dea rusticorum. Vnde Palilia. Ouid. 4. Fast.

Nox abijt, oriturq; aurora, Pa –vv lilia poscor,
Non poscor frustra, si fauet alma Pales.

Et Græca pleraq;, ut Cales, Calium propriū loci, quod à Calaï conditum uolunt. Silius.

Threiciamq; Ca –vv len. lib. 12. Virg. lib. 7.
Sidicinaq; iuxta
Æquora, quiq; Ca –vv les linqunt, amnisq; uadosi
Accola &c.

Cala, calæ, quod fustem, seu clauam ligneam significare tradunt, citato ad hoc uersiculo Lucilij.

Scinde Ca –vv lam, ut caleas. Videtur autem à Græco κᾶλον, deductum esse.

Halys, proprium fluuij. Ouid. 4. de Ponto.

Influit & crebro uertice tortus Ha –vv lys.

Sic & pro proprio uiri, apud Virgilium libro nono Æneid. ponitur.

Talus proprium uiri, Virg. 12. Æneid.

Ille Ta –vv lon, Tanainq; neci, fortem Cethegū etc.

Et quæ à θαλεῖν, ueniunt, quale uidetur esse Thales. Iuuenalis.

Chrysippus non dicit idem, nec mite Tha –vv leus
Ingenium. Et Thalia, quod tamen ad polysylla etiam

iam refertur. Ouid. 5. *Fastorum.*

Clioq; & curuæ scita Tha – uu lia lyræ &c.

Et quæ cum palin, componuntur, ut Palinodia, Palinxe stus, Palinurus. Virgil. 5. *Æneid.*

Iaside Pali – uu nure ferunt ipsa æquora classem.

Καλὸν, *autem adiectiuum, à quo Philocalus, Apirocalus, & similia fiunt, utroq; modo apud Græcos ponitur, ut in illo Theocriti.*

Τῷ γὰρ ἔρωτι

Πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ – uu καλὰ πέ – uu φανται &c.

At in Polysyllabis A, ante L, in primis syllabis corripitur, ut Calco, ualeo, phaleræ, Phalaris, salebræ & ca Martialis.

Carmina nulla probas, molli quæ tramite currunt.

Sed quæ per sale – uu bras, altaq; saxa cadunt.

Calumnia. Nã ut Festo placet, à καλεῖσθαι, *deriuatur.*

Calendæ, quod ab eodem uerbo deriuatum uolunt.

Horatius satyr. 3. libro primo Serm.

Quinisi cum tristes misero uenere Ca – uu lendæ &c. Salarium. *Martialis libro tertio.*

Nihil stropharum est, iam sala – – u – rium dandũ. Scazon est. Et similia.

Excipiuntur, Alea. Horatius.

Perraro hæc alea – uu fallit.

Caligo. Iuuencus.

Et genus humanum damnat ca – – ligo futuri.

Squaleo, unde & squalor, & squalidus. Virgil.

Per tunicam squa -- lentem auro latus haurit apertum. Æneid. 12.

Talea, ramus ex arbore, utrinq; præcisus, qui plantatur. Serenus.

Fraxinea in flammis, quam fudit Talea - υυ succum.

Talio, talionis. Martialis lib. 12.

Corrumpit sine talio υ - υ - ne cœlebs.

Item hæc, propria partim, partim Græca, Alecto. Vir.

Exin Gorgoneis A -- lecto infecta uenenis.

Æneidos septimo.

Aliphæ, Cãpaniæ oppidum, inde Aliphanus, a, um, Horatius satyra ultima.

Inuertunt A -- liphanis uinaria tota. Et Silius.

Ali -- phæ et Clanio contemptæ semper Acerræ.

Lib. 8. Vbi tamen sunt, qui Alliphe, duplice ll, scribunt, Aledius, proprium uiri. Iuuenal. saty. 5.

Tibi habe frumentum A -- ledius inquit.

Balena piscis nomen. Idem.

Quantum delphinis Ba -- lena Britannica maior.

Calisto, quod tamen haud scio, an Callisto potius scribẽdum fuerat, à κάλλος, uidelicet. Ouid. 2. Fasto.

Calisto sacri pars fuit una chori

Calatia, oppidum Campaniæ. Silius

Nec paruis aberat Ca -- latia muris. & cæt. libro octauo.

Laletania Hispaniæ prouincia. Mart. libro primo.

Tu

Tuamq; La u-u- letaniam. Dimeter est Iamb.

Malobathrum. Horatius libro 2. Carm. Ode 7.

Maloba -uu thro Syrio capillos. Dactylicum est Logaœdicum, Alcaïcum.

Salustius, quod ipsum quoque alij gemino ll, scribunt, Horatius satyra 2. libro 1.

Merx est in classe secunda,

Libertinarum dico, Sa -- lustius, in quas

Non minus insanit &c.

Salentinum, promontorium Apuliæ, quod & ἄκρον Ἰαπύγιον dicitur. Virgilius:

Et Sa -- lentinos obsedit milite campos

Lyctius Idomeneus &c. Aeneidos 3.

Palatium autem quoties prima longa ponitur, ll, gemino scribitur, ut:

Astra licet propius, pal -- latia longius essent.

Apud Martialem libro 9. et aliâs sæpe. Nam natura sua primum A, breue habet, ut alterum semper longũ. Oui.

Haud timeam magni dixisse pa -uu latia cœli.

1. Metamorph. Sic & Tibullus lib. 2. Eleg. 5.

Sed tunc pascebant herbosa pa -uu latia uaccæ.

Et stabant humiles in Iouis arce casæ. Et alij item multi.

A, ante M.

A, ante M; in disyllabis producitur, ut, Dama, Lama, Ramus, Hamus. Martialis:

Imitantur ha uu-u- mos dona, namq; quis nescit.

Choliambus est, quanquam idem nomen & breui A, ponitur apud Iuuenalem satyra 14. hoc uersu:

Dispositis prædiues ha – ∪∪ mis uigilare cohortem

Seruorum noctu Lycinus iubet etc. Vbi sunt, qui S, in prædiues, more ueterum elidendum putent. Eadem autem quantitate et Hebræum Amen, quo in Ecclesia Christiani utuntur, posuit Ausonius in precatione matutina, ut:

Et responsuris ferit aëra uocibus Amen – –

Tolluntur à regula, Amo, as, are, & quæ inde deriuantur, ut:

Omnia uincit a – ∪∪ mor &c.

Camers proprium. Virgilius 10. Aeneidos:

Persequitur fortemq; Numã fuluũq; Ca – ∪∪ mertẽ.

Fames, is, tertiæ. Virgilius 3.

Proluuies uncæq; manus, & pallida semper

Ora fa – ∪∪ me.

Tamen. Idem primo Aeneidos:

Hic tamen – ∪∪ ille urbem Patauí, sedesq; locauit.

Item Græca hæc: Gamus, & quæ ab eo deriuantur, ut, Bigamus, Neogamus, ut in illo:

αἴθ᾽ ὄφελορ ἄγα – ∪∪ μόστ᾽ ἔμεναι, ἄγονός ἀπολέσθ &c.

Chlamys. Virgilius:

Sidoniã picto chamy – ∪∪ dẽ circũdata limbo. Aen. 4.

Lamus proprium. Idem libro 9.

Nec non Lamirumq; La – ∪∪ mumq;

Et

Et iuuenem Serranum &c.

Samos insula. Idem,

Posthabita coluisse Sa -vv mo &c.

Same. Idem libro tertio.

Dulichiumq; Sa - vv meq;, & Neritos ardua saxis.

Et Samothracia. Idem.

Threiciãq; Samen, quæ nũc Samo -vv thracia fertur

Zama, loci nomen, apud Silium,

Et Zama, & - v v uberior Rutulorum sanguine

Tapsus. Libro 3.

Item quæ à uerbis δαμεῖν, καμεῖν, & similibus ueniunt, ut Adamas, Acamas, Athamas, & id genus alia, quorum exempla apud poëtas ubique obuia.

In polysyllabis autẽ A, ante M, in principio dictionis corripitur, ut Amußis. Author carm: de uiro bono.

Æquis

Partibus ut coëant, ne quid deliret A -vv mußis.

Excipiuntur Amentũ, lorum quo hasta impellitur; Vnde & uerbum Amentare, apud Lucanum, ut.

Iaculum amen -- tauit habena.

Amianus proprium, quod tamen & duplici Mm, scribi uideo. Martialis libro 2.

Quàm blanda est tibi mater Am v-v- miane.

Lamentum, & Lamentari. Claudianus.

Nil nautica prosunt,

Turbatæ la -- menta rati &c.

Lamina, Lucretius libro tertio.

Verbe

verbera, carnifices, robur, pix, lamina, – uu tedæ etc.

Et hæc propria. Bamura, Africæ locus. Silius libro tertio:

Tum chalybis pauper Bamuræ cruda iuuetus &c.

Damœtas. Virgilius:

Dic mihi Damœ –– ta, cuium pecus? an Melibœi:

A δημός, ut uidetur, deductum.

Mamercus. Iuuenalis satyra 8.

Ridere potest qui

Mamer –– corũ alapas, quãti sua funera uendãt etc.

Mamertinus. Martialis in Xenijs:

Amphora Nestorea tibi Mamer –– tina senecta,

Si detur, quoduis nomen habere potest.

Mamurius. Ouidius 3. Fastorum:

Arma ferant Salij, Mamuri – u u umq; canant?

Sic & Mamurianus, Mamurra, & Mamurrus apud Martialem libro 1. 9. & 10.

Et Samaria quoq; apud Aratorem prima longa ponitur, ut:

Samari – uu æ uicina potens. Libro 1. Sed de hoc & similibus non anxiè laborandum.

A, ante N.

A, in primis syllabis ante N, in dictione disyllaba producitur, ut Rana, Lana, Canus, Sanus, Panis, Manes & similia. Virgilius:

Quisq; suos patimur manes &c. Aeneid. 6.

Sic et Ianus, à quo Ianua, & Ianitor, ut placet Grammaticis

maticis, dicuntur, quanquam eadem etiam duplice Nn, scripta reperias. Persius:

O Ia -- ne à tergo quem nulla ciconia pinsit &c.

Ouidius 1. Fastorum:

Omnis habet geminas hinc atque hinc Ianua -uu frontes. Et rursum:

Ianitor -uu egressus, introitusq; uidet &c.

Et Fanum, quod quidam á fando, alij à faunis dictum uolunt à quo, Profanus, fanaticus &c. Virg. 6. Aeneid.

Procul ò procul este profani --

Conclamat uates &c. Horatius in arte:

Aut fa -- naticus error & iracunda Diana &c.

Excipiuntur Anas, atis. Martialis:

Tota quidem ponatur a - uu nas, sed pectore tantum

Et ceruice sapit, cætera redde coco.

Anus, pro muliere uetula. Ouid. 5. Metamor.

Prodit a - uu nus, diuamq; uidet, lymphāq; roganti

Dulce dedit &c. Nam pro sede siue extrema parte podicis, Despauterius et Calepinus quoque, produci uolunt, quanquam ipse exemplū hactenus non uiderim.

Cano, & quæ inde deriuantur. Virgilius:

Arma uirumq; cano &c.

Canis. Ouidius 3. Metamorph.

Dum dubitat, uidere canes &c.

Manus, us. Virgilius:

Et duplices cū uoce manus ad sydera tendit. Aen. 10.

Item Græca pleraque, ut Ana, præpositio, & quo

cum

num ea componuntur, ut Analecta. Martialis,

Sed precium scopis nunc ana –uu lecta dabunt.

Anaglypta. Idem,

Nec mensis ana –uu glypta de paternis. Libro quarto, & similia.

Ἄναξ, ἄνασσα, & quæ inde cōponuntur, ut Iphianassa &c. Homerus 1. Iliados,

Ἀτρείδης τε ἄ –uu ναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος Ἀχιλλεύς. Et Iliados nono.

Χρυσόθεμις, καὶ Λαοδίκη καὶ Ἰφιά –uu νασσα etc.

Ἀνήρ (quod tamen apud Græcos utroq; modo usurpatur) & quæ inde ueniunt, ut Deianira &c. Hesiodus 2. oper. & Dier.

Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῷ ἄ –uu νηρ πεπνυμένα εἰδώς. Et Homerus,

Ἀνέρες –uu ἐστε φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Ouidius in Epistolis,

Impia quid cessas Deia –uu nira mori &c.

Canon. Ausonius,

Hic demum excessit Grammaticos cano –uu nas.

Clanis proprium, qui & Clanius dicitur, Sil. lib. 8.

Et Clanis –uu & Rubico, & Senonum de nomine Senæ &c.

Danus, proprium uiri, apud Ouid. lib. 5. Metamor. ut,

Iaculum Danus –uu ore momordit.

Sic & Danis, apud eundem lib. 12. Et Hylen.

Eminus, Iphinoum collato Marte Da –uu nimq;.

Et

Et quæ inde composita uidentur, ut, Eridanus, Apidanus, Iardanis, & similia fluuiorum nomina, de quibus superiore libro meminimus.

Μανεῖν, & quæ inde ueniunt, ut Hippomanes, Tisimanes &c. Virgilius 3. Georg.

Hippoma -υυ nes, quod sæpe malæ legere nouercæ &c. Quanquam hoc proprium adeò est omnium ferè indefinitorum secundorum apud Græcos, ut tam ipsa, quàm quæ ab ipsis deriuantur, penultimam corripiant, quod hic in uniuersum admonitum uolo. Vt si cui eiusmodi composita alicubi obuenerint, quorum hic mentio nulla facta sit, meminerit ea, secundum hanc notionem, ac regulam iudicanda esse.

Panos proprium loci apud Manilium libro 4.

Bactraq; & Herios, Babylon, & Susa, Pa -υυ nosq; &c.

Planus, scurra siue impostor à πλανᾶσθαι. Horat.

Fracto crure pla -υυ num, licet illi plurima manet,

Lachryma &c.

Phanes, solis cognomentum, ut apud Orpheum, citante Macrobio libro 1. Satur. capite 18.

Ον δὲ νῦν καλέουσι φά -υυ νητάτε καὶ διόνυσον.

Et Phanos quoq; tam substantiuum, quàm adiectiuum, ut puto. Plautus in Captiuis,

Male loqui mihi au υυυ, -- desinō ego te --, υυ-

nouī

noui pol Phanon --,-uu, id quidem est &c.
Aristophanes in Pace:

ὅπως γένω u-u-, μαὶ 6ι φανὸς ὑ --,uuu τοχραφεὺς δ'ικῶν uu-u-.. *Superior, in quo ad iectiuè ponitur*. Trochaicus *Catalecticus est. Hic in quo adiectiuum est. Senarius purus est.*

Et composita, quæ ab eodem uerbo ueniunt, ut, Theo *phanes*, Aristophanes *&c.* Hora. *saty.* 4. *libro* 1. *Sermo.*

Eupolis atq; cratinus Aristopha -uu *nesq; poëtæ.* Phanias *autem &* Phanium *propria, siue ea aliunde, quàm superiora, siue non ab eodem tempore formata sunt, apud Terentium ubique* A, *longa ponuntur.* Vt in Andria,

Phania, hem peri -u,-uu *i, uerum hercle o* --, -u *pinor fuisse* --,-u *Phaniam* -uu. Trochai *cus* Catalecticus *est. Item in Phormione:*

Vobis commen --,-- *do Phanium, &* --,u- *uitam meam &c.* Et rursum:

Phanium re -u, -u *lictam solam, Sic,* Et iratum *senem*. Trochaicus Catalecticus *est.*

Item Rhanis *nymphæ nomen, apud* Ouidium, *à* ῥαί νειν *quod aspergere significat, ut,*

Excipiunt *laticè* Niphéq; Hyaléq; Rha -uu *nisq;. tertio* Metamorph.

Et Panax *quod &* Panacè, *&* Panacea *dicitur, de quo suprà meminimus.* Columella *libro* 11.

Nūc medica Pana -uu *ces lachryma succoq; salubri*

Glau=

Glaucea &c. Quanquam idem etiam ex deriuatione A, correptum habeat, perinde ut cætera à Pan, deriuata, ceu sunt, Panætius, Panhormum, Panegyris, Panachæïs, apud Apollonium libro primo:

ποθι τόοσον ὅμιλον

Ηρώων γαίης πᾶνα –υυ χαιΐδος ἐκτοθι βάλλει, et similia. De quibus superiori lib. diximus quoq;.

At in Polysyllabis, A, ante N, à principio dictionis ferè corripitur, ut, Lanio, Lanius, Danaus, Cranaus, Canalis. Virgilius:

Currentem ilignis potare ca –υυ nalibus undam. Libro tertio Georg.

Sanies. Idem 3. Aeneidos.

Domus sani –υυ e, dapibusq; cruentis,

Intus opaca &c. Et similia.

Et Græca, à γανύω veniencia, ut, Ganymedes, & similia. Virgilius primo Aeneidos:

Et genus inuisum, et rapti Gany –υυ medis honores.

Et à Thanatos, ut, Athanatos. Cuius exemplum suprà de Deriuatis, citauimus. Et alia id genus.

Excipiuntur, Canidia proprium, apud Horatium.

Canidi –υυ am pedibus nudis, passoq; capillo,

Satyra 8. libri primo sermonum:

Canius. Apud Martialem libro primo:

Cœpit, Maxime, Pana quæ solebat,

Nunc ostendere Canium υ–υ– Terentos.

Quæ tamen & ex deriuatione nota quoque. Sunt enim

à Canus,a,um,ut uidetur deducta.

Danubius. Ouidius:

Danubij medijs uix prohibentur aquis:

Ganeo,& Ganeum. Iuuenalis:

Sed laudem siliquas,occultus ganeo –uu, pulte?

Coram alijs dictem &c. saty.11.& Teren. in Adel.

Vbi ego illum quæram,credo abductum in ganeum.

Senarius est Iambicus. Prudentius tamen et Sidonius, & post eos alij quidam recentiores eadem correpta po suere,quàm recte,ipsi uiderint.

Lanuuium, de quo suprà quoque dictum. Propertius libro 4.

Lanuui –uu um annosi uetus est tutela Draconis.

Manius & Manilius ex deriuatione nota sunt. Martialis:

Tu mihi simplicibus Ma – – ni dilectus ab annis. libro 10. Iuuenalis satyra 6.

Nulla ferè causa est in qua non fœmina litem

Mouerit,accusat Ma – – nlia si rea non est.

De Ianua suprà dictum.

Et Amppe,quod his annumerat Despauterius, compositum uidetur,siue Ænippe potius,uel Euippe, quæ nomina Græcis frequentiora sunt, legendum. Ouidius quinto Metamorph.

Pierus has genuit Pellæis diues in aruis,

Pæonis Amp – – pe mater fuit &c. Ita enim uulgo habetur.

A, ante P.

A, ante P, in primis syllabis corripitur, ut, Rapio, Capio, Aper, Caper.

Aperio, quod alicui etiam compositum uideri queat, quoniam & Operio diuersa significatione dicitur. Catullus in Lamiam:

Sed huic suffixa tigllo
Tantum operire soles, aut ape -uu rire domum.

Pape interiectio. Persius satyra 5.

Marcus Dama? Pa -uu pe Marco spõdente recusas.

Aplustre. Cicero in Arato.

Puppibus absumptis fluitãtia quaerere a -uu plustra

Apinae. Martialis:

Sunt Api -uu nae Tricaeq;, & siquid uilius istis

Mapalia. Virgilius:

Et raris habitata Ma -uu palia tectis &c.

Horatius autem et Apulia, prima breui posuit, dempto uidelicet altero, P, quo fere scribitur, per Syncopen, siue Parellipsim. Vt libro 3. Carm. Ode 4.

Nutricis extra limen A -uu puliae. Vbi illud quoque notandum. Appulus media ubique breui poni. Appulus.
Appulia autem eadem syllaba longa, ut, Appulia.

Appulus -uu Adriacas exit Garganus in undas.

Lucanus libro 4. Et:

Sabina qualis aut perusta solibus.

Pernicis uxor Appuli u-u-. Horatius in Epodis. Et rursum:

Velleribus primis Appulia – u u Parma secundis. Mart. in Apoph. Sic & in superiori exemplo apud Horatium. Sed de hac re etiam alibi diximus.

Excipiuntur Apis, bos Ægyptiacus, & proprium regis. Lucanus:

Lustra suæ Phœbes non unus uixerat Apis – u.

Apidanus, fluuij nomen. Ouidius 1. Metamorph.

Apida – u u nusq; senex, leuisq; Amphrisus et Æas.

Apenninus. Persius:

Sic costam longo subduximus Apen – – nino. Tametsi reperias idem nomen, & duplici pp, scriptum.

Aphrica, cuius exemplum suprà posuimus.

Crapula quod Græcè per diphthongū κραιπάλη scribitur, ut in illo Sidonij, quod à Despauterio citatur.

Quem crapula – u u uexat.

Et pallens pinguedo tenet &c.

Capo uel Capus. Martialis libro 5.

Alius coactos non amare capones u – – – Scazon est.

Papas. Iuuenalis satyra 6.

Tumidus prægustet pocula Papas – –. Quod Græce opinor, πάππας scribitur pro seniore, uel patre. Vnde et Papa Pōtificis Maximi appellatio, quo Theologi utuntur, cuius exēpla apud recētiores paßim obuia.

Papius. Ausonius,

Papia – u u lex placuit, Iulia displicuit,

Papilus. Martialis libro quarto,

Cur quæ uis fieri Papile –uu facta doles.

Papilio. Idem libro 12.

In tauros Libyci ruunt leones.

Non sunt papi ---u lionibus molesti.

Papinius. Apud Sidonium,

Non quod Papi ---u nius tuus meusq;, ad Felice, ut citatur à Despauter. quod tamen Domitius, nescio qua ratione, quoue exemplo, breue quoq; posuit, ut

Hæc tecum pariter uelit Papini u--

Phœbus Castalium nouare carmen.

Itē Papianilla apud eundem Sidoniū in Propemptico,

Coniux papi ---u anilla, quem pudico &c.

Rapum uel Rapa. Martialis in Xenijs,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa –u

Quæ damus in cœlo Romulus esse solet.

Sapo, onis, τὸ σμῆγμα. Serenus,

Attrito sa -- pone genas purgare memento.

Sapis, fluuij nomen, apud Lucanum libro 2.

Crustumium q; rapax, et iunctus Sapis I–uu sauro.

Saperda. Persius,

Et quid agā rogitas? en saper -- dā aducho ponto.

Vapulo. Terentius in Adelphis,

Quanq̄ est scelestus, nō committet hodie unquam iterum ut uapulet --uu. Iamb. Tetrama. Acatalect. est.

Paphlagon autem, quod Despauterius excipit quoque, positione apud Fannium producitur, in Dionysio, ut,

Paphlago –uu nes post hos Mariandyniq; sequūtur.

Nam natura sua primam breuem habet. Vt apud Aristophanem in Equitib.

Κάκιστα δ' ἀπὸ οὗτος γε πρῶτος παφλαγόνων
-υυ,υ-. Et rursum:

Ἐπρίατο δ' αὐλὸν βυρσοδέψην παφλαγόνα.
-υυ,υυ. In eadem fabula.

Et apud Serenum, pro eo quod ipse legit.

Sæpe Chelidoniam cum succo lapathis -υυ addes.

Correctiores libri habent.

Sæpe Chelidoniam cum succo Palladis addes.

A, ante Q.

A, in primis syllabis ante Q, corripitur, ut, Aqua, Aquila, Laqueus, Laquear, et similia. Virg. 1. Æneid.

Atria, dependent lychni laquearibus -υυ aureis.

Notentur composita, ut, Quâque, Quâquam, et similia.

A, ante R.

A, ante R, in primis syllabis corripitur, ut, Paro, Pario, Vario, Careo &c. Ouidius:

Quod caret -υυ alterna requie durabile nō est etc.

Sic Larix quoque. Lucanus libro 9.

Et lari -υυ ces, fumoq; grauem serpentibus urunt.

Abrotanum &c. Sic enim uulgo legitur.

Et, Arabs. Virgilius 8. Æneidos:

Omnis A -υυ rabs, omnes uertebant terga Sabæi.

Tametsi huius denominatiuum Arabia, prima etiam longa positum reperitur. Vt apud Propertium libro 2.

Nec

Nec si qua Arabi -uu a lucet bombice puella. Et:
Et domus intactæ te tremuit Arabi -uu æ eodem.
Ubi tamen alij duplex rr, scribere malunt. Ego quod su prà de liquidis monui, idem hic quoq; obseruandum puto, quanquam nihil simile in alijs absq; exemplo ueterũ nouandum existimem. Item quæ à χαίρω uel χαρὰ ueniunt, ut Charon, Charopus &c. Virgil. Æneid. 6.
Portitor ille Cha -uu ron, hi quos uehit unda sepulti &c. Martialis libro quinto:
Improbius nihil est hac Charo -uu pine gula.
Et Carinus, *quod ipsum quoq; origine Græcũ uidetur.* Idem eodem libro:
Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas Cari u-u- ne misi &c. Et alia item multa.
Excipiuntur, primo adiectiua in VS, secundæ declinationis, disyllaba, ut, Clarus, Charus, Gnarus, Rarus, Varus &c. Persius:
Fallit pede regula Varo -- &c. Sic & Parus auis nomen, author Philomelæ.
Parus c -uu nim quis per noctẽ imminet omnẽ etc.
II. Excipiuntur hæc Latina. Ara, absque aspiratione, (nam Hara, porcorum, aut etiam auium stabulum, corripitur, ut & Haruspex, Hariolus, & cætera inde deriuata.) Virgilius in Bucolicis:
Illius aram - u
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Area. Virgilius 1. Georg.

Area –uu tamen primū est ingēti æquāda cylindro.

Areo, es, uerbum. Idem,

Are – – bam herbæ, & uictum seges ægra negabat. Aeneidos tertio.

Carica, ficus arida. Ouidius primo Fastorum,

Quid uult palma sibi, rugosáq; carica –uu dixi.

Carex. Vergilius,

Et carice –uu pastus acuta.

Carus, proprium uiri, apud Ouidiū, ut & cætera eiusdem formæ, appellatiui sui quantitatem sequitur.

Clarus autem apud Virgilium, quoniam à Græco, non à Latino deriuatum est, A, corripit, ut,

Et clarus –uu & Hæmon Lycia comitantur ab alta. Aeneidos 10.

Sic & Claros insulæ nomen, à quo Clarius, a, um, possessiuum. Ouidius 1. Metamorph.

Et Clarus –uu et Tenedus Pataræáq; regia seruit.

Glarea: Lucanus libro 4.

Aut impulsa leni turbatur glarea –uu uena.

Naris. Ouidius 12. Metamorph.

Acta retro naris medioq; est fixa palato.

Parus, auis nomē, de quo suprà, nā p insula corripitur. Vt, *Olearon niueamq; Pa –uu ron &c.* 3. Aen.

Pareo, es, uerbum. Virg.

Parete –uu mordictis &c. 1. Aeneidos.

Varix. Horat. *Varice –uu succiso &c.*

Cuius

Cuius tamen deriuatum Varicosus, contra primitiui naturam A, corripit. Persius.

Dixeris hæc inter uari – ∪ ∪ cosos centuriones ect.

Postremo excipiumur hæc propria, & Græca Arene, oppidi nomen. Valerius libro primo.

At frater magnos Lynceus seruatus in usus,

Quem tulit Are – – ne &c.

Arunci, Italiæ populi, Virg. Æneid. 7.

Arunci misere patres &c. Quod tamen alij per Au, diphthongum, à principio scribunt.

Aruns, apud eundem libro undecimo.

Tum fatis debitus Aruns – –.

Arete, mater Nausicaæ, apud Homerum, ut

Ἀρή – – τη δ' ὄνομ' ἐςὶν ἐπώνυμον &c.

Et quæ alia à uerbo ἀρᾶσθαι, ueniunt, ut ἀρὴ, ἀρήτηρ, & similia. Arete, autem appellatiuum, quod uirtutem significat, à quo Panaretus, & quædam alia ueniunt, corripit A, ut in prouerbiali illo uersu. ἀρετῆ:

Τὰν ἀρε – ∪ ∪ τὰν καὶ τὰν σοφίαν νικῶσι χελῶναι. *Est enim ab ἀρέσκω, quod A, breue à principio habet. Barium, oppidum, Horatius satyra quinta.*

Via peior adusq;

Bari – – mœnia piscosi. debinc Gnatia lymphis &c.

Baris, cymba Ægyptiaca, qua cadauera uehuntur. Propertius libro tertio.

Baridos – ∪ ∪ & contis rostra Liburna sequi etc.

Barine, Horat. lib. 2. Carm. Ode octaua.

Illa si iuris tibi pietati

Pœna Bari -υ-- ne nocuisset unquam &c.

Carolus, apud recentiores, quanquam idem Petrarcha alibi etiam corripuerit, sed ad productionem facit etiã deriuatio. Nam à Germanico nostro, quo uirum appellamus, ein Cärli, *deductum uidetur, quod sua lingua per A, longum effertur.*

Caria & Cares. Ouid. *quarto Metam.*

Lyciæq; propinquos

Caras a -υυ dit. Et Manilius *libro quarto.*

Arcades antiqui, celebrataq; Caria -υυ fama.

Carinas, Iuuenalis *satyra septima.*

Sicut Thrasymachi probat exitus, atq; secundi

Cari -- natis, & hunc inopem uidistis Athenæ.

Claris, fluuij nomen, apud Sidonium *in 2. Panegyric.*

Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus. Clitis, Claris, A -υυ rar &c. Ita enim citatur à Despauterio.

Darius. Ouidius *in Ibin:*

Vtq; necatorum Da -- rij fraude secundi &c.

Quanquam apud recentiores quosdam etiam correptum inuenias, sed citra rationem, ut puto.

Larissa. Virgilius *libro secundo Æneid.*

Quos neq; Tydides, nec Laris -- sæus Achilles,

Non anni domuere decem.

Larius fluuij nomen, Virg. *2. Georg.*

Te Lari -- maxime, teq;

Fluctibus

Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Larides. *Virgilius decimo Æneid.*

Dauci Lari -- de, Thymberq; simillima proles.

Laronis, & Laronia, *Iuuenalis satyra secunda.*

Non tulit ex illis toruum La -- ronia quendam.

Larunda, nymphæ nomen. *Auson.*

Nec genus hoc donitum La -- runda progenitus

Lar. *In Monosyllabis.* Larina, propr. *Virg. Æne. 11*

At circumlectæ comites, La -- rinaq; uirgo &c.

Sic & Larinates, *populi, apud Silium,*

Maris, *proprium uiri & fluuij. Silius libro septimo.*

Inde ruens Thurim, & Buten, et Marim, & -uu Arsen

Dat letho &c.

Narycius. *Virgilius tertio Æneidos.*

Hic & Naryci -uu posuerunt mœnia Locri.

A Naryx, *siue* Narycio, *urbe Locrensiū, ut Stephanus, qui & per Y. hoc nomen scribit, contrà quàm uulgò solet. Neq; idem est* Neritius, & Naritius, *ut Despauterius putabat, sed illud á* Neritos *est, quod insulæ nomen est, cuius item Virgilius meminit Æneid. 3.*

Et Neritos -uu ardua saxis.

Pharis, *oppidi nomen apud Senecam in Troade.*

Pharin, an Pi -u-- sam Iouis, & Coronis

Elida clarā &c. Sapph. Hendecasyl. est cū Adonio.

A, ante S.

A, in primis syllabis ante S, si uoces sint disyllabæ, producitur, ut Nasus, Naso, Vasum, Phasis *fluuij nomen*

uen, à quo Phasias, & Phasianus &c. Mart. lib. 13.

Argoa primum sum transportata carina,

Ante mihi notum, nil nisi Phasis e – ∪∪ rat.

Excipe Basis, pro sustentamento columnarum. Martialis libro nono.

Inscripta est ba – – – ∪ sis, indicatq; nomen. Tametsi putem idem esse cum βάσις, uerbali, à βῆμι, de quo suprà. Casa domus rustica, Virgilius:

Atq; humiles habitare ca – ∪∪ sas &c.

Prasum, Græcum, porri nomen, à quo Prasinus, a, um, pro uiridi. Martialis libro decimo.

De nostra Prasi – ∪∪ na synthesis empta toga.

Quasi, aduerbium, Ouidius.

Et quasi – ∪∪ discedēs etc. Apud Catullū tamē legitur:

Cui ego quasi ea – ∪∪ dem totidē mox deprecor illi

Aßiduè, uerum dispeream, nisi amo. Quod uel pro singulari notandum, uel locus ipse pro corrupto habendus. Thasus, insulæ nomen. Stat. lib. 5. Thebaid.

Et Paphos, & nemorosa Tha – ∪∪ sus.

Thrasus, uel ut apud Hyginum legitur, Thasus, filius Anij, sacerdotis Deli, à canibus laceratus, Oui. in Ibin.

Ante diem rapto non adeunda Thra – ∪∪ so.

Sic & Thraso, onis, apud Terentium, ut

Nunquid habes, quod contemnas? quid tu aūt Thraso – – ∪ –. Et rursum.

Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus?

Quid cœptas Thraso – ∪ –? Trochaicus est Tetrameter

meter Catalecticus. Quanquam θρασὺ, Græcum, adiectiuũ, à quo nomẽ hoc originem trahere uidetur, apud Iuuenalem in composito producitur, ut saty. 7.

Sicut Thrasyma -uu chi probat exitus, atq; secundi. Nisi quis syllabam hanc communem esse uelit, propter sequentem S, de cuius natura alibi dictum est: aut pro Thrasymacho, Tharsymachus, legendum putet, nã natura sua θρασὺ, priorem breuem habere uidetur, id quod in cæteris compositis & deriuatis apparet, quorum quædam etiam infrà sequentur.

De uerbalibus Græcis suprà dictum est.

At A, ante S, in polysyllabis, à principio dictionis corripitur, ut Asia, nomen regionis. Virg.

Postquam res Asi -uu æ, Priamiq; euertere gentẽ.

Casius, montis nomen. Lucanus lib. 10.

Lucifer à Casi -uu a prospexit rupe, dieq;

Misit &c. Masinissa. Ouid. 6. Fastor.

Postera lux melior, superat Masi -uu nissa Syphacem, & similia.

Excipiuntur, Asis, idis, patronymicum, & Asius, a, um, possessiuum, & Asiacus, quæ alij contra primitiui naturam A, producere uolunt, alij ab Asia, cum palu dis nomen est, deriuari malunt, ut Seruius.

Ouidius quinto Metam.

Iam super Europam sublimis, & Asida -uu terram Vectus erat. Idem lib. 11.

Ecquid ubi Asia -uu cas casuras aspicis arces.

Vir

Virgilius 1. Georgic.

Asia –uu circum
Dulcib. in stagnis rimantur prata Caystri. Idē 4. Geo.
Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Asia –uu Deiopeia etc.
Asopus, fluuij nomen. Lucanus libro sexto.
Accipit Aso – – pum cursus, phœnixq;, Melasq;.
Et Ouidius sexto Metam.
Aureus ut Danaën, A – – sopida luserit ignis &c.
Basium, & basiare. Mart. lib. 12.
Paruum basi – – –u at usq; morionem.
Caseus. Virgilius in Bucolicis.
Pinguis & ingratæ premeretur caseus –uu urbi.
Iasius, trisyllabum apud eundem lib. 10. Æneid.
Iasius –uu Imbrasides, Hicetaoniusq; Timœtes.
Laserpicium, Catullus.
Quàm magnus numerus Libyssæ arenæ
Laserpici – – –u feris iacet Cyrenis, quanquā idem poëta in eodem Carmine, primam interim etiam breuem posuerit, id quod Antispasticis familiare esse libro primo docuimus, ut planè de hac dictione tradi non posit.
Mnasylus, satyri nomen. Virgilius.
Pergite Pierides, Chromis, & Mna – – sylus, in antro,
Silenum pueri somno uidere iacentem.
Nasica. Horatius satyra decimaquinta.
Filia Nasi – – cæ metuentis reddere soldum.
Nasidius, Lucanus libro nono.
Nasidi –uu am Marsi cultorem torridus agri,
Percußit Prester &c.

sic

Sic & Nasidienus, & si qua alia ab eodem deriuata.
Rhasipolis, barbarum, apud Lucanum, lib. 5.
Deiotarum, & gelidæ dominum Rha -- sipolin oræ.
Vasidius, proprium, apud Siliam, lib. 15.

Cadit obuius acri
Cartalo, Vasidi - uu o, Libycæ regnator arenæ.

Item composita à πᾶσα, uel πᾶσι, ut Pasiphilus, Pasiphaë, Pasithea & similia.
Statius secundo Thebaidos.

Non hoc Pasithe - uu a blandarum prima sororum.

Thrasymachus, ut suprà diximus, prima longa Iuuenalis posuit satyra septima.
Thrasium autem, Horatius satyra secunda, lib. 2.

Quum deerit egenti
Æs laquei precium, iure inquit, Thrasius - uu istis
Iurgatur uerbis &c.

Pro quo tamen, ut inquit Despauterius, sunt, qui Tralius legere malint. Natura certè uidentur, quæ à θρασὺ, uel θράσος, ueniunt, A, breue habere, ut & Thraso, cuius exēpla suprà posuimus, & Thrasius apud Ouidium primo de Arte.

Cum Thrasi - uu us Busirim adit, mōstratq; Piaria
Et Thrasimedes, filius Nestoris, apud Hom. Odyß. 3.
Περσεύς, ἄρητόσ τε, καὶ ἀντίθεος θρασυ - uu μήδης.
Et alia item quædam. Spasio aūt, quod ex primo syluarum Statij citat Despauterius, in Aldina æditione spasio legitur, ut
Diues sparsio quos agit tumultus. Hendecasyllabū est.

A, ante T.

A, in primis syllabis ante T, corripitur, ut latus, lătro, later, Terentius in Phorm.

Loquar ne? incendam, taceam? instigem, purgem me? Laterem lauem υυ-υυ. Iambicus est Tetram.
Catus, pro cordato, seu prudenti, unde & Catonum nomen deductum uidetur, ut

Post hæc ille Ca -υυ tus, quantumuis rusticus ibit.
Horatius. Quo pacto & pro animali ex recentioribus Baptista, idem nomen posuit, approbante Despauterio, qui à sagacitate appellatum ita censet. Tametsi & dupli ci tt, scriptum apud quosdam reperias.
Nates quoq; A, breue habet, ut apud Martialem in Apophoretis.

Sæpe tamen pueris abstulit illa na -υυ tes.
Et apud Horatium satyra octaua.

Diffisa nate -υυ ficus, at illæ currere in urbem.
Quod eò moneo, quòd sunt, qui in Epigrammate Ausonij ad Ennum, longa A, poni idem nomen putarint, sed falso, non enim nates ibi, sed natis, à nominatiuo natus, legendum, ut Festinas glossas, non natis tradere natis.
Sic & Blatero, quod quidam blattero dixere, ut

Audit, cum magno blate -υυ ras sermone, furisq;.
Horatius in Serm. Et Blatio, eiusdem significationis, apud Plautum in Amphitryone, ut

Qui (malum) intelligere quisquam potis est, ita nũgas blatis -υ-. Trochaicus est Tetram. Catalectic.

Apud

Apud authorem Philomelæ tamen, blaterat uulgo A, longa legitur, ut

Blaterat – ∪∪ *hinc aries, & pia balat ouis.* Pro *quo eruditiores blacterat reponunt.* Et *Græca, quæ cum cata, præpositione componuntur, de quo supra libro secundo diximus.*

Excipiuntur *primo, quæ habent* M, *ante* A, *uel* R, *præcedente muta, ut mater (tametsi hoc ex origine quoque sua A, longum habet. Græcè enim* μητήρ *scribitur) frater,* Crates, *gratus &c. Sic &* Cratus, *proprium* Centauri, *apud Claudianum in præfatione in nuptijs Honorij, ut*

Centauri, Fauniq; negant, quæ flectere Craton – ∪
Quæ rigidum poterant plectra mouere Pholam?

Crathis, fluuij nomen. Ouid. 15. Metam.

Crathis & – ∪∪ *hinc Sibaris uestris cõterminus oris &c.* Et *crater, de quo superiori libro aliquoties dictum est.*

Notantur Matho, ut

Lectica Ma – ∪∪ *thonis.* Apud Iuuenal. *saty.* 1.

Et *quæ reliqua à* μαθεῖν, *Græco uerbo deriuantur, ut* Mathemata. Mathesis, Mathematicus &c. Idem *saty.* 6.

Nota Ma – ∪∪ *thematicis genesis tua.*

Item Matella, *uas urinarium.* Martialis 10.

Dispeream, si tu Pyladi præstare ma – ∪∪ *tellam,*
Dignus *&c. Cuius tamen primitiuũ matula, nescio qua ratione à Philelpho A, longa ponitur, ut*

Vrinam matula – υυ seruat. Sed huius authoritas tanta non est, ut quenquam mouere debeat.

Matinus, proprium montis, Lucan. lib. 9.

Vulturis & calida lucent buxeta Ma – υυ tini.

Vbi Despauterius bucceta Matini legit, pro locis, in quibus boues per hyemem stabulantur.

Et Matienus, populi nomen, apud Dionysiū in Perieg.

– Ανέρες ἀρμενιοίτε, καὶ ἀγχίμαχοι ματι – υυ ηνοί &c. Quod Fannius ita uertit.

Et fortes, prope quos sæuit Mauors, Mati – υυ eni.

Notantur & Græca, à κράτος, & στράτος, deducta, ut Cratinus, Cratander, Crates, Craterus & cæt. Stratocles, Strategus, Strategema, Philostratus, Cherestratus, & id genus alia. Persius satyra 3.

Et quid opus Crate – υυ ro magnos promittere montes? &c.

Martialis libro quinto.

Quadringenta tibi non sunt Cherestrate – υυ surge, & cæt.

Gratis quoque, à gratus, siue grates, aduerbium, alicubi A, breui positum reperitur, ut apud Martialem libro undecimo.

Lesbia se iurat, nunquam gratis – υυ esse fututam,
Verum est, cum futui uult, numerare solet.

Quem posteriorem eò addidi, ne quis putet in priore satis pro gratis, legendum esse. Et apud Terentium in Phormione.

*Vt phaleratis -uu-- dictis ducas --,-- me, &
meam du-u,-- ctes gratis -u-.* Trochaicus Tetra *meter est. Aliàs autem, quod sciam, ubiq; producitur, ut apud eundem Martial. lib. 12.*

Gratis qui da --u re uos iubet puellas
Insulsissimus, improbissimusq; est.
Gratis ne da ---u te, basia u-u- te gratis u--.

II. Excipiuntur hæc: *Ater, ra, rum. adiectiuum. Catullus.*

Nec scire, utrum sis albus, an ater ho-uu mo.

Atrium. Iuuenalis.

Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria -uu nobilitas sola est, atq; unica uirtus.

Nunquam enim, quod sciam, correptum legitur.
Atina, Campaniæ oppidum. Virg. *Æneid.* 7.

Tela nouant Atina potens, Tyburq; superbum.

At contra Atinas, proprium uiri, apud eundem A, breui ponitur. Æneid. 11.

Fugit acer A-uu tinas &c.

Atella, proprium loci Campaniæ, unde Atellani. Silius libro undecimo.

Iamq; A-- tella suos, iamq; & Galatia abegit.

Ita enim uulgò legitur, pro quo Despauterius multo corruptius Galogræcia, reponit.
Atys, puer magnæ matri dilectus. Persius.

Claudere sic didicit, uersum Berecynthius Atys --.

Pro quo tamen sunt, qui Attys, *duplice* T, *scribunt*. Suidas ἄττις, per ι, in fine scribit, ut rursum quidam Græcorum ἄττης. Quod eò addo, quòd aliàs Atys proprium, apud Statium lib 8. apud Lucanum libro 3. & apud Ouidium lib. 5. Meta. A, breui ponitur, ut

Deplorauit A – υυ tyn, quos ille tetenderat arcus.

Ouidius libro citato.

Blatara, proprium uiri, apud Mart. lib. 11. ut

Balnea deuitat Blatara – υυ ne futuat &c. Vbi tamen Despauterius Baccara legere malebat.

Catillus, proprium unius ex fratribus, qui Tybur cōdidere. Virg. Æneid 7.

Catil – – lusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus.

Et hoc pacto ferè ubiq; positum inuenias, præterquàm apud Silium, lib 3. ubi legitur.

Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris

Pomifera arua creant, Anienicolæq; Ca – υυ tilli.

Si modo integer est uersus, & non potius Anienicolæ Catilli, absq; coniunctione legendum, ut sit Spondæus in quinto loco. Nam aliàs quoq; nihil apparet, cur hic coniunctione opus sit, cùm Anienicolæ Catilli, genitiuus esse uideatur, à nominatiuo Arua pomifera, dependens. Horatius autem, et Catilus, media per parellipsin correpta dixit, Ode 18. lib. 1. ut

Circa mite – – – υ solum Tybu υ – ⏑ υ ris, & mœni υ – ⏑ υ a Catili υ – υ –. Antispastic. est Tetram. cuius penultima ex propria & consueta Catalexi breuis est.

Cla-

Clathri, orum, ex origine sua lōgam uidetur habere priorem. Volunt enim à Græco κλεῖθρον, deductum esse. Horatius.

Obiectos caueæ ualuit si frangere Clathros --.

Fatum, & quæ inde fiunt, ex deriuatione nota sunt.

Gnatia, proprium loci, Horati. saty. 5.

Dehinc Gnatia - uu lymphis,
Iratis extructa dedit risusq́; iocosq́;.

Latus, a, um, adiectiuum. Aeneid. primo.

Prospectum latè pelago petit, Antea si quem &c.

Latona. Ouid. 6. Metamorph.

Colitur La -- tona per aras. Græcè.n. Λητώ, scribitur. Laterna contra primitiui naturam, nā à latendo dictum uolunt, ut

Dux la -- terna uiæ, clausis feror aurea flammis.

Martialis in Apopho. De quo suprà quoq; diximus.

Natura, quod ipsum quoq; ex deriuatione notum, ut Quatenus, & Quatinus, ex compositione.

Saturnus. Virgilius.

Iam redit & Virgo, redeunt Sa -- turnia regna.

Huic adnumeratur, & Saturius, à Despauterio, quod proprium cubicularij Domitiani, ut idem ait, fuit, ut apud Martialem libro quarto in Afrum.

Saturi - uu osq́; modo, Partheniosq́; sonas.

Sed tamen eodem loco Domitius, & cæteri ex collatione ueterum codicum, Sigerios legunt, pro Saturios.

Annumeratur ab eodem & Scatinius, proprium, à quo Scatinia lex, ut ipse ait, ut apud Iuuenalem saty. 2.

Quòd si uexantur leges, & iura, citari

Ante omnes debet Sca -- tinia, respice primū &c.

Sed uidemus tamen à quibusdam non Scatiniam, sed Scātiniam scribi. Huius secunda ab Ausonio, contra aliorum exemplum, breuis ponitur, ut in iurisconsultum, qui uxorem adulteram habebat.

Quæritis unde hæc sit distantia seminis, ipse

Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

Sed de hoc superiori libro satis diximus, ut & de Aduerbio Statim, & (quod ab eadem origine descendit) proprio. Statius, quod itidem A, longum habet, ut apud Iuuenalem, satyra septima.

Lætam cum fecit Statius -υυ urbem &c.

Pertinet autem ad superiora & Stlata, nauigij genus, à quo Stlatarius. Idem eadem satyra.

Spōdet enim Tyrio Stla -- taria purpura filo.

Quanquam idem nomen ex origine quoq; sua cognosci poterat. Est enim à latitudine dictum, ut Grammatici tradunt.

Vates, cum ijs, quæ ab eo descendunt, ut uaticinor, Vaticanus &c. Virg. 6. Æneid.

Quæ contrà breuiter fata est Amphrysia uates --.

Iuuenalis satyra sexta.

Et Va -- ticano fragiles de monte patellas.

Horatius lib. 1. Ode 20.

Red-

Redderet lau -υ-- des tibi Va -υυ- ticanu υ--

Montis imago. Sapphicum est, cum Adonio.

Vbi illud quoq; notandum, secundam in Vaticanus uariari. Et Vatinessa, loci nomen, apud Martialem, libro quarto, ut

Et paruæ ua ---υ da pura Va υ-υ- tinessæ υ--.

Vatinius autem, undecunque formatum sit, A, breui positum legitur, ut apud Martialem in Apoph.

Vilia sutoris calicem, monumenta Va -υυ tini.

Et Catullus.

Odisse te o ---υ dio Vati υ-υ- niano.

A, ante V, consonantem.

A, ante V, in primis syllabis corripitur, ut Auus, cauus, auis, grauis & similia. Virgilius.

Nonunquam mihi dextra domum grauis -υυ ære redibat &c.

Sic & Sauus, fluuij nomen, apud Claudianum, libro secundo de laudib. Stilic.

Pannonius, potorq; Sa -υυ ui, quod clausa tot annis
Oppida laxatis ausus iam pandere portis &c.

Excipiuntur pleraq; adiectiua in Vs, in quibus liquida præcedit A, ut Flauus, gnauus, prauus, rauus &c. Horatius lib. 2. Carm. Ode 27.

Raua decur -υ-- rens lupa Lanuuino. Sapphicum est. Hinc & Rauidus, proprium, & Rauilus, a, um, oculos subnigros habens, quæ eodem modo A, longum habent, ut & ea, quæ à reliquis huius formæ deriuantur, Catullus.

Quæ nam te ma ---υ lamens misel υ-υ- le R

ui υ-υ de

Agit præcipitem in meos lābos &c. Antispastica Phalæcia sunt, prior Hypermeter est.

Ecipiuntur item hæc: Auidienus proprium, apud Horatium satyra secunda, libro secundo.

Si te aliò prauum detorserit Auidienus.

Cui Canis ex uero dictum cognomen, adhæret &c.

Clauus, claua, clauis, & quæ inde fiunt. Ouidius primo Fastorum.

Ille tenens baculum dextra, cla -- uemq; sinistra.

Idem eodem.

Occupat Alcides, adductaq; claua tri -υυ nodis.

Ter quater aduersi sedit in ore uiri. Hora.., Serm.

Et latum demisit pectore clauum -υ &c.

Dauus, apud Persium.

Daue ci -υυ tò hoc credas, iubeo &c. Et Terent.

Quid Dauus nar -- , -- rat, æquè quicquā nūc quidem. Trimeter est iambicus.

Gauisus à Gaudeo. Propertius.

Non ita Dardanio ga -- uisus Atrida triumpho.

Mauors, ut

Terra procul uastis colitur Ma -- uortia cāpis.

Virgil. Sic & mauis, mauult, & si qua alia huius formæ composita.

Nauis, & quæ inde fiunt. Virgilius.

Nauim in -- cōspectū nullam &c. Et Horat.

Naui-

Nauiget -υυ Anticyram.

Nauo,as,are, quod ipsum quoq; à Naui deductum uolunt,significat eum conferre & præstare, quale inter se faciunt nautæ,cum operam mutuam præstant,in deducendis nauibus.

Pauo, quod & Pauus, & Paua dicitur. Ausonius ad Paulinum:

Vincit centum oculos regia Pauo tu -υυ os.

Et in Epigram.

Pauaq; -υυ de Pa -- uo constitit ante oculos.

Suauis,& quæ inde fiunt,ut Suauium.Suauiari etc. Virgilius in Bucolicis:

Phœbo sua semper apud me

Munera sunt lauri:et suaue ru -υυ bês Hyacinthus.

Patitur hoc nomen Diæresim aliquando, ac tum prima breuis, ex regula generali, ponitur, secunda autem eadem,quæ ante,manet. Quod idem et in Sueuus fit,cuius exemplum superiore libro ex Claudiano citauimus.

Sauo,fluuij nomen apud Statium,quarto Syluarum:

At Linterna palus,pigerq; Sauo υ-- &c. Hen decasyllabon est in descriptione uiæ Domitianæ. Lauinium autem oppidi nomen, & Lauinia,uariantur apud poetas. Virgilius 12. Æneidos:

Illo queratur coniunx La -- uinia campo.

Ouidius 6 Fastorum:

Et populus Laurens,Lauini -υυ umq; meum.

Vbi & secunda syllaba contra analogiam corripitur,id

quod suprà quoque annotauimus. Idem 3. Fastorum:

Hanc tibi cur tradam, pia caussa, La -uu uinia coniunx,

Est mihi. Virgilius 12. Æneidos:

Exulibus ne datur ducenda La - uu uinia Teucris. Iuuenalis:

Atque nouercali sedes prælata La -uu uino. satyra 12. & Tibullus libro 2.

Ante oculos Laurēs, castrū, murusq; La - uu uini est, Albaq; ab Ascanio condita longa duce. Elegia 6. Quæ tot exempla eò huc apposui, quòd quidam fuere, qui pro illo Virg.

Cernes urbem & promissa La -uu uini.

Mœnia &c. Latini restituendū putarunt. Superiorum autem rationem & Barbara ferè sequuntur. Vt, Dauid, apud Prudentium in Enchir.

Dauid -- paruus erat, fratrū ultimus, et modo Iesse.

Cura gregis &c. Item:

Regia mirifici fulgent insignia Dauid --.

Apud eundem.

E, ante B, in primis syllabis.

E. in primis syllabis ante B, corripitur, ut Ebur, Cebes, proprium, à quo tabula Cebetis dicitur, Febris, Nebula, & similia. Virgilius 1. Æneidos.

In ert se septus nebu -u u la, mirabile dictu &c.

Ex ipiuntur primo, quæ duas cōsonantes ante E, habent, ut, Gleba, Creber, Plebes, quod alij per diphthongū

etiam

etiam scribunt. Trebula, & similia. Virg: 1. Georg.

Liquitur, & Zephyro putris se Gleba re -uu sol uit &c. Idem 1. Æneidos:

Vna Eurus, Notusq; ruunt, cre -- berq; procellis Africus &c. Horatius Episto. 20.

Non ego uentosæ ple -- bis suffragia uenor &c. Martialis in Xenijs:

Trebula -uu nos genuit, commendat gratia duplex. In Xenijs. Adijcit his Despauterius & Crebenidis nomen, apud Ouidium 11. Metamorph. pro quo tamen legendum Cebrenis, siue à Cebreno flumine, ut Raphaëli placet, siue aliunde deriuatum sit. Versus Ouidij sic habet:

Aspicit Hesperien patria Ce -- brenida ripa. Nymphæ cognomine est, quod primam positione producit, non natura, ut & Cebriones, proprium filij Priami, apud Homerum. Nam Græce per ε, κεβρήνη, κεβρηνία κεβρηνὶς, & κεβριόνης scribuntur, ut apud Strabonem uidere est, libro 13.

Notantur autem circa exceptionem hanc, Propria hæc. Crebennus, apud Ausonium ad Amicum &c.

Sic qui uenalis tam longa ætate Cre -uu bennus.
Non habet emptorem, sit tibi pro precio.

Trebia, fluuij nomen. Silius libro 4.

Planitiem metuens, Trebi -uu am, collesque petebat.

Trebius apud Iuuenalem satyra 5.

Quæris? habet Trebi -uu us, propter quod rum pere somnum.

Debeat &c.

Trebatius apud Horatium *satyra* 1. *libro* 2.

Offendet solido, nisi quid tu docte Tre -uu *bati.*

Dissentis &c. Et Trebonius *lib*. 1. *Ser. saty*. 4. *ut,*

Possem deprehensi nō bella est fama Tre -uu *boni etc.*

Secundo excipiuntur hæc, Debeo. Horatius:

Debe -- *mus morti nos, nostraq;*.

Debilis. *Vnde & uerbum* Debilito. Persius *satyra* 5.

Vt teneat uetitos inscitia debilis -uu *actus.*

Ebosia *insulæ nomen, ut uidetur, apud* Stat. *lib*. 1, *Sylua.*

Quod ramis pia germinat Damascus.

Et quas præco ---u *quit* Ebosi u-u- *a cannas.*

Largis gratuitum cadit rapinis &c. Quo tamen *loco* Despauterius *legit* Ebosita, *uidelicet ut sit gentile nomen, ab* Ebosus. *Sic enim Græci proferunt eam, quæ primo* Ebusus *per* V, *dicitur, libro* 3 *capite* 5.

Ebrius, *& quæ inde deriuantur.* Persius *satyra* 5.

Ebrius -uu *ante fores extincta cum face canto.*

Hebrus *à Latinis ferè producitur, tametsi Græcè, quod sciam, ubique* ἕβρος *scribatur.* Virgilius:

Gurgite cū medio portans Oeagrius Hebrus -u *etc.*

Hebe *autem, ut &* Ephebus, *per* η, *Græce* ἥβη, *&* ἔφηβος *scribuntur.* Virgilius *de Liuore:*

Nec si pocula Iuppiter propinet

Atque hæc porri ---u *gat & mini* u-u-

stret

stret Hebe υ – – *& cætera.*

Nebridis quoque nomen (quod & ipsum Græcum est, & pellē νεβρῶν, hoc est hinnuli significat, quæ in sacrificijs Bacchi utebantur.) Sulpitius produci tantū uult. Sed huius quoque ratio eadem est, quæ τοῦ ἔβρου, quoniam & hoc νεβρὶς Græcè scribitur. Quánquam equidem non facile corripienda hæc, atq; similia censuerim, ubi nulla ueterum Latinorum exempla habemus. Nam et corripuisse quædam interim Latinos uidemus, quæ Græcis longa sunt, & rursum produxisse, quæ illi breuia ponere solent.

Pertinent autem ad superiora & Rhebas fluuij nomen, quòd Græce ῥήβας scribitur, ut Apollon. libro 2.

Ῥήβαν – – ὠκύροον ποταμὸν &c. Et Rhebus equi nomen. Flaccus libro 4.

Littora, longinquiq; exirent flumina Rhebæ – –.

Virgilius Æneidos 10.

Rhebe di – υ υ u, res siqua diu mortalibus ulla est,
Viximus &c. Quod tamen sunt, qui Rhæbe per æ scribere malunt, quoniam à ῥαιβὸς dictum sit, quod Græcis in se contractum, & intrórsum obtortum, significat, cuiusmodi equorum pedes in incessu uideri solēt. Sed de eo uiderint etymologici.

Sebetus, fons & fluuius iuxta Neapolim. Vir. Æn. 7.

Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale, quem generásse Telon Se – – betide nympha
Fertur &c.

Velim

Vebius proprium, apud Martialem libro 9:

Dum comes Arctois hæreret Cæsaris armis
Vebius, hanc Marti pro duce uenit auem.

Quibus addit hic Despauterius, & Sebum, quod idem & Seuum, & Sepum scribitur, unde et Sebare, apud Columellam, & Sepatiæ candelæ, apud Gellium. Serenus:

Roboreasue pilas ursino iungito seuo --

Thebæ, & quæ ab eo ueniunt, Thebanus, Thebais, &c. nota sunt.

Horum exemplo recentiores, etiam Zebedeus posuere, ut, Iuuencus:

Illi Zebede -υυ um genitorem in puppe relinquunt.

Debeæ autem, pro populo, quod Despauterius ex Propertio citat, corrupte scriptum fuit. Non enim Debarum, sed Nabatarum legendum. Locus est libro quarto Elegia. 5.

Si te Eoa iuuat, Nabatarumq; aurea ripa
Et quæ sub Tyria concha superbit aqua.

Sic enim & apud Ouidium lib. 1. Metamorph. legitur.

Eurus ad auroram, Nabatæaq; regna recessit.

Sunt autem Nabatæi, populus Arabiæ felicis, ut & Stephanus tradit.

Notentur autem & quæ diphthongo scribuntur. Æ, ut, Glæba, Plæbes, ita enim quibusdam placet, ut suprà quoque monuimus.

Oe, ut Bœbe, Bœbeis, quod loci nomen est in Thessalia, Bœbius, Cœbum, apud Ausonium Oebalus, Oebasus,

sus, uiri proprium, apud Flaccum libro 6. Oebarus, Phœbus, Phœbe &c.

E, ante C.

E, in primis syllabis ante C. corripitur, ut, Specio, Speculum, Speculor, Preces, Precium, Precor, quorum exempla nota sunt. Echion proprium. Echinus. Martialis & Xenijs:

Cortice deposito mollis E -υυ chinus erit.

Echidna. Ouidius 3. Fastorum:

Sanguine centauri, Lerneæ sanguis E -υυ chidnæ
Mistus ad auxilium tempora nulla dabat.

Echineis, piscis, qui Latine Remora dicitur. Lucanus libro 6.

Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medijs Eche -υυ neis aquis &c. (*Ita enim legendum est, non ut perperam quidam, In medijs Echinus aquis.*) *Et siqua alia à uerbo ἔχω, ut Echemythus, Echemelus &c. Aut ab ἑκὰς, uel ἑκατὸν, ut Hecate Hecatombe, & similia, nascuntur.*

Lechæum quoq; primam breuem habet, cõtra Despauterij, et item Domitij, traditionem. Statius 2. Thebaid.

Curua Palæmonio secluditur unda Le -υυ chæo.

Nam Græce λέχαιον scribitur per ε, ψιλὸν, ut uidere est, apud Strabonem, Pausaniam, Lucianum, et cæteros, qui eius loci meminere. Quod autem apud eundem poëtam in descriptione uiæ Domitianæ legitur.

His paruus ni ---υ si Lechiæ υ-υ- uetarent.

Inoui

Inous freta miscuisset isthmos &c. mendosum est & à Domitio, dū priorem mendā tollit, qua uidelicet legebatur. His paruus nisi deuiæ uetaret; cū maiori uicio repositum. De qua re etiam Aldus, in Statium annotauit.

Excipiuntur, Lecania proprium, apud Mart. lib. 5.

Thaïs habet nigros, niueos Lecania -- dentes.

Mecœnas, doctorum patronus apud Augustum. Horatius prima satyra.

Qui fit Mecœ -- nas, ut nemo quā sibi sortē &c.

Secius, à Secus, de quo suprà inter deriuata dictum.

Ieci, à Iacio.

Feci à Facio, quæ ex supinorum regulis nota sunt.

Item, Imbecillus, ab In, & bacillus, ut uolunt Grammatici, quod contra primitiui naturam E, ante C, longū habet. Horatius satyra 7. libro 2. Sermonum:

Imbe -- cillis, iners, sim quiduis, adde popino &c.

Et quæ Græce per ἦτα scribuntur, ut, Echo, ab ἠχέω Ouidius 3. Metamorph. (&c.

Corpus adhuc E -- cho, non uox erat, & tamen usum

Theca, à quo composita Bybliotheca, Dactylotheca, & similia. Martialis in Apoph.

Sortitus the -- cam calamis armare memento.

Et Lecythus, quod tamen non ita in frequenti usu apud Latinos est, significat uas olearium. Aristoph. Pluto.

Τὸ φρέαρ δ' ἐλαίου μεστὸν αἱ δὲ λήκυθοι υ-υ-

Μύρου γέμουσι. τὸ δ' ὑπερῷον ἰσχάδων &c.

Stœchas autem, quo nomine Insulæ quædam dicuntur, per

per œ diphthongum ſcribitur, ἀπὸ τοῦ σοίχου, quod quaſi quodam ordine poſitæ ſunt.

Eodem diphthongo ſcribuntur & Fœcundus, quod tamen ſunt qui per æ malunt. Oechalia, Oechalius &c. Pœcile, porticus Athenienſis quædam, & quæcunq; à Græco οἶκος ueniunt, ut, Oeconomus, Oecumenicus, Oecoſitus, Monœcus, Pherœcus, & ſimilia.

Vt rurſum per Æ, Cæcus, Cæcubus, Cæculus, Cæcilius, Cæcinus, fluuij nomen, Cæcinum, Fæcis, à Fex, Fæcare, Fæcutinus, quod idē, quod Fœculentus, et quæ reliqua ab eadē uoce deriuantur. Græcus, Græcari etc. Hæc, pronomen. Phæcaſius, ſacerdotis nomen. Væcors, Sæculū, & quæ inde naſcuntur, ut Sæculare, et ſimilia.

E, ante D.

E, ante D, in diſyllabis producitur, ut Rheda. Martialis libro quinto.

Fauſtine plena laſſus ibat in rheda ◡– – –

Teda, quod pleriq; diphthongo ſcribunt. Sedes, Sedeo, Credo, Pedo, & quæ his ſimilia ſunt. Horatius ſaty. 9.

Hodie triceſima ſabbata, uin' tu
Curtis Iudæis oppedere – ◡◡? nulla mihi inquam
Relligio eſt &c.

Sic & Græcum Μῆδ☉, quod conſilium ſiue curam ſignificat, & quæ ab eo ueniunt, ut, Medea, Medeſicaſte, Diomedes, Lycomedes, Palamedes, & ſimilia. Ouidius 7. Metamorph.

Quæ ſimul ac uidit, ſtricto Me – – dea recludit.

Ense senis iugulum. Homerus Iliad. N.

Κούρην δὲ πριάμοιο νόθην ἔχε μνήστοι –υυ κά-στην. Virgilius 11. Æneidos:

Vidimus o ciuem Diomedē, Ar – – giuáq; castra etc.
Et ἡδὺς, cum compositis, ut Hedymeles, & si qua alia. Iuuenalis satyra 6.

Quo tener Hedyme –υυ les operam dedit, hunc tenet, hoc se
Solatur &c. Quanquam uulgò Hidimiles per I, scriptum legatur.

Excipiuntur, quæ à Pes pedis deriuata uidentur, ut sunt, Pedes, itis, quod notum est.

Pedo, as, are, à quo compositum Repedare, quo Lucilius usus traditur.

Pedum, baculus pastoralis. Virgilius in Bucol.
At tu sume pe –υυ dum, quod, me cū sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes. Quo modo & pro loci nomine ponitur. A quo Pedanus, a, um, nascitur. Horatius lib. Epist. 1. Epist. 4.
Quid nunc te dicam facere in regione Pe –υυ dana.
Pedo, Pedonis proprium. Iuuenalis satyra 7.
Sic Pedo –υυ conturbat, Matho deficit, exitus hic est.
Item Cedo, quando da uel dic significat. Persius:
Hæc cedo, ut –υυ admoueā templis, & farre litabo.
Cedrus, arboris nomen. Horatius in arte:
Speramus carmina fingi
Posse linenda ce –υυ dro, & leui seruāda cupresso.

Edo

Edo,is,à quo Comedo,Exedo,Ambedo &c.Iuuenalis satyra 2.

Luctantur paucæ,come – ∪∪ dunt coliphia paucæ,
Sedum,herba,apud Columellam libro 10.

Profuit & plantis latices infundere amaros
Marrubij,multoq; Se – ∪∪ di contingere succo etc.

Schedà,quod Græcum proprie est,& σχέδη scribitur.
Martialis libro 4.

Tu procedere adhuc,& ire quæris
Nec summa po – – – ∪ tes in scheda ∪–∪– teneri.

Medon,& quæ ab eo descendunt,ut, Medusa, Automedon,Laomedon,Alcimede, Andromede, & similia.
Virgilius 6.Æneidos:

Ingemuit,Glaucumq;,Me – ∪∪ dontaq; Thersilochũ.

Flaccus libro primo:

Vox tamen Alcime – ∪∪ des plãctus supereminet omnes. Ouidius 4. Metamorph.

Protinus Androme – ∪∪ den,& tanti præmia facti,
Indotata rapit &c. Cætera nota sunt.

Et Hedra Græcum, quæq; inde ueniunt,ut, Hexedra, Cathedra,&c. Martialis:

Illic æra sonant,at circum pulpita nostra
Et steriles cathe – ∪∪ dras basia sola crepant.

In Polysyllabis autem E,ante D,à principio dictionis, corripitur, ut, Medeor, Medicus, Sedeo, Pedio, à quo Impedio,Expedio,& cætera,Pedica,& similia. Virgilius primo Georg.

Tunc gruibus pedi ‒ ∪∪ cas, & retia ponere cervis &c. Idem Æneidos primo:

Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaq; arma

Expedi ‒ ∪∪ unt, fessi rerum &c.

Excipiuntur, Edonus, de quo in incrementis dictum est libro secundo.

Hedilus, quod alij Ædilus scribendum putant, ego etiã dubito, utrum Hedylus, ab ἡδύ, an Hœdilus ab hœdus legendum sit. Martialis libro 1.

Gestari iunctis nisi desinis Hedile ‒ ∪ ∪ capris &c. ut suprà.

Medea, & Medica, herba, ex deriuatione noscuntur; sunt enim à Medus deriuata.

Nedymnus, siue hoc à ἡδύς, siue à νήδυμος deductum. Ouidius 12. Metamorph.

Robore Nedy ‒ ‒ mnum, iaculatoremq; Lycespen.

Sedentanus, populus Hispaniæ. Silius libro 3.

Seden ‒ ‒ tana cohors, quã Sucro rigẽtibus undis etc.

Sedulus, & quæ inde nascuntur. Sedulò, & Sedulitas. Terentius in Phormione:

Ego istos uobis, usque à pueris curaui ambos sedulò ‒ ∪ ‒. Trochaicus Tetrameter est.

Seditio. Virg. 1. Aen. Cum sæpe coorta est

Sediti ‒ ∪∪ o, sæuitq; animis ignobile uulgus.

Ad quod exemplum Ausonius & Gedippa, proprium posuit, in Epistola ad Theonem, ut:

Gedip ‒ ‒ pa, Vrsinusq; suus, prolesq; Iouini.

Gedeon

Gedeon autem Hebraicum, à recentioribus uariè ponitur, cuius exemplum libro secundo habes in regula uocalium.

Notentur autem utrobiq; etiam ea quæ diphthongo scribuntur Æ, ut, Ædes, & quæ inde ueniunt, Aedilis, Aedificium, Aedituus &c. Αἰδὼς Græcum, et quæ ab eo fiunt. Cædo, Cædes, Cæduus, Cædicus, Cæditius &c. Dædalus Dædalion Hædus, quod tamen & Hœdus per œ, plerique scribunt, Hœdui populi, Lædo, Tædet, & quæ inde ueniunt, Tædium, Tædiosus, & cæt. Et quæ à Græco παῖς, παιδὸς ueniunt, ut, Pædia, Pædagogus, Pædotriba, Pæderastes, Pædico, Pædor, ut quibusdam placet. Nam alij à Pedendo, Pedorem dici malunt. Item Phædon, Phædrus, & quæ inde deriuantur. Vt, Phædria, Phædymus, & similia.

Oe autem, ut Fœdus, Fœdo uerbum. Oedipus, à Græco οἰδίπους. Comœdia, Tragœdia, quæ ab ᾠδὴ à Græco ueniunt. Lœdoria à λοιδορεῖν, & si qua sunt similia.

E, ante F.

E, ante F, in primis syllabis non facilè reperitur, præterquàm in compositis, ut sunt, Nefas, Nefastus, Nefarius, de quibus suprà inter composita diximus.

E, ante G.

E, in primis syllabis ante G, corripitur, ut, Grego,

Aggrego, Rego, Regio, Lego, Legio &c. Æneid. 12.

Concurrit legi – ∪∪ o, nec scuta, aut spicula densi
Deponunt &c. Sic & Stega, apud Plau. in Bac.
Postquam aurũ abstulimus, in nauim conscendimus
Domum cupientes, forte ut assedi in stega – – ∪ –.

Est enim στέγη Græce casa, uel locus contectus, qualem hic in naui intelligit. Hinc Tristega & Tristegum &c.

Et propria Græcorum quædam, ut Megæra, Megara, Megareus, Phlegias &c. quorum exempla studiosi per se facilè inuenient. Sunt enim non ita rara aut ignota.

Excipiuntur, Egates, insulæ nomen, apud quam Carthaginenses classe uicti à Romanis bello Punico primo. Silius libro 1.

Insuper æui
Flore uigens, auet Ega – – tes, abolere parentum
Dedecus &c.

Lego, as, primæ coniugationis, à quo Relego, Ablego, Allego, Legatus &c. Lucanus libro 6.

Ac medio pugnare foro dum bella relegem – ∪ &c.

Sic et Collega & quod inde uenit, Collegium, cuius exemplum libro 2. habes.

Legitimus autem ex deriuatione notum est, ut Egregius ex compositione, alterum enim à Legis, alterum ex præpositione E, & grege compositum est.

Regulus quoque primitiui naturam sequitur, est enim à

rex regis diminutiuum. Martialis libro 2.

Tu tamen hunc fieri si mauis Regule -uu primum.
Vnum de titulo tollere Iota potes.

Vt & Regius Regina, Regilla, Regalis, & cætera, quorum exempla nota sunt.

Regula autem à rego, contra quantitatem primitiui producitur, ut, & Tegula, à Tego. Illorum exemplum libro 2. de deriuatis, habentur.

Item propria Græca, quæ ex primitiuis longum E, habentibus descendunt, ut Gregorius, à γρηγορεῖν.

Hegio, siue ab ἡγεῖσθαι siue aliunde deriuatum sit, Terentius in Adelphis:

In te spes omnis Hegio --u- nobis sita est &c.

Pegasus, à πηγὴ, quoniam impulsu pedis, fontem, ut fabula habet, excitarit. Vt apud Ouidium 5. Metamorph.

Vera tamen fama est, & Pegasus -uu huius origo
Fontis &c.

Siue quòd ad fontes Oceani natus fuerit, ut Hesiodus habet. Nam apud Calphurnium, ubi idē nomen corripi Despauterius putabat, non Pegasus, sed Petasus legitur, ecloga sexta hoc uersu:

Genus est, ut scitis equorum
Non iugale mihi, quorum de sanguine ponam
Velocem Petason etc.

Quanquam etiam aliâs hic author tanti habendus nō est, ut eius exemplo quicquam contra ueterum authoritatem mutandum sit.

Phegeus à φηγός apud Statium, pro quo tamen rur-

sum Despauterius *Phlegeus legisse uidetur, & etiam in Aldina editione semel atque iterum Phlegeus pro Phegeus scriptum est, ut lib.2. & lib.12. sed hanc scripturã ipse* Aldus *in explicatione propriorũ nominũ corrigit.*

Rhegium loci nomen, à ῥήγνυμι, quòd ibi Sicilia ab Italia abrupta sit. Ouidius 14. Metamorph.

Rhegion –uu ingreditur feruentesq; æstibus undas.

Et quæ à πλήγη ueniunt, ut Symplegas &c. Lucanus libro 2.

Vana repercußit Pontum Symplegas in –uu anē.

Cum quibus & compositum Panegyris numera, cuius simplex ἀγύρω, α, in η, mutat.

Addit autem *Despauterius & Megareus proprium, quod itidem prima longa poni dicit, quod tamen ipse absque figura fieri posse non puto. Neque ipse exemplo docet, tametsi locum subobscurè & authorem citet.* Et, *Hegaleus, quod idem superioribus annumerat per diphthongum Aegaleos scribendum est. Vt & apud Aldum in annotationibus Statij patet, & apud Strabonem quoque legitur libro 8. Quare apud Statium libro 12. quem locum ille citat, ita lege.*

Diues et Aegale –uu os nemorũ, Parnesq; benignus Vitibus &c. Montium nomina sunt.

Notentur autem & supina disyllaba, ut sunt, Egi, Legi, Fregi, & cætera, quæ ex regula sua nota sunt, quanquam horum quædam etiam diphthongo à plerisque scribuntur.

Et quæ aliàs diphthongo scribi solent, ut Æger, ægrotus, Ægeum, Ægæon, Ægeus, Ægialus, Ægaleus, Ægeria, Ægis, Ægiochus, & quæ alia ab αἰγός, deriuantur. Ægina, Ægypsus, proprium, apud Ouidium primo de ponto, ut

Caspius Ægypsus de se, si creditur, ipsi

Condidit & proprio nomine dixit opus.

Pægma, Pægnium, & id genus alia.

E, ante L.

E. ante L. in disyllabis producitur, ut Telum, uelum, reuelo, protelo, ut in illo, quod ex Lucilio citatur à Marcello.

Quem neq; Lucanis oriundi à montibu' tauri

Ducere prote – – lo ualidis ceruicibu' possent.

Et apud Terentium in Phorm.

Ne te iratis suis sæuidicis dictis prote – –, – – let, Scio. Sic & Græca quædam, ut Peleus, & quæ inde ueniunt, ut Pelias, Pelides &c. Horat. 2. Epistol.

Inter Peli – – den festinat, & inter Atriden.

Et quæ à πηλός, ueniunt, ut Pelamys. Iuuenal.

Siccus Petasunculus & uas Pelamy – uu dum &c.

Et à μῆλον, ut Melota, Melonomus, Melinũ, quod oleũ ex flore malorum significat, ut Plinius indicat. Vtitur Plautus in Mostellaria.

Neq; cerussam uu –, – – neq; melinum uu –, – –, neq; aliam ullam offuciam. Tetram. Trochaicus est. Et hinc sunt, qui philomelam quoq; dictam uelint, de

qua uoce alibi diximus. Item *quæ ἀ τῆλε (à quo etiam ipsum* Teli *nomen deductum uolunt) ueniunt, ut* Telemachus, Telegonus, Telephus, Teleboas, Telecoon Telemus, *& similia.* Virg. 7. Æneid.

Fertur, Telebo – ᴗᴗ ũm Capreas cũ regna teneret.

Flaccus libro tertio.

Sternit & elatæ propius succedere dextræ

Teleco – ᴗᴗ onta finit &c. Ouid. 13. Metam.

Telemus – ᴗᴗ Eurymides, quem nulla fefellerat ales &c. Et à δῆλος, ut Delius, Delia, &c. *quorum exempla nota sunt.*

Excipiuntur Celer, *& quæ inde fiunt, ut* celeritas, *&* celox, *nauigij genus, ut placet* Grammaticis, *quod idem &* celotis, *alio nomine dictum reperitur.* Ouidius *libro decimo Metam.*

Emicat & summam cele – ᴗᴗ ri pede libat arenam.

Et Ennius, *ut quidem ab alijs citatur.*

Labitur uncta carina, per æquoráq; alta Ce – ᴗᴗ lotis. Chelys, *idem quod testudo.* Statius 4. Sylua.

Cedamus Che – – – ᴗ ly, iam repone cantus. Hendecasyllabum est. At Chela, chelæ, E, *longum habet.* Virgilius *primo Georgicorum.*

Qua locus Erigonem inter Che – – lasq; sequentes.

Gelu, *quod antiqui etiam* gelũ, *nominatiuo casu dixere, & quæ inde ueniunt, ut* gelare, cõgelare, gelidus *&c.* Lucretius *libro quinto.*

Aßiduosq; ge – ᴗᴗ li casus mortalibus affert.

Virgi

Virg. 3. Æneid. Mihi frigidus horror
Membra quatit, geli – υυ dusq; coit formidine sanguis &c. Gela proprium loci. Idem eodem lib.
Apparet Camerina procul, campiq; Ge – υυ loï,
Immanisq; Ge – υυ la, fluuij cognomine dicta &c.
Gelos, & quæ inde ueniunt, ut Gelasinus, Agelastus, & similia. Martialis.
Nec grata est facies, cui Gela – υυ sinus abest.
Helix, siue proprium, siue appellatiuum fuerit. Valerius Flaccus lib. 6.
Nestoris hastæ
Immeritus Prunæuus He – υυ lix, nec reddita charo &c. Helops. Statius 12. Thebaid.
Ore momordit He – υυ lops, humero transmisit
Iapyx.
Helos, & quæ ab eadem uoce ueniunt, ut Helorus, Helymus &c. Virg. 3. Æneid.
Exupero præpingue solum stagnantis He – υυ lori
Et libro quinto.
Tum duo Trinacrij iuuenes Hely – υυ mus, Panopesq;. Lelex, lelegis. Ouid. 8. Metam.
Neritiusq; Le – υυ lex, Panopeus, Hyleusque, feroxq; Hippasus &c.
Melas, & quæ ab eodem ueniunt, ut Melampus, Melanchetes, Melanurus &c. Flaccus lib 6.
Processere Me – υυ las, & Idasmenus, incipit hasta &c. Statius lib. 7.
Palla-

Palladiusq; Me – ⏑⏑ las &c.
Hecateaq; gurgite nutrit
Gargaphie &c. ubi proprium fluuij est. Virg. 3. Geo.
Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Me – ⏑⏑ lampus &c. Melos, eos, quintæ declinationis Græcorum, & quæ inde fiunt, ut Melicus, Melodia, Hedymeles, et similia. Lactant. de resurrectione Christi.
Fitq; repercusso dulcior aura me – ⏑⏑ lo &c. Ausonius.
Tu Meli – ⏑⏑ cos, lyricosq; modos &c. Nam quod apud Homerum in hymnis μέλος, E, longa ponitur, & post eum apud Persium quoq; in Prologo, id figuratè fit, de qua re libro secundo diximus.

Eiusdem autem rationis & illa sunt, quæ á μέλεος, ueniunt, ut á μέλος, cum membrum significat, item á μελεῖν, & μέλι, & similibus, ut sunt Meleager, Melicerta, Melibœus, Melimelum, & Melissa quoq;, ut arbitror, & si qua alia huius formæ, quæ omnia E, ante L, breue habent. Exempla facilè occurrent. Præterea & Pelops, Virgilius tertio Georgicorum.
Hippodameq; humeroq; Pe – ⏑⏑ lops insignis eburno &c.
Telon, Rex caprearum, apud Virg. 7. Æneid.
Oebalé, quem generasse Te – ⏑⏑ lon Sebetide nympha
Fertur &c.
Et quæ alia, á τέλος, & item á σκέλος, deducuntur. Ut Telesphorus, Telonus, Periscelis, & similia. Horat.

Sæpes

Sæpe Perisceli – uu dem raptam sibi flentis, uti mox &c. Item Scelus, uelut, & uelim. Ouidius decimo quinto Metam.

Heu quantum scelus – uu est in uiscere uiscera condi. Reliqua exemplis nõ egent. Omnino autem in Græcis ad scripturam aspiciendum est. Nam aliás certa aliqua notione ac regula comprehendi omnia non possunt.

At in polysyllabis E, ante L, à principio dictionis, corripitur, ut Velia, uelitræ, Velinus &c. Vir. 7. Aen.

Qui Nomentũ urbem, qui roseã rura Ve – uu lini.

Sic & Selibra, quod licet compositũ uideatur ex semis, & libra, tamen contra primitiui naturam corripitur. Martialis libro quinto.

Saturnalitiæ ligulam misisse Se – uu libræ
Flammatæue togæ scrupula tota decem &c.

Græca huius formæ multa sunt, ut Elegus, elegia, Eleus, Bacchi cognomen, Pelorus, Pelias, proprium, Pelasgus, Pelargus & similia.

Horatius in arte.

Quis tamen exiguos ele – uu gos emiserit autor.
Grammatici certant &c. Ouid. 4. Metam.

Nyctelius, Ele – uu leusq; parens, & Hiacchus & Euan. Virgilius 3. Æneid.

Ecce autem Boreas, angusta à sede Pe – uu lori &c.

Idem secundo Æneid.

Iphitus & Peli – uu as mecum &c.

Excipiuntur tamen plura prope, quàm sub regulam cadunt.

dunt,ut Delubrum. Virg.2. Æneid.

Nos de -- lubra deûm miseri, quibus ultimus esset &c. Velabrum. Tibullus lib.2.

At quæ uela -- bri,regio patet,ire solebat &c.

Quæ duo tamen etiam ex deriuatione uidentur nota esse. Spelunca. Virgil.6. Æneid.

Spelun -- ca alta fuit,uastoq; immanis hiatu &c.

Sic & Spelæum, quod Græcum magis est. Idem in Bucolicis.

Certum est in syluis, inter spe -- læa ferarum
Malle pati &c.

Peligni,patria Ouidij. Martialis.

Non hæc Peli -- gnis agitur uindemia prelis etc.

Et Græca hæc:Elysium, locus beatorum.Vir.6.Æne.

Exinde per amplum
Mittimur Elysi -⏑⏑ um,& pauci læta arua tenemus. Electrum. Ouid.2.Metam.

Inde fluunt lachrymæ,stillataq; sole rigescunt
De ramis e -- lectra nouis,

Et cum metallum significat. Virgi.8. Æneid.

Quod fieri ferro,liquidoue potest e -- lectro.

Spondaicus uersus est.

Helius,quo nomine Sol Græcis appellatur, et quæ inde ueniunt,ut Heliades,Heliodorus &c. Ouid.2.Meta.

Nec minus Helia -⏑⏑ des lugent &c.

Helisus. Statius 4.Thebaid.

Lambit,et anfractu,riparum curuus He -⏑⏑ lisus.

Quod

Quod tamen idem cum Ilissus, uolunt esse, cuius exemplum apud eundem est, lib. 12. Thebaid. ut

Cælauit Geticos ripis Ilissus amores. Ita enim in emendatioribus libris legitur. Non Helisеus, ut à Despauterio citatur.

Pelion, montis nomen. Ouid. 12. Metam.

Paruoq; in tempore nudus

Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras. Nam quod apud Silium legitur lib. 3.

Ossáq; cum Peli - - o, cumq; Hemo cesserit Othrys, ego per synecphonesin factum puto.

Pelusium, unum ex hostijs Nili. Lucan. lib. 8.

Et Pe - - lusiaci tam mollis turba Canopi &c.

Addit Despauterius, & Velicer, fluuij nomen, ex Sidonio, ut

Bructerus uluosa quem Velicer abluit unda. De quo nihil habeo, quod afferam, quando Sidonius ipse ad manum scribenti hæc, non erat.

Notentur autem utrobiq; quæ diphthongo quoque scribuntur, ut Ælius, Ælianus, Ælurus, quo nomine cattum significari uolunt. Cœlum, Cœliacus, Cælius, Cælo, uerbum, Fœlix, quod tamen sunt, qui absq; diphthongo etiam scribunt, Lælius, Lælaps, canis nomen, apud Ouidium, & si qua alia.

Deriuata atq; composita per se plana sunt, ut Delibutus, Dilicię, Elicius, Elegans, Elogium, Elixus, & similia.

E, ante

E, ante M.

E, in primis syllabis ante M, corripitur, ut Gemo, premo, Emo, & à quo redimio fit, emio, quartæ, ut Despauterio placet, ut apud Claudianum 2. de raptu.

Nec sic innumeros arcu imitante colores,
Incipiens redi – ∪∪ mitur hyems &c.

Sic & Semiramis, proprium. Propert. lib. 3.

Persarum statuit Babylona Se – ∪∪ miramis urbē.

Et Blemiæ, populi, ut Plinius tradit, capitibus carentes, apud Dionysium in Periegesi.

Nec longe fervent Blemy – ∪∪ orum collibus agri.

Ita enim uertit Fannius, quod Græcè legitur.

Τῆς πάρος αἰθαλέων Βλεμύ – ∪∪ ων ἀνέχουσι κολῶναι &c.

Excipiuntur primo, quæ ab E, incipiunt, etiam, ut inquit Despauterius, aspirata, ut sunt Hemina, quod tamen ex deriuatione notum quoq; est, cuius exemplū suprà uide, lib. 2. de desinentibus in NA.

Eminus, quod ex compositione manifestum est, compositum enim ex E, & manus est, quasi dicas: extra manus. Exempla ubiq; obuia sunt.

Emathia, pro Thessalia. Lucanus.

Bella per Emathi – ∪∪ os, plusquam ciuilia campos &c. Et quæ similia sunt.

Notatis tamen, quæ suprà posuimus, Emo, & alterum, à quo redimo compositum esse uolunt.

II. Excipiuntur nomina tertiæ declinationis, quæ in ob

in obliquis crescunt, ut Nemo, quod ipsum quoq; ex de riuatione notum erat, Temo, ut

Aureus axis erat, te -- mo aureus, aurea summæ Curuatura rotæ. Metam. 2.

Cum quibus idem Despauterius, & græca uerbalia recenset, ut sunt schema, thema &c. De quibus nos libro secundo tractauimus.

Notatis tamen & hinc Nemus, memor, femur & Græcis, Chremes, & Themis. Quorum illa paßim obuia sunt. Hæc autem probantur exemplis, alterum Horatij in Arte, ut

Iratusq; Chre -uu mes tumido delitigat ore.

Alterum Ouidij, ex 1. Metam. ut

Fatidicāq; The -uu min, quæ tunc oracla tenebat.

Postremo, excipiuntur hæc quoq; Demo, is. Terentius in Eunucho.

Interea aurum -uu, --- sibi clā mulier uu-, uu-demit, dat mihi, ut --,-uu auferam. Trochaicus Tetrameter Catalecticus est.

Demum. Persius satyra prima.

Nunc de -- mum numero fluere, ut per lene seueros &cæt.

Remus, & quæ inde ueniunt, Remex, remigo, remigium &c. Virg 1. Æneid.

Franguntur re -- mi, tum prora auertit, & undis.

Quo pacto & remi. orum. pro populo Galliæ, à Sidonio ponitur, ut in Eucharistico, citante Despauterio.

Præterea quæ me pridem Re -- mis uenientem. Nam Remus, proprium, ut & Remulus, & quod per aspirationem scribitur, Rhemus, corripiuntur, ut secundo Georgic.

Hanc Remus -uu & frater, sic fortis Hetruria creuit &c. Et Æneid. 9.

Cui Remu -uu lo cognomen erat, Turniq; minorem &c. Et eodem.

Armigerumq; Rhe -uu mi premit, aurigamq; sub ipsis &c. Sic enim habent emendatiores libri, non ut Despauterius legit.

Armigerumq; premit Rhe -- mi &c. qui syllabam hanc in Rhemus, produci existimabat.

Semis, & quæ inde fiunt: ut semuncia, semodius, & semita quoq;, quod quasi semi iter dictum uolunt. Excepto Selibra, de quo suprà dictum est. Persius.

Hæreat in stultis breuis ut se -- muncia recti. Et Æneid. nono Virgilius.

Rara per angustos ducebat semita -uu calles. Semen, de quo inter uerbalia in MEN, dictum, & notasunt eius exempla.

Et Græca, quæ à δῆμος, φήμη, μνήμη, σῆμα, & similibus ueniunt, Demosthenes, Democritus, Demophoon &c. Ouidius in Epist.

Hospita Demopho -uu on tua te Rhodopeia Phyllis &c.

Phemius, cytharœdi proprium, apud Homerum.

Poly-

Polyphemus, quod notum est. Mnemosyne, mater Musarum. Ouid. sexto Metam.

Mnemosy – υυ nen pastor, Varius Deoïda serpens.

Mnemosynon, pignus amoris, ut apud Catullum.

Verum est mnemo – – – υ synon mei sodalis.

Philopemon, latronis nomen. Ouidius in Ibin.

Vt Sinis, & Sciron, & cum Philopemone natus.

Et quæ alia his similia inueniuntur.

Temetum autem, non utroq; modo ponitur, ut Despauterius tradit, sed solum longa prima, ut Horat. Epistola ultima.

Pullos, oua, cadum te – – meti, nempe modo isto

Paulatim mercaris agrum &c. Nam apud Iuuenalem, ubi corripi ille putabat, alij sic legunt.

De Corcyræa te – – metum duxerat uua. Omissa præpositione De, in uerbo Duxerat, pro quo ipse dedu xerat, legebat.

Porrò scribuntur & diphthongo non pauca, præsertim Græca, quæ itidem notanda erunt, ut Æmulus, æmulor, Æmylius, Æmylianus, Hæmon, Hæmonia, quæ tamen sunt, quæ absque aspiratione scribuntur. Clæmens, cæmentum, quod quidam per Oe, malunt. Dæmon, & quæ inde fiunt, ut Eudæmon, Cacodæmon, Dæmoniacus &c. Hæma, quod sanguimem Græcis significat, à quo Hæmorrois, Læmargus, Læmargia &c.

Et quæ per Oe, scribuntur, ut fœmina, Phœmonoë,

Pœmen, quod pastorem Græcè notat, & quæ inde fiunt. κοιμᾶν, & quæ ab eo deriuantur, ut cœmiteriũ, & similia.

E, ante N.

E, ante N, in primis syllabis producitur, ut plenus, lenis, penis, quod pennis quidam scribunt, Penè, quod quidam per Oe, malunt. Denus, denuo, penuria, quod ipsum quoq; Despauterius diphthongo scribit, & similia. Virg. 7. Æn. Vertere morsus

Exiguam in Cererem pe -- nuria uertit edendi.

Ex quo exemplo etiam illud iam planum est, syllabam secundam, huius uocis, in qua V, præcedit R, indubitato longam esse, id quod suprà, cum nonnulla hæsitatione, propter Terentianum uersum, asserebamus.

Plautus in Amphitry:

Illic homo me interpolabit, meumq; os finget denuo -∪∪. Trochaicus est.

Sic & propria quædam, ut Rhenus, Menus, Benacus &c. Horatius in Arte.

Aut flumen Rhe -- num, aut pluuius describitur arcus Et quæ à ζηνός, ueniunt, ut Zenobius, Zenothemis, Zenon, &c. Martial. lib. 9.

Democritos Ze -- nonas, inexplicitosq; Platonas.

Excipit Despauterius primo, quæ B, uel G, uel S, uel T uel V, consonantem ante E, habent, ut sunt: bene, genus, genu, gena, senex, & quæ inde ueniunt. Teneo, tenuis, temer. Venus, &c. quorum exempla quoniam nota sunt, superuacaneum putaui, hic recensere. Sed

Sed tamen ab hac exceptione rursum tolluntur, Splenium, quod à splene, ut uolunt dictum, originem sequitur, cuius exemplum suprà positum habes.

Senus & senio, quæ analogiam sequuntur. Sic & denus & septenus, & centenus, & cætera dicuntur. Persi.

Quid dexter senio – ∪∪ ferret, scire erat in uotis.

Senæ, oppidum Italiæ. Silius lib. 8.

Et clauis, & Rubico, & Senonum de nomine Senæ

– –. Strena, munus natalitium. Auson. ad Vrsulum.

Proximus ex longo gradus est quæstoris amici,

Curam pro stre – – nis excubuisse tuis.

Vena. Ouid. primo Metam.

Protinus irrupit Ve – – næ peioris in æuum &c.

Venor, aris. Mart. in Xen.

Pulcher adest onager, mitti ue – – natio debet.

Venucula, uuæ species. Hor. 4. saty. 2. lib. Serm.

Nam facie præstant, Ve – – nucula cōuenit ollis etc.

Senia, ad deriuata pertinet.

Tenus, insulæ nomen, Græcè τῆνος, ut apud Stephanum scribitur. Ouid. 7. Metam.

At non Olearus, Didymæq;, & Tenos, & – ∪∪ Andros &c.

Blēnæ autem, quod Despauterius ex Claudiani carmine de Nilo citat, pro quo nostri libri Blesæ habent, ut:

Per Meroēn, Blesásq; feros, atrámq; Sienen &c.

duplice Nn, scribitur.

Et Stheno, quæ una ex sororibus Medusæ traditur,

per Ectasin, siue epenthesin τοῦ ι. apud Hesiodum in Theogenia, producitur, ita enim scribitur:

Στεινώ -- τ' εὐριάλητε, μέδουσά τε λυγρὰ παθοῦσα.

Secundo excipiuntur hæc: Enyo. Statius Theb. undecimo. Sed quid

Hoc ego? Mars habeat, uulgataq; iacet E -uu nyo.

Sic & Enyalius, quod hinc deriuatum est, cognomen Martis, cuius exemplum suprà aliquoties habes, libro secundo.

Enipeus. Ouidius primo Metam.

Populifer Sperchius, & irrequietus E -uu nipeus.

Et quæ cum ἐν, præpositione composita uidentur, ut Enispe, Enæsimus, & similia, quorum exempla suprà in regula compositorum habemur.

Fenestra. Virgilius secundo Æneid.

Firma cauauit

Robora, & ingentem lato dedit ore fe -uu nestrã.

Menapij. Martialis in Xenijs.

Ceretana mihi fiat, uel massa licebit,

De Mena -uu pis, lauti de Petasone uorent.

Menenius. Catullus.

Vxor Mene --u- nij sæpe quam in sepulchretis.

Scazon est. Sic & Menestheus, quando interposita E. scribitur, ut Theb. sexto.

Inde ad conatus timida subit arte Me -uu nestheus.

Et rursum.

Et casus Phlegyæ monet, & fortuna Me –υυ nesthei.
Penes, præpositio. Horat. in Arte.

Quem penes –υυ arbitriū est, & ius, & norma loquendi.

Penus, uel penu. Terent. in Eunucho.

Cum in cellulam ad ––,υ– te patris penum o ––, –υυ mne congerebam clanculum. Octonarius est Iambicus. Penitus, penetro, penetralia, penates, quorū exempla ubiq; obuia sunt.

Pheneum, lacus proprium, apud Ouid. 15. Metam.

Est lacus Arcadiæ, Phene –υυ um dixere priores.

Et quæ ἀγένος, uel γενέϑαι, ἀϑένος, ξένος, κενός, φρενός, μένος, uel μενεῖν, & similibus ueniunt, siue composita, siue aliàs deriuata, ut Genesis, Genethlius, Diogenes, Hermogenes, Sthenelus, Sthenelaus, Demosthenes, Antisthenes &c. Xenocrates, Xenodotus, Xenophanes, Xenia, Axenus, Proxenetes. Martial.

Vatiniorum proxene ––υ– ta fractorum &c.

Cenodoxus, Cenotaphium &c. Phrenitis.
Iuuenalis satyra decima quarta.

Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phre –υυ nitis &c. Pro quo uulgò tamen phrenesis legitur. Menecrates, Menœces, Menephron, Menelaus, Menalippe, Menastius, Hippomenes, Theramenes, & similia, de quibus dubium non est, quando omnia Græcè per ε, ψιλὸν scribuntur.

Martialis tamen, adiectiuum Phreneticus, quod ab eadē origine, à qua phrenitis, siue etiam phrenesis, descendere uidetur, E, *longa ante* N, *posuit, libro* 11. *ut*

Inuasit medicus sica phre -- neticus Eucli,
Et *præcidit* Hylan *&c.*

Quod qua ratione ab illo factum fuerit, nondum satis scio, Græcè certè per ε, *psilon,* φρενός, *à* φρὴν, *et quæ inde ueniunt, scriptum reperio.*

Cæterum quæ in hac forma per diphthongum scribuntur, hæc ferè sunt: Ænos, & quæ inde fiunt, Æneas, parænesis &c. Æneus, pro aheneus, Ænobarbus, Ænaria, insula, Ænygma.

Καινός, *& quæ ab eo ueniunt, ut Cæneus,* Encænia, *&c. Cænæ, loci nomen, unde Cænæus, & Cænites. Læna, quod & Chlæna dicitur, quod tamen sunt, qui nulla diphthongo scribunt.*

Frænum, Mænas, Mænalus, Pænula, Tænarus, Tænia, Væneo &c.

Nam Lenæus, Bacchi cognomen, & Scena, & Nenia, ad regulam pertinent, quoniam λῆνος, σκηνή, & νηνιρίζειν, *quod uerbum à Nænia factum uidetur, scribuntur.*

Item, in quibus Oe, est, κοινός, *à quo cœnobium, cœnobita &c. Cœnum, obscœnum, chœnix, mensuræ species, fœnus, fœnero, fœnebris, fœnum fœniculum, mœnia, œnos, & quæ inde fiunt, ut œnopola, œnophorus, œnotria, œnanthe &c. Oeneus, proprium, Oenomaus,*

Oenopion

Oenopion, Oenone, Pœne, ut quidam uolunt, aduerbium, & Pœnuria, quod ab illo factum ijdem uolunt, Pœnus, Pœnulus, Phœnix, Phœnicia, χοῖνιξ, Schœnoplocus, Schœneus, Schœneis &c.

E, ante P.

E, in primis syllabis ante P, corripitur, ut, Crepo, Strepo, Peplum, Vepres, Lepor, Lepidus &c. Horat.

Corna ue – υυ pres & pruna ferunt &c.

Lucanus libro 7.

Vrgentur, cædit lepi – υυ dos cedūtq; Metellos etc.

Huc pertinent, & quæ à Græcis ueniunt, nonnulla, ut, Epops proprium, apud Ouidium 6. Metamorph. Crepida, æ, ut apud Persium satyra 1.

Non hic qui in Crepi – υυ das Graiorum ludere gestit &c. Crepido. Virgilius 10. Aeneidos:

Forte ratis celsi coniuncta Cre – υυ pidine saxi etc.

Quæ duo eò etiam nomine notanda sunt, quòd Græcè κρηπίς, ῖδος longa utraque syllaba priore dicitur, de qua re anxie disputauit Aldus in annotationibus in Horatium.

Et quæ cum præpositione ἐπὶ componuntur, ut Ephesus, Ephœbus, & similia, de quibus secundo libro dictum est.

Et quæ à κεφαλὴ ueniunt, ut, Cephalus, Cephalenia, &c. Excipiuntur autem à regula multa tam Græca, quàm Latina, ut, Cepheus, proprium patris Andromedæ. Ouidius 5. Metamorph.

Sic & composita Equidem. Vt Ecloga 1. Virg.

Non equi –υυ dem inuideo, miror magis &c.

Nequeo, Neque, Nefas &c. ut:

Credebant hoc grande ne –υυ fas morte piandum.

Apud Iuuenalem.

Sed tamen excipiuntur, quæ à prohibendi particula Ne, ueniunt, ut, Nequis, Nequando, Nequaq̃, et similia. Quibus addunt Grammatici & Nequam (nam hoc quoque ueluti Nequicquam dictum uolunt) à quo fit Nequitia, ut apud Ouidium:

Nequiti –υυ a est, quæ te non sinit esse senem.

Sed de his inter composita diximus quoque.

Excipitur & Sequana, fluuij Gallici nomen. Mart.

Hanc tibi Sequani –υυ cæ pinguem textricis alumnam &c.

Et quæ dipthongo scribuntur, ut, Æquus, Æqualis, Æquor, Æquo uerbum, & quæ ab his ueniunt. Aequicolus, populi nomen, apud Silium lib. 8. ut:

Rastrisq; domant Aequicola rura, tametsi etiam absque dipthongo scriptum reperias. Apud Virgilium autem etiã breui prima idem nomen ponitur, lib. 9. ut:

Continuò Quercens, & pulcher E –υυ quicolus armis.

Aequanus, apud Silium libro 5. & siqua his similia.

E, ante R.

E, in primis syllabis ante R, corripitur, ut, Fero, Gero, Ceres, Peritus, & similia. Vt in illo Ennij:

Pelli-

Pellitur è medio sapientia, ui geri –uu tur res.
Et apud Virgilium Aeneidos primo:

Tum Cere –uu rem corruptam undis cere –uu
aliáq; arma &c. Et apud Horatium satyra prima:

Agricolam laudat, iuris legumq; pe –uu ritus.
Sic & Experior, Comperior, Aperio, Operio, & quæ alia similis deriuationis, seu compositionis uidentur. Horatius:

Et decus et precium recti petit experi –uu ens uir.
Et Manilius libro 1.

Per uarios usus artem experi –uu entia fecit &c.
Reliquorum exempla suprà habes, circa A, ante P. Et Græca, ut, Eryx. Virgilius Aeneidos 1.

Siue Ery –uu cis fines, regemq; optatis Acesten.
Ἔρως, & quæ inde ueniunt ceu sunt, Erato, Erotion, Eratosthenes, & similia. Martialis libro 10.

Plorat E –uu ros quoties maculosæ pocula myrrhæ
Inspicit &c.

Et quæ cum particula Ἐρι componuntur, de qua superiore libro diximus, ut, Eriphyle. Virg. lib. 6. Aeneid.

His Phædram, Procrymq; locis, mœstamque Eri
–uu phylen. & similia.

Excipiuntur primo disyllaba, quæ P, ante E, habent, ut, Spero, quod notum est, Pera, quod πήρα Græcè scribitur. Pero, calciamenti genus. Iuuenalis satyra 14.

Nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet alto
Per glaciem Pe –– rone tegi &c.

Pero

dum, ut Delubrum. Virg. 2. Æneid.

Nos de -- lubra deûm miseri, quibus ultimus esset &c. Velabrum. Tibullus lib. 2.

At quæ uela -- bri, regio patet, ire solebat &c.

Quæ duo tamen etiam ex deriuatione uidentur nota esse. Spelunca. Virgil. 6. Æneid.

Spelun -- ca alta fuit, uastoq; immanis hiatu &c.

Sic & Spelæum, quod Græcum magis est. Idem in Bucolicis.

Certum est in syluis, inter spe -- lea ferarum
Malle pati &c.

Peligni, patria Ouidij. Martialis.

Non hæc Peli -- gnis agitur uindemia prelis etc.

Et Græca hæc: Elysium, locus beatorum. Vir. 6. Æne.

Exinde per amplum
Mittimur Elysi -- ∪∪ um, & pauci læta arua tenemus. Electrum. Ouid. 2. Metam.

Inde fluunt lachrymæ, stillataq; sole rigescunt
De ramis e -- lectra nouis,

Et cum metallum significat. Virgi. 8. Æneid.

Quod fieri ferro, liquidoue potest e -- lectro.

Spondaicus uersus est.

Helius, quo nomine Sol Græcis appellatur, et quæ inde ueniunt, ut Heliades, Heliodorus &c. Ouid. 2. Meta.

Nec minus Helia -- ∪∪ des lugent &c.

Helisus. Statius 4. Thebaid.

Lambit, et anfractu, riparum curuus He -- ∪∪ lisus.

Quod

Quod tamen idem cum Ilissus, uolunt esse, cuius exemplum apud eundem est, lib. 12. Thebaid. ut

Cælauit Geticos ripis Ilissus amores. Ita enim in emendatioribus libris legitur. Non Heliseus, ut à Despauterio citatur.

Pelion, montis nomen. Ouid. 12. Metam.

Paruoq; in tempore nudus
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion — uu umbras. Nam quod apud Silium legitur lib. 3.

Ossáq; cum Peli — — o, cumq; Hemo cesserit Othrys, ego per synecphonesin factum puto.

Pelusium, unum ex hostijs Nili. Lucan. lib. 8.

Et Pe — — lusiaci tam mollis turba Canopi &c.

Addit Despauterius, & Velicer, fluuij nomen, ex Sidonio, ut

Bructerus uluosa quem Velicer abluit unda. De quo nihil habeo, quod afferam, quando Sidonius ipse ad manum scribenti hæc, non erat.

Notentur autem utrobiq; quæ diphthongo quoque scribuntur, ut Ælius, Ælianus, Ælurus, quo nomine cattum significari uolunt. Cœlum, Cœliacus, Cælius, Cælo, uerbum, Fœlix, quod tamen sunt, qui absq; diphthongo etiam scribunt, Lælius, Lælaps, canis nomen, apud Ouidium, & si qua alia.

Deriuata atq; composita per se plana sunt, ut Delibutus, Dalicię, Elicius, Elegans, Elogium, Elixus, & similia.

E, ante

E, ante M.

E, in primis syllabis ante M, corripitur, ut Gemo, premo, Emo, & à quo redimio fit, emio, quartæ, ut Despauterio placet, ut apud Claudianum 2. de raptu.

Nec sic innumeros arcu imitante colores,
Incipiens redi – υυ mitur hyems &c.

Sic & Semiramis, proprium. Propert. lib. 3.

Persarum statuit Babylona Se – υυ miramis urbē,

Et Blemiæ, populi, ut Plinius tradit, capitibus carentes, apud Dionysium in Periegesi.

Nec longe fervent Blemy – υυ orum collibus agri.

Ita enim uertit Fannius, quod Græcè legitur.

Τῆς πάρος αἰθαλέων Βλεμύ – υυ ων ἀνέχουσι κολῶναι &c.

Excipiuntur primo, quæ ab E, incipiunt, etiam, ut inquit Despauterius, aspirata, ut sunt Hemina, quod tamen ex deriuatione notum quoq; est, cuius exemplū suprà uide, lib. 2. de desinentibus in NA.

Eminus, quod ex compositione manifestum est, compositum enim ex E, & manus est, quasi dicas: extra manus. Exempla ubiq; obuia sunt.

Emathia, pro Thessalia. Lucanus.

Bella per Emathi – υυ os, plusquam ciuilia campos &c. Et quæ similia sunt.

Notatis tamen, quæ suprà posuimus, Emo, & alterum, à quo redimo compositum esse uolunt.

II. Excipiuntur nomina tertiæ declinationis, quæ in ob

in obliquis crescunt, ut Nemo, *quod ipsum quoq; ex de riuatione notum erat*, Temo, *ut*

Aureus axis erat, te – – mo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ. Metam. 2.

Cum quibus idem Despauterius, & *græca uerbalia recenset, ut sunt schema, thema &c.* De *quibus nos libro secundo tractauimus.*

Notatis tamen & hinc Nemus, *memor, femur &* Græcis, Chremes, & Themis. *Quorum illa paßim obuia sunt. Hæc autem probantur exemplis, alterum* Horatij in Arte, *ut*

Iratusq; Chre – ∪∪ mes tumido delitigat ore.
Alterum Ouidij, ex 1. Metam. *ut*

Fatidicâq; The – ∪∪ min, quæ tunc oracla tenebat.
P*ostremo, excipiuntur hæc quoq;:* Demo, *is.* Terentius *in* Eunucho.

Interea aurum – ∪∪, – – sibi clā mulier ∪∪ –, ∪∪ – demit, dat mihi, ut – –, – ∪∪ auferam. Trochaicus Tetrameter Catalecticus est.

Demum. Persius *satyra prima.*

Nunc de – – mum numero fluere, ut per lene seueros &cæt.

Remus, & *quæ inde ueniunt*, Remex, *remigo, remigium &c.* Virg. 1. Æneid.

Franguntur re – – mi, tum prora auertit, & undis.
Q*uo pacto & remi.orum. pro populo Galliæ, à* Sidonio *ponitur, ut in* Eucharistico, *citante* Despauterio.

Præterea quæ me pridem Re -- mis uenientem.

Nam Remus, proprium, ut & Remulus, & quod per aspirationem scribitur, Rhemus, corripiuntur, ut secundo Georgic.

Hanc Remus -uu & frater, sic fortis Hetruria creuit &c. Et Æneid. 9.

Cui Remu -uu lo cognomen erat, Turnuq; minorem &c. Et eodem.

Armigerumq; Rhe -uu mi premit, aurigamq; sub ipsis &c. Sic enim habent emendatiores libri, non ut Despauterius legit.

Armigerumq; premit Rhe -- mi &c. qui syllabam hanc in Rhemus, produci existimabat.

Semis, & quæ inde fiunt: ut semuncia, semodius, & semita quoq;, quod quasi semi iter dictum uolunt.

Excepto Selibra, de quo suprà dictum est. Persius.

Hæreat in stultis breuis ut se -- muncia recti.

Et Æneid. nono Virgilius.

Rara per angustos ducebat semita -uu calles.

Semen, de quo inter uerbalia in MEN, *dictum, & notasunt eius exempla.*

Et Græca, *quæ à* δῆμος, φήμη, μνήμη, σῆμα, *& similibus ueniunt,* Demosthenes, Democritus, Demophoon *&c.* Ouidius in Epist.

Hospita Demopho -uu on tua te Rhodopeia Phyllis &c.

Phemius, *cytharœdi proprium, apud Homerum.*

Polyphemus, quod notum est. Mnemosyne, mater Musarum. Ouid. sexto Metam.

Mnemosy – υυ nen pastor, Varius Deoïda serpens.

Mnemosynon, pignus amoris, ut apud Catullum.

Verum est mnemo – – – υ synon mei sodalis.

Philopemon, latronis nomen. Ouidius in Ibin.

Vt Sinis, & Sciron, & cum Philopemone natus.

Et quæ alia his similia inueniuntur.

Temetum autem, non utroq; modo ponitur, ut Despauterius tradit, sed solum longa prima, ut Horat. Epistola ultima.

Pullos, oua, cadum te – – meti, nempe modo isto

Paulatim mercaris agrum &c. Nam apud Iuuenalem, ubi corripi ille putabat, alij sic legunt.

De Corcyræa te – – metum duxerat uua. Omissa præpositione De, in uerbo Duxerat, pro quo ipse deduxerat, legebat.

Porrò scribuntur & diphthongo non pauca, præsertim Græca, quæ itidem notanda erunt, ut

Æmulus, æmulor, Æmylius, Æmylianus, Hæmon, Hæmonia, quæ tamen sunt, quæ absque aspiratione scribuntur. Clæmens, cæmentum, quod quidam per Oe, malunt. Dæmon, & quæ inde fiunt, ut Eudæmon, Cacodæmon, Dæmoniacus &c. Hæma, quod sanguinem Græcis significat, à quo Hæmorrois. Læmargus, Læmargia &c.

Et quæ per Oe, scribuntur, ut fœmina, Phœmonoë,

Pœmen, quod pastorem Græcè notat, & quæ inde fiunt. ποιμὰρ, & quæ ab eo deriuantur, ut cœmiteriũ, & similia.

E, ante N.

E, ante N, in primis syllabis producitur, ut plenus, lenis, penis, quod pennis quidam scribunt, Penè, quod quidam per Oe, malunt. Denus, denuo, penuria, quod ipsum quoq; Despauterius diphthongo scribit, & similia. Virg. 7. Æn. Vertere morsus

Exiguam in Cererem pe -- nuria uertit edendi.

Ex quo exemplo etiam illud iam planum est, syllabam secundam, huius uocis, in qua V, præcedit R, indubitato longam esse, id quod suprà, cum nonnulla hæsitatione, propter Terentianum uersum, asserebamus.

Plautus in Amphitry:

Illic homo me interpolabit, meumq; os finget denuo -vv. Trochaicus est.

Sic & propria quædam, ut Rhenus, Menus, Benacus &c. Horatius in Arte.

Aut flumen Rhe -- num, aut pluuius describitur arcus Et quæ à ζηνός, ueniunt, ut Zenobius, Zenothemis, Zenon, &c. Martial. lib. 9.

Democritos Ze -- nonas, inexplicitosq; Platonas.

Excipit Despauterius primo, quæ B, uel G, uel S, uel T uel V, consonantem ante E, habent, ut sunt: bene, genus, genu, gena, senex, & quæ inde ueniunt. Teneo, tenuis, temer. Venus, & c. quorum exempla quoniam nota sunt, superuacaneum putaui, hic recensere. Sed

Sed tamen ab hac exceptione rursum tolluntur, Splenium, quod à splene, ut uolunt dictum, originem sequitur, cuius exemplum suprà positum habes.

Senus & senio, quæ analogiam sequuntur. Sic & denus & septenus, & centenus, & cætera dicuntur. Persi.

Quid dexter senio – ᴗᴗ ferret, scire erat in uotis.

Senæ, oppidum Italiæ. Silius lib. 8.

Et clauis, & Rubico, & Senonum de nomine Senæ

– –. Strena, munus natalitium. Auson. ad Vrsulum.

Proximus ex longo gradus est quæstoris amici,

Curam pro stre – – nis excubuisse tuis.

Vena. Ouid. primo Metam.

Protinus irrupit Ve – – na peioris in æuum &c.

Venor, aris. Mart. in Xen.

Pulcher adest onager, mitti ue – – natio debet.

Venucala, uuæ species. Hor. 4. saty. 2. lib. Serm.

Nam facie præstant, Ve – – nucula cõuenit ollis etc.

Senia, ad deriuata pertinet.

Tenus, insulæ nomen, Græcè τῆνος, ut apud Stephanum scribitur. Ouid. 7. Metam.

At non Olearus, Didymæq;, & Tenos, & – ᴗᴗ Andros &c.

Blēnæ autem, quod Despauterius ex Claudiani carmine de Nilo citat, pro quo nostri libri Blesæ habent, ut:

Per Meroën, Blesasq; feros, atramq; Sienen &c.

duplice Nn, scribitur.

Et Stheno, quæ una ex sororibus Medusæ traditur,

per Ectasin, siue epenthesin τοῦ ι. apud Hesiodum in Theogenia, producitur, ita enim scribitur:

Στεινώ -- τ' ευρίαλητε, μέδουσάτε λυγρὰ παθοῦσα.

Secundo excipiuntur hæc: Enyo. Statius Theb. undecimo. Sed quid

Hoc ego? Mars habeat, uulgataq; iacet E -υυ nyo.

Sic & Enyalius, quod hinc deriuatum est, cognomen Martis, cuius exemplum suprà aliquoties habes, libro secundo.

Enipeus. Ouidius primo Metam.

Populifer Sperchius, & irrequietus E - υυ nipeus.

Et quæ cum ἐν, præpositione composita uidentur, ut Enispe, Enæsimus, & similia, quorum exempla suprà in regula compositorum habentur.

Fenestra. Virgilius secundo Æneid.

Firma cauauit

Robora, & ingentem lato dedit ore fe - υυ nestrã.

Menapij. Martialis in Xenijs.

Ceretana mihi fiat, uel massa licebit,

De Mena - υυ pis, lauti de Petasone uorent.

Menenius. Catullus.

Vxor Mene - - υ - nij sæpe quam in sepulchretis.

Scazon est. Sic & Menestheus, quando interposita E, scribitur, ut Theb. sexto.

Inde ad conatus timida subit arte Me - υυ nestheus.

Et rursum.

Et ca-

Et casus Phlegyæ monet, & fortuna Me -υυ nesthei.

Penes, præpositio. Horat. in Arte.

Quem penes -υυ arbitriũ est, & ius, & norma loquendi.

Penus, uel penu. Terent. in Eunucho.

Cum in cellulam ad --, υ- te patris penum o --, -υυ mne congerebam clanculum. Octonarius est Iambicus. Penitus, penetro, penetralia, penates, quorũ exempla ubiq; obuia sunt.

Pheneum, lacus proprium, apud Ouid. 15. Metam.

Est lacus Arcadiæ, Phene -υυ um dixere priores.

Et quæ ἀ γένος, uel γεννάω, ἀ ξένος, ξένος, κενός, φρενός, μένος, uel μενέιν, & similibus ueniunt, siue composita, siue aliàs deriuata, ut Genesis, Genethlius, Diogenes, Hermogenes, Sthenelus, Sthenelaus, Demosthenes, Antisthenes &c. Xenocrates, Xenodotus, Xenophanes, Xenia, Axenus, Proxenetes. Martial.

Vatiniorum proxene --υ- ta fractorum &c.

Cenodoxus, Cenotaphium &c. Phrenitis. Iuuenalis satyra decima quarta.

Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phre -υυ nitis &c. Pro quo uulgò tamen phrenesis legitur.

Menecrates, Menœces, Menephron, Menelaus, Menalippe, Menastius, Hippomenes, Theramenes, & similia, de quibus dubium non est, quando omnia Græcè per ε, ψιλὸν scribuntur.

Martialis tamen, adiectiuum Phreneticus, quod ab eadē origine, à qua phrenitis, siue etiam phrenesis, descendere uidetur, E, longa ante N, posuit, libro 11. ut

Inuasit medicus sica phre -- neticus Eucli,
Et praecidit Hylan &c.

Quod qua ratione ab illo factum fuerit, nondum satis scio, Graecè certè per ε, psilon, φρενός, à φρὴν, et quae inde ueniunt, scriptum reperio.

Caeterum quae in hac forma per diphthongum scribuntur, haec ferè sunt: Ænos, & quae inde fiunt, Æneas, parænesis &c. Æneus, pro aheneus, Ænobarbus, Ænaria, insula, Ænygma.

Καινός, & quae ab eo ueniunt, ut Cæneus, Encænia, &c. Cænæ, loci nomen, unde Cænæus, & Cænites. Læna, quod & Chlæna dicitur, quod tamen sunt, qui nulla diphthongo scribunt.

Frænum, Mænas, Mænalus, Pænula, Tænarus, Tænia, Væneo &c.

Nam Lenæus, Bacchi cognomen, & Scena, & Nenia, ad regulam pertinent, quoniam λῆνος, σκηνή, & νηνιάζειν, quod uerbum à Nænia factum uidetur, scribuntur.

Item, in quibus Oe, est, κοινός, à quo cœnobium, cœnobita &c. Cœnum, obscœnum, chœnix, mensuræ species, fœnus, fœnero, fœnebris, fœnum fœniculum, mœnia, œnos, & quae inde fiunt, ut œnopola, œnophorus, œnotria, œnanthe &c. Oeneus, proprium, Oenomaus,

Oenopion

Oenopion, Oenone, Pœne, ut quidam uolunt, aduerbium, & Pœnuria, quod ab illo factum ijdem uolunt, Pœnus, Pœnulus, Phœnix, Phœnicia, χοῖνιξ, Schœnoplocus, Schœneus, Schœneis &c.

E, ante P.

E, in primis syllabis ante P, corripitur, ut, Crepo, Strepo, Peplum, Vepres, Lepor, Lepidus &c. Horat.

Corna ue – ᴗᴗ pres & pruna ferunt &c.

Lucanus libro 7.

Vrgentur, cædūt lepi – ᴗᴗ dos cedūtq; Metellos etc.

Huc pertinent, & quæ à Græcis ueniunt, nonnulla, ut, Epops proprium, apud Ouidium 6. Metamorph. Crepida, æ, ut apud Persium satyra 1.

Non hic qui in Crepi – ᴗᴗ das Graiorum ludere gestit &c. Crepido. Virgilius 10. Aeneidos:

Forte ratis celsi coniuncta Cre – ᴗᴗ pidine saxi etc.

Quæ duo eò etiam nomine notanda sunt, quòd Græcè κρηπὶς, ἴδος longa utraque syllaba priore dicitur, de qua re anxie disputauit Aldus in annotationibus in Horatium.

Et quæ cum præpositione ἐπὶ componuntur, ut Ephesus, Ephœbus, & similia, de quibus secundo libro dictum est.

Et quæ à κεφαλὴ ueniunt, ut, Cephalus, Cephalenia, &c. Excipiuntur autem à regulis multa tam Græca, quàm Latina, ut, Cepheus, proprium patris Andromedæ. Ouidius 5. Metamorph.

Conanti mittere Cepheus — —
Quid facis? exclamat &c.

Cepheni, populi. Idem eodem libro:
Dumque ea Cephe — — *num medio Danaeius heros*

Cephisus. Lucanus:
Quos impiger ambit
Fatidica Ce — — *phisus aqua &c.*

Cepus, quod & hortum significat, & tonsuræ speciem quandam, κῆπος Græce.

Cepio proprium Latinum, quod quidã etiam diphthongo putant scribendũ, quasi à cæpis deductum uideretur.

Epytus, proprium regis Albani, quod & ipsum diphthongo scribi à quibusdam uideor. Ouid. 4. Fastorum:
Proximus est titulis Epytus — ∪ ∪ *Alba tuis.*

Hinc *Epytides* patronymicum:

Epirus. Virgilius 1. Georg.
Castorea Eliadum palmas E — — *pirus equarum.*

Hepar, atos, quod Græce ἧπαρ scribitur, à quo Hepaticus &c. de quibus dubium non est, quanquam sunt qui per imperitiam Græci sermonis corripuerint.

Leponticus proprium, apud Silium libro 4. ut:
Occidis & tristi pugnans Le — — *pontice fato.*

Repo, is, à quo, Irrepo, Obrepo &c. Horatius in arte:
Verũ opere in longo fas est obrepere — ∪ ∪ *somnũ.*

Repens pro Repẽte. *Repens* autem pro Repente. E corripit, ut:
Quo ruitis, quæue ista re — ∪ ∪ *pens discordia surgit*, Æneidos 12.

Sepia,

Sepia, piscis nomen. Persius:

Nigra quòd infusa uanescat sepia –uu lympha.

Sepias loci nomen, apud Valerium libro 2.

Iam Sciathos subsedit aquis, iam longa recessit

Sepias –uu attollit tondentes pabula Magnes etc.

Sepes, & Sepio uerbum, quæ tamen diphthongo etiam scribi solent. Virgilius in Bucolicis:

Hinc tibi quæ frondet uicino à limite sepes --

Sepum pro Seuum, pingue illud in bobus, uel ouibus. Vnde candelæ fiunt, quæ inde Sepaceæ dicuntur, de quo suprà quoque meminimus.

Tlepolemus proprium à τλῆναι τὸ πόλεμον. Ouidius 1. Epistola.

Sanguine Tlepole –uu mus Lyciam tepefecerat hastam. Sed hoc ad composita proprie pertinet.

Vepicus, quod itidem compositum uideri uolunt, per ind. eut. Vægrandis, Væiouis, et similia. Exemplum suprà habes de ijs quæ in CVS, exeunt.

Notantur autem, & quæ diphthongum habent ante P, ut sunt, Æpy, quod altum significat, & quæ inde ueniunt. Vt Æpytus, Æpolus, quod ab αἴξ fieri uolunt, quasi dicas αἰγόπολος. Cæpe, Cæpi uerbum. Sæpe, & de quibus proximè meminimus. Sæpes, & Sæpio, & id genus alia.

E, ante Q.

E, in primis syllabis ante Q., corripitur, ut Equus. Cuius exempla ubique obuia.

Sic & composita Equidem. Vt Ecloga 1. Virg.

Non equi -uu dem inuideo, miror magis &c.

Nequeo, Neque, Nefas &c. ut:

Credebant hoc grande ne -uu fas morte piandum. Apud Iuuenalem.

Sed tamen excipiuntur, quæ à prohibendi particula Ne, ueniunt, ut, Nequis, Nequando, Nequaq̃, et similia. Quibus addunt Grammatici & Nequam (nam hoc quoque ueluti Ne quicquam dictum uolunt) à quo fit Nequitia, ut apud Ouidium:

Nequiti -uu a est, quæ te non finit esse senem.

Sed de his inter composita diximus quoque.

Excipitur & Sequana, fluuij Gallici nomen. Mart.

Hanc tibi Sequani -uu cæ pinguem textricis alumnam &c.

Et quæ dipthongo scribuntur, ut, Æquus, Æqualis, Æquor, Æquo uerbum, & quæ ab his ueniunt. Aequicolus, populi nomen, apud Silium lib. 8. ut:

Rastrisq; domant Aequicola rura, tametsi etiam absque dipbthongo scriptum reperias. Apud Virgilium autem etiã breui prima idem nomen ponitur, lib. 9. ut:

Continuò Quercens, & pulcher E -uu quicolus armis.

Aequanus, apud Silium libro 5. & siqua his similia.

E, ante R.

E, in primis syllabis ante R, corripitur, ut, Fero, Gero, Ceres, Peritus, & similia. Vt in illo Ennij:

Pelli-

Pellitur è medio sapientia, ui geri -uu tur res.
Et apud Virgilium Aeneidos primo:
Tum Cere -uu rem corruptam undis cere -uu
aliaq; arma &c. Et apud Horatium satyra prima:
Agricolam laudat, iuris legumq; pe -uu ritus.
Sic & Experior, Comperior, Aperio, Operio, *& quae*
alia similis deriuationis, seu compositionis uidentur.
Horatius:
Et decus et precium recti petit experi - uu ens uir.
Et *Manilius libro 1.*
Per uarios usus artem experi -uu entia fecit &c.
Reliquorum exempla suprà habes, circa A, ante P.
Et *Graeca, ut,* Eryx. Virgilius Aeneidos 1.
Siue Ery -uu cis fines, regemq; optatis Acesten.
Ἔρως, *& quae inde ueniunt ceu sunt,* Erato, Erotion,
Eratosthenes, *& similia.* Martialis libro 10.
Plorat E -uu ros quoties maculosae pocula myrrhae
inspicit &c.
Et quae cum particula Ἐρι *componuntur, de qua supe*
riore libro diximus, ut, Eriphyle. Virg. lib. 6. Aeneid.
His Phaedram, Procrymq; locis, moestamque Eri
-uu phylen. & similia:
Excipiuntur primo disyllaba, quae P, ante E, habent,
ut, Spero, *quod notum est,* Pera, *quod* πήρα *Graecè*
scribitur. Pero, *calciamenti genus.* Iuuenalis *satyra 14.*
Nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet alto
Per glaciem Pe -- rone tegi &c.

Pero proprium nymphæ, quod πηρώ Græcè scribitur, ut apud Homerum Odyß. Λ.

Τοῖσι δ' ἐπ' ἰφθίμην πη -- ρὼ τίκε, θαῦμα βροτοῖσι, & quæ his similia sunt.

Notatis tamen, quæ à φέρω ueniunt, ut, Pheretrum, ut Æneidos 11.

Haud segnes alij crates, & molle Phe -uu retrum

Arbuteis texunt uirgis &c.

Pheræ, quod loci nomen est. Ouidius 2. de arte:

Cynthius Admeti uaccas pauisse Phe -uu ræas

Fertur etc. Quanquam & alterū loci nomen est, quod ijsdem literis Latine scriptum E, longum habet. Vtriusq; meminit Stephanus. Et Pheres, quod uiri proprium, apud Statium Thebaid. octauo, ut:

Strauit Abanta Phe -uu res, diuersaque uulnera flentes

Iphys eques. pedes, Argus &c.

II. Excipiuntur, quæ V, consonantem ante E, habēt, ut, Verus, Verona &c. Martialis libro 10.

Nec sua plus debet tenero Ve -- rona Catullo, & similia.

Notantur autem & hic quædam, ut, Vereor, quod notum est.

Veru, à quo Verutus, cuius exemplum suprà habes inter Analoga.

Et Veredus, equi nomen. Martialis:

Stragula succincti uenator sume Ve -uu redis

Postre

Postremò, excipiuntur & hæc Beryllus, lapilli nomen. Propertius libro 4.

Et solitum digito Be -- ryllon adederat ignis.

Berytus, urbs Phœniciæ, ut & Stephanus indicat. Dionysius.

Καὶ Τύρον ὠγυγίην Βη -- ρυτοῦ τ' αἶαν ἐρατεινήν.

Clerus, quod idem, quod sors, & quæ inde ueniunt, ut, Clericus, Cleruchus &c. Græcè κλῆρος.

Cerussa, pigmentum muliebre. Martialis:

Et Ce -- russata candidiora cute &c.

Ceratus, fluuij nomen & urbis, eius quæ Gnosus postea dicta est, ut Strabo docet libro 10. Quanquam apud eundem Græce κέρατος per ε, psilon, non per ἦτα scriptum legatur. Virgilius in Ciri:

Carpathium fugiens, & flumina Cera -- tæa.

Ceretani, populus Hispanicus. Martialis in Xenijs:

Cere -- tana Nepos ponat, Setina putabis &c.

Cera cum ijs, quæ ab eodem ueniunt, ut, Cereus, Ceroma, Cerinthe, herba. Cerinthus, quod & pro propria apud Tibullum ponitur, & similia, quæ alij per æ diphthongum scribere malunt, quod tamen an satis rectè, nescio. Græce certè κηρός, κηρίον, κήρινθος, & cætera per ἦτα scribuntur. Iuuenalis satyra 8.

Tota licet ueteres exornent undique ceræ --
Atria &c. Idem:

Et ce -- romatico fert inceteria collo. Vir. 4. Geor.

Trita Melisphylla, et Ce -- rinthe ignobile gramẽ.

Erida-

Eridanus. Virgilius:

Fluuiorũ rex Erida – ∪ ∪ nus,cãposq́; sequentes etc.

Erigone. *Idem primo Georg.*

Qua locus Erigo – ∪ ∪ nẽ inter,chelasq́; sequentes.

Et si qua alia ab ἦρ, quod ex ἔαρ, factum uolunt, aut ab ἦρα, deriuata erunt.

Eretum, loci nomen. Virgilius 7. Aeneidos:

Ere – – ti manu omnis,oliuiferæq́; Mutuscæ.

Eruca, tam pro uermi, quàm pro herba. Columel. li 11.

Nascũtur uolucres, serpitq́; E – – ruca per hortos.

Ouidius libro 2. de Remedio:

Nec minus Eru – – cas iubeo uitare salaces &c.

Erinne, poëtriæ cuiusdam nomen. Propertius libro 2.

Carminaq́; Erin – – nes non putat æqua suis.

Erij, montium quorundam nomen, ut apud Marullum in hymno Veneris libro 2.

Ipsa lasciuo Venus alma partu

Læta nunc iunctis uehitur columbis,

Eriosq́; al – ∪ – – tos, & opima Cypri

Templa reuisens.

Feralis, cuius exemplum suprà de deriuatis posuimus.

Feriæ. Feronia, quorum exempla eodem loco inuenies.

Geryones. Virgilius 7. Aeneidos:

Geryo – ∪ ∪ ne extincto Tyrinthius attigit arua.

Hero, puellæ nomen, quam amauit Leander. De qua fabula extat carmen illud Musæi.

Et quæ ab ἥρη descendunt, ut, Heraclea, Heraclitus, He-

rostra-

rostratus, Herodes, Herodotus, Heræum & similia, de quorum quantitate nemo dubitat.
Heros, & quæ inde ueniunt, ut, Herois, Heroine, Heroicus &c. Ouidius 13. Metamorph.
Vltima murmur erat, donec Laërtius Heros --
Astitit &c.
Herophile, una Sibyllarum, sic enim & apud Pausaniam & apud Lactantium scribitur, non per Y, ut quidam libri habent, Heryphile. Tibullus libro 2.
Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit,
Herophi -uu le Phœbo grataq; quod monuit.
Herios, loci nomen, apud Manilium libro 4.
Bactraq; & Heri -- os Babylona et Susa, Panosq;.
Meriones, proprium. Ouidius 13. Metamorph.
Nec magis Idomeneus, patriaq; creatus eadem
Merio -uu nes peteret &c.
Neritos. Virgilius 3. Aeneidos:
Dulichumq; Sameq; & Neritos -uu ardua saxis.
Neris, oppidum Messeniæ, ut Stephanus docet. Statius quarto Thebaid.
Neris & -uu ingenti turritæ mole Cleonæ.
Nereus, deus marinus. Cuius exempla nota sunt. Virg.
Neri -- ne Galathea thymo mihi dulcior &c.
Serus, a, um, à quo aduerbium Serò. Virg. 1. Ecloga:
Libertas, quæ sera ta -uu men respexit inertem.
Sera autem & Serum, substantiua, breue E, habent, ut:
Raraq; per nexus, est uia facta se -uu rò.

apud Tibullum libro secundo. Et:
Ferrea perpetua claustra tuere se -uu ra.
Martialis libro decimo.
Serius,a,um,à quo & seriò aduerbium. Ter. in Eunu.
Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam --uu
Velle agere mecum &c.
Et Seria substantiuum, uasis genus. Persius:
O si,
Sub rastro crepet argenti mihi seria -uu dextro.
Hercule &c. Hinc Seriola diminutiuum, eadem quantitate apud eundem.
Item Seres, populi nomen. Virgilius 2. Georg.
Velleraq; ut folijs depectunt tenuia Seres --.
Seranus proprium. Silius libro 6.
Sera -- nus clarum nomen, tua Regule proles.
quod tamen sunt, qui Serranus duplici rr, scribunt.
Tereus, quod à Græcis ubique, quod sciam, τηρεὺς per ἦτα scribitur. Ouidius 6. Metamorph.
Artificem medijs immittam Terea -uu flammis.
Tametsi idem nomen apud eundem in Ibin, prima breui ut nunc quidem habetur, positū uidemus, hoc uersu:
Tantalides tu sis, tu Tere -uu iq; puer. Quem tamen uersum haud dubito corruptum esse, siue Tereïdes, pro tu Tereï, siue quo alio modo legendum.
Zerinthus, loci nomen. Ouidius 1. Tristium:
Inde leui uento Ze -- rinthia littora nacta
Threiciam tetigit fessa carina Samon.

Et quæ à ξηρός, & θηρός, qui genitiuus à θὴρ est, formantur, ut, Thero, nymphæ nomen. Theron, canis nomen apud Ouid. Thera insulæ nomē. Theridamas, Theramenes, Panthera &c. Item Xerolophus, Xerampelinus, & similia. Claudian. lib. 3. de laudibus Stilicon.

Speluncas canibus The -- ro rimatur iberas &c.
Quidius 3. Metamorph.

Nebrephonosq; ualens, & trux cum Lælape Theron --. Iuuenalis satyra 6.

Et Xe -- rampelinas ueteres donauerit ipsi.
Ex quibus exemplis cætera quoq; iudicari possunt.
Cherusci quoque, Germanici populi nomen, apud Strabonem libro 7. per ῆτα in prima scribitur. Vnde quidam putarunt eandem syllabam producendam esse. Sed hoc nihil euincit. Nam & alia subinde ab eodem longis uocalibus Græcè scribuntur, quæ tamen à Latinis corripiuntur, aut saltem ex analogia corripienda uidētur. Quale hoc quoq; esse uidetur. Claudianus certè corripuit libro 4. de bello Getico, hoc uersu:

Quæq; domāt Cattos, immansuetosq; Che - uu ruscos.
Nerio autem, siue Nerienes, quod quidam produxere, alij autem qui probe locuti sunt, ut inquit Gellius li. 13. capite 22. prima correpta dixerunt, exemplum habes apud Plautum in Truculento:

Mars peregrè adueniens salutat Nerienem uxo- uu-, -- rem suam.

Notentur autem & quæ diphthongo scribuntur, ut,

Æris ab Æs,et quæ inde fiunt,Ærũna,quod ab αἴρω *Græco uerbo deriuatum uolunt.Aera,quod Græcis Lolium significat.Sphæra,quòd globum.Et cæra quoque cum ijs,quæ ab eo nascuntur,ut quibusdam placet.Cære oppidum,& quæ inde fiunt.Est enim dictum à Græco* χαῖρε,*ut & Stephanus & Strabo tradunt.*

Cæremoniæ,Nam has à Ceretibus acceptas,aut appellatas utiq; uolunt.Et quæ cætera à χαίρω *ueniunt,ut,Chærea,Chærestratus,Chæremon,Chærippus,Chærephon,& similia.Hæresis,& quæ inde fiunt,ut,Aphæresis,Epaphæresis &c.Hæreo,Hæres,Hæreditas.Mæra proprium.Plæriq;,Plærunq;,Quæro,& similia,et quæ per œ,scribuntur,ut,Chœrilus,Chœrades,Mœris proprium.Mœreo,Mœstus,Mœstitia &c.*

E,ante S.

E,in primis syllabis ante S,producitur,ut,Fresus,leuiter fractus,quod tamen & diphthongo à quibusdam scribi uideo.Gesa,quod ipsum quoq; diphthõgo scribit Despauterius.Vt apud Statium in Achilleide libro 2.

Didici quo Pæones arma rotatu
Quo Magetæ sua Gesa ci – uu tent,quo turbine cæstu
Sauromates.

Blesæ,populi nomen.Claudianus in Nilo.

Per Meroën,Ble – – saſq; feros,atramq; Syenẽ.

Et Græca non pauca,ut,Nesus,quod insulam significat,à quo diminutiuum Nesis,quod apud Statium pro proprio quoque ponitur,libro 3.syluarum,ut.

Syluaq; quæ fixũ pelago Ne -- sida coronat. Tametsi quidam, cum propriũ est Neßida, duplici s, scribãt. Et composita Peloponesus, Chersonesus, & similia. Rhesus, proprium regis Thraceñ. ut, Aeneidos primo:

Nec procul hinc Rhe --, si niueis tentoria uelis.

Cum quibus & φῆσις, κτῆσις, χρῆσις, & similia uerbalia, quæq; ab ijsdem nascuntur, iungas licet, ceu sunt, Ctesipho, Catechresis, & id genus alia, quæ omnia per E, longum Græce scribuntur. Terentius in Adelph.

Est Ctesipho in --, υ- tus? Non est. Cur hic nominat. Senarius est.

Messana autem quod Despauterius addit, positione producitur, scribitur enim Græce μεσσήνη.

Et Vesanus, quod itẽ pro exemplo ab illo allegatur, compositum est, & per æ diphthongum scribendum, quantum ego ex uerbis A. Gellij, quæ sunt libro 5. cap. 12. colligo. Væ, enim particula, inquit, quæ in alijs atque alijs ,, uocabulis uariatim per has duas literas, cum A, litera ,, media immissa, dicitur, duplicem significatum, eun- ,, demque inter se diuersum capit. Nam & augendæ, & ,, minuendæ rei ualet, et cætera. Habes tamen exemplum. ,, Illud de Ludo:

Speræ lucrum uexat mentes ue -- sana libido.

Excipiuntur autem à regula, Mesos, Græcum, & quæ inde fiunt, ut, Mesenterium, Mesembria, quod idem & loci nomen est, apud Ouidium 1. Tristium, ut:

Inde Me - ω sembriacos portus, et Odesson & arces.

Sesostris proprium. Lucanus libro 10.

Venit ad occasum, mūdiq; extrema Se – uu sostris.

Thesis, de quo inter uerbalia Græca diximus libro 2.

Vesagus proprium, apud Silium libro 4.

Demetit auersi Vesa – uu gus tum colla, iubáq;
Suspensam portans galeam &c.

Vesulus, apud eundem libro 12.

Tum Vesu – uu lum calido lapsam em sanguine fra trum &c. Et Virgilius Aeneidos 10.

Actus aper multos Vesu – uu lus quē pinifer annos
Defendit &c.

Veseuius mons, qui & Vesuuius dicitur. Virg. 2. Geor.

Talem diues arat Capua & uicina Ve – uu seuo.
Ora iugo &c.

Rhesina autē uariatur, ut ex ijs exemplis apparet, quæ suprà circa terminationem NA, *citauimus.*

Porrò diphthongo scribuntur hæc ferè, Æsacus, filius Priami, apud Ouidium. Æson, pater Iasonis. Æsopus, Æsapus, Æsarus, fluuiorum nomina. Æsalo, accipitris species, Æsis proprium, à quo Æsinates. Æsyma, urbs Thraciæ apud Homerum. Blæsus, Cæsus, à Cædo, Cæsar, Cæsaries, Cæsura, & quæ alia ab eodem uerbo ueniunt. Cæsius, Fræsum, Gæsa, de quibus suprà meminimus. Hæsi, Hæsum, ab Hæreo. Quæso, uerbum. Quæsiui, Quæsitum, à Quæro. Et quæ per œ, scribuntur, ut, Crœsus, Mœsia, ita enim à quibusdam scribitur, quæ aliàs Mysia dicitur. Oesypum, collecta pinguedo è lana

adhuc sordida, cuius meminit Ouidius 1. de Remed.

Pixidas inuenies, & rerum mille colores,

Et fluere in tepidos Oesypa lapsa sinus.

Et si quæ his similia.

E, ante T.

E, ante T, in primis syllabis producitur, ut, Beta, Theta, Zeta, quod & cœnationis nomen est, Meta, Creta, Rete, Metior, & similia. Martialis libro 5.

Quod alpha dixi Codre Penulatorum

Te nuper aliqua cum iocarer in charta

Si forte bilem mouit hic tibi uersus

Dices licebit, Beta me – – υ – togatorum. Scazontes sunt. Idem libro 7.

Est operæprecium discere Theta no – υυ uum &c.

Excipiuntur primo, habentia P, uel V, ante E, ut, Peto, Petrus, Veto, Vetus etc. quorum exempla nota sunt, & si quæ his similia.

Notatis tamen, Petalus uiri proprium, apud Ouidium quinto Metamorph.

Petalus – υυ irridens Stygijs cane cætera dixit etc.

Sed hoc alij per geminum tt, Pettalus scribunt.

Cethegus. Virgilius 12. Aeneidos:

Ille Talon, Tanaimq; neci, fortemq; Ce – υυ thegūetc.

Cletabeni, populi ad mare rubrum. Fannius:

Atq; Sabæ post hos, nec nō habitant Cleta – υυ beni etc.

Nam & Dionysius per E, psilon habet.

καὶ ἀγχίγυοι κλετα – υυ βηνοί.

Sed nihil, puto, necesse erat ita curiosum esse in his, quæ in nullo nostro usu sunt.

Creta, *Scythici loci nomen, apud Valerium libro 1.*

Quoties paucos ad littoris ictus
Deficiam, Scythicum metuens pontumq́; Cre – vu tâq;.

Si modò rectè habet uersus, & non fretum potius legendum. Nam apud Apollonium certe, nulla talis loci, aut nominis mentio fit.

Etiam, notum est.

Fretum, itidem.

Geta, et quæ inde componuntur, ut, Thyrsagetæ, Massagetæ &c. Ouidius:

Nulla Ge – vu tis toto gens est truculentior orbe.

Reliquorum exempla suprà habes circa terminationem TES, *libro secundo:*

Hetruria. Virgilius 2. Georg.

Sic fortis He – vu truria creuit.

Metaurus fluuij nomen. Lucanus libro 2.

In leuum cecidere latus, ueloxq́; Me – vu taurus.
Crustumiumq́; rapax &c.

Metiscus. Virgilius 12. Aeneidos.

Cuncta gerens, uocemq́; et corpus & arma Me – vu tisci.

Metabus. Idem libro 11.

Priuerno antiqua Meta – vu bus cũ excederet urbe.

Metillus. Martialis libro 1.

Iratum calicem mihi Metilli v – – . *Quanquam uulgo Metelli legitur, quod ipsum quoq; primam breuem*

breuem habet, ut apud eundem lib. 2.

Scipio, quod Victor, quodq; Me - υυ tellus habet.

Et si qua alia huius formæ.

Meteræi, populi Scythici. Ouid. 2. Trist.

Iazyges, & Colchi, Mete - υυ reaq; turba, Getæq;.

Meton, proprium Mathematici, à quo annus Metonis. Rufus in Aratum, ut quidem citat Despauterius.

Sed primæua Me - υυ ton exordia sumpsit ab arte.

Quanquam neq; aliàs de quantitate huius dubium est. Scribitur enim Græcè μέτωρ, apud Suidam & apud Aristophanem in Auibus, ut

Σὺ δ᾽ εἶ τίς ἀνδρῶν, ὅσις εἰμ᾽ ἐγώ; μέτωρ υ - υ -.

Methone, urbis nomen. Flaccus lib. 1.

Nelidesq; Periclymenus, quem parua Me - υυ thone
Et leuis Elis equis &c.

Et quæ alia à μετά, præpositione Græca ueniunt, ut Metopon, Metæora, Metanæa, Metallum, & similia, de quibus libro secundo diximus.

Item meto, is, & metuo, quæ nota sunt.

Et metron, & quæ inde ueniunt, ut Metreta, Metrodorus, Dimetrum, Trimetrum, & id genus alia, quæ neq; ipsa exemplis indigent.

Retro, aduerbium, unde retrorsum. Ouid. in Epist.

Xanthe re - υυ tro propera, uersæq; recurrite lymphæ. Tetricus, adiectiuum, & pro mone.

Martialis in Apophoretis.

Dormiat & Tetri - υυ co cum cane pera rogat.

Et quæ cum τετρὰ, Græca numerali particula componuntur, ut Tetrametrum, tetrastichon, tetrarcha &c. Horat. saty. 3. Habebat sæpe ducentos

Sæpe decẽ seruos, modo reges, atq; te – uu trarchas.

Et Tetrinnio, uerbum, quod anatum proprium est, ut apud Authorem philomelæ.

In fluuijsq; natans, sorte te – uu trinnit anas.

Postremo, quæ ab ἕτερος, ἔτεος, ἔτος, ἔθος, & similibus deriuantur, ut Heterogenes, Heteroclitus, Eteocles, Etesius, Ethemon, & similia. Ouid. 5. Metam.

Instabat parte sinistra

Chaonius, Molpeus: dextra Nabatæus E – uu themon. Statius tertio Thebaid.

Hæc senior, multumq; nefas, Ete – uu oclis aceruat.

Etesij exemplum supra habes, lib. 2. Cætera nota sunt. Addit Despaut. & Cetra, ex authoritate Nestoris, sed exemplum desideratur. Item Betula, arboris nomen, sed & hoc absq; exemplo. Et Betulum, loci nomen ex Virgilio, pro quo nostri codices habent Batulum, ut

Qui Rufas, Batu – uu lumq; tenent, atq; arua Celennæ. Æneidos septimo.

Et, Ethedus, quod idem ex Statio citat, in nostris diuersis dictionibus, & Hœdi legitur. Libro decimo Thebaidos, hoc uersu.

Implicitum fratri Thamyrum Tagus haurit, & Hœdi Terga coronati.

Thetis, pro Nympha, corripitur, ut

Iup

Iuppiter æquoreæ Theti – uu dis connubia uitat.
Metam. 11. Pro dea autem maris, Oceani cõiuge, Tethys quod aspiratiōnē in posteriore syllaba habet, & in y psilon desinit, sunt, qui uariari dicant, utentes his exēplis.

Teq; sibi generum Te – – thys emat oĩbus undis etc. Ex primo Georgic. ubi producitur, id quod aliàs quoque solet. Et rursum ex Ecloga quarta.

Quæ temare Te – uu thyn ratib. quæ cingere muris Oppida &c. Item ex Martiale lib. 5.

Hoc tibi Palladiæ seu collibus uteris albæ,
Cæsar & hinc Triniā prospicis, inde Te – uu thyn.
In quibus idem nomen, ut quidem ab ipsis scribitur, corripitur. Sed alij lectionem hanc corrigunt, ut etiam in Aldina æditione uidemus, & pro Tethys, utrobiq; Thetis scribunt, ex specie, siue parte, genus ac totum intelligentes. Et in hanc sententiam etiam mihi inclinat animus. Neque enim uideo, qua ratione uocalis natura lõga corripi tam facilè possit, nullo Græcorum exemplo. Scribitur enim posterius hoc Τηθύς, græcè per ἦτα, quod nutricem ferè significat, ut ipse Homerus exponit Iliad. 14. ubi ait.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν – υ.
Illud autem Θέτις, ut Iliad. 1.

Ἀργυρόπεζα Θέ – υυ τις, θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος. Nisi quis omnino licentia quadam hic usos, Virgilium & Martialem contendat, quod tamen nõ ita temere, & absq; exemplo solent, præcipuè Virgilius.

Notemus

Notentur item, quæ diphthongum ante T, habent. Vt ætios, Græcè αἴτιος, Æther, æthra, æthon, æthiops, Ætna, Æeta, Ætolia, cæteri, cætera, frætus, nam hoc quoq; diphthongum habere quidam uolunt, Gætulus, lætor, lætus, pætus, ræte, Tæte, quæ ipsa quoq; Despauterius diphthongo notat.

Et quæ per Oe, scribuntur, ut Oeta, mons Thessaliæ, cœtus, fœtus, fœteo, fœtidus, lœthum mors, quod tamen etiam absque diphthongo reperias. Mœtius proprium, Prœthus, Rhœtus, & si qua alia.

E, ante V, consonantem.

E, in primis syllabis ante V, consonantem, producitur, ut Leuis, pro glabro, leuor, & quæ alia inde ueniunt, quæ tamen sunt, qui diphthongo scribant, Sueuus, Treuir, seuum, quod & sepum, & sebum scribitur. Leuinus, & similia. Lucret. lib. quarto.

Asperitas autem uocis fit ab asperitate

Principiorum, & item le -- uis le -- nore creatur. Lucanus libro primo.

Tu quoq; lætatus conuerti prælia Treuir - u.

Martialis libro sexto.

In Pompeiano dormis Le -- uine theathro &c.

Reliquorum exempla suprà habes libro secundo.

Ad quem modum Ausonius et Heua, quod Despauterius diphthongo scribendum censebat, posuit in precatione matutina, ut

Sit satis antiquam serpens quod prodidit Heuā - u.

Leui

Leui autem, & Leuita, etiam breui E, posuerunt recentiores, quod tamen à Despauterio reprehenditur.

Excipiuntur breuis, breuio: leuis, leuitas, leuo uerbum &c. Virgilius Ecloga nona.

Tityre dum redeo (breuis –uu est uia) pasce capellas. Et Ecloga prima.

Antè le –uu ues ergo pascentur in æthere cerui.

Seuerus. Idem libro octauo.

Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; se –uu ueris.

Et quæ diphthongo scribuntur, ut æuum, læuis, quãdo idem quod glabrum, aut planum significat, & quæ inde ueniunt. Læuigo, læuor &c. Quamuis eadem & nulla diphthongo scripta reperias. Læuus.a.um. Scæuus.a.um. Scæuus, à quo Scæuola, et næuus, à quo Næuolus, & si quæ alia.

I, in primis syllabis ante B.

In primis syllabis I, ante B, positum, corripitur, ut bibo, bibulus: cibo, cibus: liber, cribrum, Libya, Liburnus, Iber, Iberus, & similia. Horat. lib. Epod. 1. Ode.

Ibis Libur ––u– nis inter alta nauium
Amice propugnacula. Iambica pura sunt.

Lucanus libro quarto.

Qui præstat terris aufert tibi nomen I –uu berus. &c. Sic & Libanus apud Dionysium ponitur: ut

Εὐστεφίου Κασίοιο καὶ ἠνίου Λιβά–uu νοιο &c.

Et Libitina, dea funerum, & sepulturæ, à libendo, ut Varroni placet, dicta. Hora. Epist. 1. lib. 2.

Miraturq́; nihil nisi quòd Libi – υυ tina sacrauit. Et quæ à Græco τρίβω, ueniunt, ut Tribades, Pædotriba &c. Martialis libro septimo.

Ipsarum tri – – – υ badum, tribas υ – υ – Philæni, &c. Et Aristoph. in Equitib.

Αλλ' ἐν λέγε, καὶ παιδοτρίβει – –, υυυ κῶς ταυτάγε. Quod eò hic addo, quòd sciam aliquando magnam contentionem inter doctos quosdam de hac uoce extitisse. Significat autem propriè παιδοτρίβης, eum qui pueros in gymnasijs ungebat, & ad palestram præparabat, hoc est, ἀλείπτην, & κηρωματιστήν, ut Commentator Aristoph. & Suidas exponunt.

Excipiuntur, fibula, à quo Refibulo, suffibulo, &c. Virgilius 4. Æneidos.

Aurea purpuream subnectit fibula – υυ uestem.
Ibis, auis Ægyptiaca. Iuuenal. sat. 15.

Pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibin – υ.
Ibycus, proprium poëtæ Lyrici. Horatius tertio Carminum, Ode 15.

Vxor paupe – – – υ ris Ibyci υ – υ –,
Tandem nequitiæ fige modum tuæ &c. Vulgò per ἰῶτα, in penultima scribitur, sed apud Græcos ubiq; quod sciam, per y psilon.

Liber, liberi, siue proprium, siue adiectiuum, & quæ inde fiunt, ut liberalis, liberalia, libertas &c. Virgilius primo Georgicorum.

Liber & – υυ alma Ceres, uestro si munere tellus.

Libo

Libo, as. Idem primo Æneidos.

Oscula liba -- uit natæ, dehinc talia fatur.

Libũ, quod ab eodẽ uerbo profectũ uidetur. idem Aen. 7. Et adorea liba per -uu herbas

Subijciunt epulis &c. Libo autem proprium ad regulam pertinet, ut apud Horatium epist. 20.

Forum, putealq; Li-uu bonis

Mandabo siccis &c.

Libra, à quo libro, as, uerbum, & libella. Lucretius libro quarto.

Et li -- bella aliqua si ex parte claudicat hilum,

Omnia mendose fieri, atq; obstipa, necessum est.

Vbi quidam in priore uersu, ex parti legunt, ne syllaba breuis sit, si in E, desinat, quanquã etiam positione defendi posse uidetur, si Græco more consonantes sequentis uerbi in positionem admittamus.

Libethrus, montis nomen, & fontis item, à quo Musæ Libethrides appellantur. Virg. Ecl. 7.

Nymphæ, noster amor, Li -- bethrides, aut mihi carmen &c.

Scribo, à quo scriba. Horatius saty. 5. lib. 2. Serm.

Scriba ex -- Quinqueuiro, coruum deludet hiantem. Scribonius proprium. Propertius libro 4.

Nec te dulce caput mater Scri -- bonia læsi.

Quibus addit Despauterius & Scriblita, hoc exemplo Martialis, quod libro tertio legitur.

Circumlata diu mensis scri -- blita secundis.

Vrebat nimio sæua calore manus. Quod tamen nõ satis probat, quoniam & positione productum uideri potest. Quanquam neq; corripiendum facilè censeo, absque exemplis antiquorum.

Sibilus, & sibilo. Virg. 2. Æneid.

Sibila-uu lambebant linguis uibrantibus ora.

Tibia, à quo tibicen. Tibiale &c. Virg.

Incipe Mænalios mecum mea tibia-uu uersus.

Tribulum, tribula, instrumentum rusticum. Idem primo Georgicorum.

Tribula-uu q; traheæq;, & iniquo pondere rastri.

Pro herba autem, siue spina, I, breue habet, ut eod. lib.

Lappæq; tribu-uu liq;, interq; nitentia culta.

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Tibur, oppidum, quæ Græcè τίβυρος, uel τίβυρα, ut apud Stephanum, uel etiam τίβουρα, ut apud Strabonem scribitur, quod eò hic addo, quòd nomen hoc uulgo per y, scribi uideam, A quo Tiburs, Tiburtius, Tiburtinus &c. Virgilius septimo Æneid.

Tela nouant, Atina potens, Ti--burq; superbum.

Et rursum.

Tum gemini fratres, Ti--burtia mœnia linquũt.

Fratris Tibur--ti dictam cognomine gentem.

Vibidius, proprium. Horatius satyra ultima.

Cum Seruilio Balatrone,

Vibidi-uu us, quos Mecœnas adduxerat umbras.

Vibex. Persius.

Si pu-

Si puteal multa cautus ui -- bice flagellas.

Viburnum. Virgilius Ecloga prima.

Quantum lenta solent inter Vi -- burna cupreßi &c. Vibius autem, quod Despauterius addit, nusquam legimus. Nam in exemplo Martialis, quod ab illo citatur, nostri libri Vebius habent, cuius exemplum suprà posuimus, & apud Statium tertio syluarum, in propemptico Celeris, non Vibia animalia, sed uilia legitur.

Notentur etiam, quæ ex coniugatione I, longum habent, ut sunt: Ibam, ibo, quibo, scibo, scibilis, et similia.

I, ante C.

I, ante C, in primis syllabis corripitur, ut frico, plico, mico &c. Virgil. 1. Æneid.

Intonuere poli, & crebris micat -υυ ignib. æther

Sic et Cicorea, apud Horat. lib. 1. Carm. Ode 31.

Me Cico -υυ rea le -υυ uesq; maluæ -υ--.

Logaœdicon Dactylicum est. Quod idem Despauterius à Columella corripi quoq; dicit, lib. decimo. Sed ipse tamen nondum inueni.

Sicamber, populus Germniæ. Claud. de bello Getico.

Agmina quinetiam flauis obiecta Si -υυ cambris.

Δίκη, Græcum, & quæ inde ueniunt, ut Prodicus, Adicus, Epidicus &c. Terenti. in Phormione.

Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam --υυ. Senarius est. Aristoph. in Nub.

Λέγοντα νικᾷν ϗ δίκαια κ᾽ἄδικα υ-υυ.

Senarius purus est. Idem in eadem fabula.

Γλῆγ ἢ πρόδικος – –, υυ – τῶν μὲν σοφίας, καὶ γνώμης. εἵνεκα σοὶ δὲ

ὅτι βρενθύει &c. Anapæsticum est Tetramet. Catalecticum. Quod exemplum eó libentius hic addidi quòd sciam & hic controuersiam inter quosdam fuisse. de nomine Prodici, utrum primam et secundam longas haberet, an easdem correptas.

Excipiuntur dico, is, tertiæ coniugat. & composita indico, edico, prædico &c. ut Æneid. 1.

Maturate fugam, regiq; hæc dicite – υυ uestro.

Cuius tamen deriuatū dicax, priorem corripit, id quod suprà quoq; indicauimus, libro secundo. Exemplū eius quod suprà omisimus, est hoc Senecæ in Medea.

Festa di – υυ cax fundat conuicia Fescenninus.

Ficus, & quæ inde ueniunt, ut ficulnus, ficedula &c. Horatius lib. 1. Serm. saty. 8.

Olim truncus eram fi – – culnus, inutile lignum.

Martialis in Xenijs.

Cærea quæ patulo lucet fi – – cedula lumbo.

Ficeliæ. Idem lib. 6.

Incolis & ueteres tu quoq; Ficeli – υυ as.

Icarus, & deriuata, ut Icariū mare, Icaria insula, Icarius pater Penelopes, à quo ipsa Icariotis apud Propertium appellatur. Ouid. 1. Fastorum.

Icarus – υυ Icari – υυ as nomine fecit aquas. Proper.

Quæq; ferunt fastus Icari – υυ oti tuos.

Ico,is,uerbum. Catullus Epigrammate ultimo.

Infestum telis icere – uu musca caput. Et Lucretius libro tertio.

Nec radicitus è uita se tollit & icit – u &c.

Licium,unde Trilicis,bilicis &c. Et titiuilicium quoq;, ut uolunt Etymologici. Virg. Eclog. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore

Licia – uu circumdo &c.

Licianus,proprium,apud Martialem libro primo.

Videbis altam Licia – – u – ne Bilbilim &c.

Licheus,infrà uide Y,ante C.

Mica,Martialis libro secundo.

Mica uo – uu cor,quæ sim,cernis,cœnatio parua.
Et Catullus de Quintia.

Nulla in tam magno est corpore mica sa – uu lis.
Pica, Martialis in Apoph.

Pica loquax certa dominum te uoce saluto.

Picus. Ouidius decimo quarto Metam.

Picus in – uu Ausonijs proles Saturnia terris,
Rex fuit. Picenũ,picens,piceminus &c. Mart.

Picen – – tina Ceres niueo sic nectare crescit.

Sica,quod duplici cc,quidam scribunt, à quo Sicarius & Sicula,ut in Martia. illo,quod suprà citauimus quoque. Inuasit medicus si – – ca phreneticus Eucli &c.
Et apud Catullum ad Ianuam.

Languidior tenera cui pendens sicula – uu beta &c.
Siciliquus,ut quidem apud Fannium ponitur.

Aderit, quem dicier audis
Sicili - uu quus, drachmæ scrupuli si adiectio fiet.
Spica, à quo Spiceus, spicifer &c. Ouid. 1. Metam.
Stabat nuda æstas, & spicea - uu serta gerebat.
Spiculum. Virglius quarto Georg.
Morsibus inspirant, & spicula - uu cæca relinquunt.
Sicilia, Sicelicus, Sicelis, Sicanius &c. Virg. 4. Eclo.
Siceli - uu des Musæ, paulo maiora canamus.
Idem libro tertio Æneid.
Sicani - uu prætenta sinu iacet insula &c.
Siculus autem, la, lum, plerumque I, breui ponitur, ut Æneidos primo.
Vix è conspectu Sicu - uu læ telluris in altum.
Sicha, proprium, apud Silium libro nono, ut
At Si - - cha auxilium, magno turbante dolore.
Et eodem.
Nec Gabari, Si - - chæq; uirum tenuere furentes.
Siconius, proprium, apud Catullum.
Sico - - ni arbitrio populi tua cana senectus
Spurcata impuris moribus intereat.
Ticinus, fluuij nomen. Silius libro primo.
Dum Romana tuæ Ti - - cine cadauera ripæ
Non capiant &c. Quanquam idem nomen apud Sidonium & recentiores correptum quoq; reperiatur. Sed Silij & ueterum authoritas præferenda ubiq; est.
Trica, æ. Seneca in Hecuba.
Parua Gortinæ sterilisq; Tricæ u - -. Sapphicũ est.
Et Martialis.

Sunt

Sunt Apinæ Tri -- cæq; & si quid uilius istis.
Tricies, Triceni, tricesimus &c. *Martial. lib. 10.*

Et *tua trice -- nos largitur sportula nummos.*
Sic & uicies, uiceni, uicesimus &c.
Idem *libro primo.*

Trice -- nos puto bis, ui -- cenos ter puto nummos.
Et *rursum.*

Non *plenum mo -- -- u do uicies u -- u -- habebas.*
Et *uicus, à quo uicinus, uicinia &c.* Horatius Epi*stola 18. lib. primo.*

Quære *peregrinum ui -- cinia rauca reclamat.*
Sic & Græcum *νίκη, quæ ab eodem ueniunt, ut* Nico*machus,* Nicander, Nicostrata, Nicolaus, Nicopolis, Ni*cæus,* Niceros, Nicecerium *& similia.*
Iuuenalis satyra tertia.

Et Ceromatico *fert ince -- teria collo.*
Martialis libro sexto.

Fragras *plumbe --, -- u a,* Nicero *u -- u -- tiana.*
Vbi alij Niceroniana, *per* N, *in antepenultima legunt.*
Et *quæ ab ἵκω, ueniunt, ut* Palici, & *si qua alia.*
Ouidius quinto Metam.

Stagna *Palico -- rum rupta feruentia terra.*
Item Icon, *quod Græcè εἰκὼν, scribitur, ut in* Epigram*matis* Græcorum, *lib. 4.*

Εἰκὼν -- τίς σ' ἀνέθηκε, τίνος χάριν, ἢ τίνι; λέξον. Et *rursum.*

Ταύτην εὐσεβίω βιζαντίας εἰκόνα -υυ ῥώμη.

Icelus autem, quod apud Ouidium lib. 11. (ut nunc quidem legitur) I, breui positum est, ut

Hūc Ice – ∪∪ lon superi, mortale Phobetra uulgus.

Apud Græcos utroq; modo usurpatum reperitur, ut in Aspide Hesiodi.

Νηχομένοις ἰκέ – ∪∪ λη δ' οἱοί δ' ἀναφλεισιοωντες. Et rursum.

Τῇ ἰκέ – ∪∪ λη, ὥστε μάχην ἐθέλουσα κορύσσεσθαι. Item in eodem carmine.

Ἴκελος – ∪∪ ἀστεροπῇ πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο. Et Iliados Ξ.

Ἴκελον – ∪∪ ἀστεροπῇ, τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι. Quo pacto fortaßis & Iconium, quod ab eadē origine, ut Stephanus docet, descendit, ponere licebit, sed de eo nihil pronuncio, quando exemplum non habeo. Sichæus autem, proprium mariti Didonis, utroq; modo apud Virg. ponitur, ut Æn. 1. At memor ille

Matris Acidaliæ paulatim abolere Si – ∪∪ chæum,
Incipit &c. Et eodem libro.

Huic coniunx Si – – chæus erat, ditißimus agri &c.
Phœnicum &cæt.

Porrò addit superioribus Despauterius &' Clitiades, ex Ouid. in Ibin, pro quo Clinades legendū est. Et Micypsa, Fausti authoritatem secutus scilicet, qui ex iunioribus nomen hoc prima longa posuit, ut in Carmine de Genuensibus.

Iam tribus exhalans natis Micypsa uocatis.

Sic enim à Despauterio allegatur. Sed nos apud Silium cuius, utpote ueteris poëtæ authoritas potior censeri debet, idem nomē prima breui positum inuenimus, ut li. 2.

Ille Iubam, Tapsumq; patrem, clarumq; Mi –uu cipsam Nomen aui &c.

Item Micylus, quod apud Ouidium 15. Metam. legitur hoc uersu.

Micylus –uu illius dijs acceptißimus æui &c.

Pro quo tamen haud scio, an Myscelus legendum sit. Ita enim Crotonis conditor apud Suidam, Comentatorem Aristoph. in Nubes, & Strabonem quoq;, libro sexto appellatur, nisi quòd in oraculo, quod apud eundē Strabonem ponitur, non Myscelus, sed Myscellus, dupli ci ll, positum est, ut

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρες, σέθεν ἄλλο μαντεύων.

Κλάσματα θηρεύεις, ὀρθὸν δ᾽ ὅτι δῶ τις ἐπαίνει. Quod & ipsum suspectum mihi est propter positionem ultimæ syllabæ, in penultimo pede. Mallemq; legere.

Μύσκελε μαντεύων βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο &c.

Sed tamen hoc doctioribus iudicandum relinquo. Micyllus autem, Lucianicum illud nomen, quod pleriq; à μικρός, deductum esse uolunt, partim propter accentum, qui in penultima eius dictionis Græcè scribitur, partim etiam ob similitudinem uocis μικύθινος, quæ i-

Phidia –υυ cus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.
Tametſi idem nomen Auſonius, prima breui poſuerit, ut in ſimulachr. Occaſionis & Pœnitentiæ.

Cuius opus Phidi –υυ æ, qui ſignũ Pallados, eius,
Quiq; Iouem fecit &c. Quod uel figuratum, uel mendoſum putandum eſt.

Et Pridie, de quo ſupra inter compoſita dictum eſt.

Excipiuntur. Gnidus, inſulæ nomen. Lucan. lib. 8.

Spirat de littore Eoo
Aura fluens, Gnidon –υυ inde fugit, claramque relinquit
Sole Rhodon &c.

Didymus, quod tamen etiam compoſitum uidetur, ex particula δι, numerali, de qua ſecundo libro dictum eſt. Ouidius 7. Metamorph.

At non Olearos, Didy –υυ neq; & Tennos & Andros. Martialis libro 3.

Plus habuit Didy –υυ mus, plus Philomelus habet. Et Didymaon, quod ab eadem origine uenit. Virgilius Æneidos quinto:

Et clypeum efferri iußit Didy –υυ maonis artes.

Fides, tertiæ & quintæ, & quæ inde fiunt, ut, Fidelis Perfidus, Fidius, Fidiculæ, Fidicina, &c. Virg. 8. Æn.

Accipe, daq; fi –υυ dem, ſunt nobis fortia bello
Pectora &c. Horatius in arte.

Muſa dedit fidi –υυ bus diuos, pueroſq; deorum
Et iuuenum curas, & libera Vina referre.

Virgilius quarto Æneidos:

Dißimulare etiam sperasti perfide -uu tantum.
Posse nefas &c. Ouidius 6. Fastorum:

Quærebam Nonas, Sancto, Fidi -uu óne referrem
&c. Cætera exemplis non egent.

At fido cum compositis, Diffido, Confido, ut & Fidus, Infidus, Fiducia &c. ad regulam pertinent, & I, longum habent. Virgilius 1. Æneidos:

Tantá ne uos generis tenuit fiducia -uu uestri?

Fidelia, uasis nomen. Persius satyra 3.

Respondet uiridi percussa fi -uu delia limo.

Fidena, loci nomen. Virgilius 6. Æneidos:

Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemque Fi - uu
denam &c.

Idem, neutri generis, de quo libro 2. dictum est.

Ideo, coniunctio, quæ ex compositione noscitur.

Idume, urbs Iudeæ. Lucanus libro 3.

Gazáq; & arbusto palmarum diues I -uu dume.

Idoneus. Horatius in arte:

Aut simul & iucunda, & I -uu donea dicere uitæ.

Idasmenus proprium. Statius 7. Thebaid.

Processere Meias, & I -uu dasmenus, incipit hasta &c.

Midas. Statius libro 2. Syluarum:

Viue Mi -uu da gazis, & Lydo ditior auro.

Quidem, coniunctio. Ouidius 1. Metamorph.

Ille qui. -uu dē obsequitur sed te decōr esse quod optas.

Sidi-

Sidicinus. Silius libro 5.

Nec Sidi –υυ cina cohors desit, Viridasius armat
Mille uiros &c.

Video, cuius exempla nota sunt.

Viduus. Horatius libro 1. Carm. Ode 10.

Voce dū ter –υ–– ret uiduus –υυ– pharetra,
Risit Apollo. Choriambici sunt.

Sic & Viduo, as, are, &c.

His Vidulus quoq; à Despauterio annumeratur, ex authoritate Sulpitij, qui omnia ea, quæ V, consonantē ante I, habent, producere eandem uocalem tradit. Cui nonnihil astipulari uidetur Trimeter ille in argumento Plautinæ comediæ, quæ Rudens inscribitur, puta,

Reti pisca ––,–– tor de mari ex ––υ– traxit Vi
du ––υυ lum, dum tamen hypermetrum esse sinamus.

At contrà, in eadem fabula plurimi alij sunt, Trimetri & Tetrametri, quibus eadem dictio I, longum habere probatur. Vt Actus quarti, scena septima.

Quid est negoci Gripe, de illo uidulo ––υυ. Et:
Tuū esse nihilò magis oportet Vidulū ––υυ Et:
At ego deos quæ υυυυ,–– so, ut quicquid in il ––,
υυ– lo Vidulo est ––υ–. Qui omnes Senarij sunt. Item actu quinto, scena tertia:

Perij cum mentionem
Fieri audio us υυ–,υ– quam Viduli ––,υ–
quasi palo pectus tundat. Et:

Rete,

Rele, atq; exce – –, – – pi uidulum – –, ∪ – tradere negatis quicquam. Et:

Si quis perdide – –, – ∪∪ rit uidulum – –, ∪ – cum auro atq; argento multo &c. qui Iambici Tetrametri Catalectici sunt. Quare superiorem illum uersum, quem ex argumento fabulæ huius citauimus, aut corruptum esse putandum est, aut alio aliquo pacto scandendum.

Sidonius quoque, sunt, qui uariari dicunt, sed exempla desiderantur.

De compositis, ut sunt, Tridens, Bidens, Triduum, Biduum &c. libro secundo diximus.

I, ante F.

Nullum simplex est, quod I, ante F, in prima syllaba habeat, præterquam Tifata, quod & Tiphata scribitur, montis nomen in Campania, cuius exemplũ infrà uide. Composita autem, ut, Triformis, Trifolium &c. ex regula generali cognoscuntur.

I, ante G.

I, in primis syllabis ante G, corripitur, ut, Vigeo, Rigeo, Niger, Nigrico, Piger, Pigresco, Ligo, Migro, & similia. Manilius libro 3.

Sed tempore sedes

Nascentum acciperent proprias, signisq; mi – ∪∪ grarent. Et Lucretius libro 2.

Inq; locum quando remi – ∪∪ grant, fit blanda uoluptas.

Sic & Tigillum, à Tignus uel Tignum. Tametsi Priscianus uelit, deriuata huiusmodi, quæ in GNVM, uel GNVS, exeunt, quale & Tignum à tegendo dictum, uolunt esse etymologici, penultimam natura longã habere. Catullus ad Ianuam:

Nec populũ auscultare, sed hinc suffixa ti -uu gillo.
Tantum operire soles, aut aperire fores.

Excipiuntur, Digentia, fluuij nomen, apud Horatium Epistola 19. ut:

Me quoties reficit gelidus Di -- gentia riuus,
Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus &c.

Fligo uerbum, à quo Affligo, Infligo &c. Claudianus:

Flectit & assuetum spolijs, affligit e -uu gestas.

Figo, & quæ inde ueniunt. Affigo, Infigo, Refigo &c. Ouidius primo Metamorph.

Filius hinc Veneris fi -- gat tuus omnia Phœbe,
Te meus arcus ait &c.

Frigus, & quæ ab eo descendunt, Frigeo, Frigero, Refrigero &c. Virgilius 1. Æneidos:

Extemplo Æneæ soluuntur frigore -u u mẽbra.

Sic & frigo, is, uerbum poni uolunt, cuius tamen exemplum in promptu non habeo.

Sigæum, quod à Græco σιγὴ profectum uidetur. Lucanus libro 9.

Sigæ -- asq; petit formæ mirator arenas.

Sigercus apud Martialem libro 4.

Sigere -uu osq; modos, Partheniosq; sonas,

Sic

ueniunt. Horatius satyra prima:

Iam satis est ne me Crispini scrinia lippi
Compi -- lasse putes &c. Ouid. 13. Metamor.
Expi -- latq; genis oculos, facit ira ualentem.

Lucretius libro 6.

Fluctibus aduersis oppila -- re hostia contra &c.

Item Pileus, tegumentum capitis, quod & pileum neutro genere dicitur, à quo Pileolus. Horatius:

Vt cum pileo -uu lo soleas conuiua tribulis &c.

& Persius satyra 5.

Hæc mera libertas, hanc nobis pilea -uu donant.

Pilumnus. Virgilius 10. Æneidos:

Cui Pi -- lumnus auus, cui diua Venilia mater.

Idem libro 8.

Castam ducebant sacra per urbem
Pilen -- tis matres in mollibus &c.

Quæ exempla tot, eò hic addidi, quòd sciam in his uocibus propter similitudinem literarum faciles esse lapsus.

Excipiuntur primo, quæ habent S, uel T, ante I, ut, Sileo, Stilus, Tilia. Ouidius 8. Metamorph.

Quoq; minus dubites tili -uu æ cōtermina quercus
Collibus est Phrygijs.

Notatis tamen, Silius, quod proprium poëtæ est. Martialis libro 11.

Silius -uu hæc magni celebrat monumenta Maronis &c.

Silenus. Virgilius ecloga 6.

Sile

Sile -- num pueri somno uidere iacentem.
Smilax. Ouidius:

Et crocon in paruos, uersum cum Smilace -uu flores &c.

Psilothrum. Martialis libro 3.

Psilo -- thro faciemq; lauas & dropace caluã etc.
Et Scilicet, quod compositũ est, quare de eo suprà li. 2. II. Excipiuntur hæc Cilium, à quo super- (uide. cilium &c. Author Priapeiorum:

Conueniens Latio pone supercilium.

Cilicia, Cilix, Cilissa &c. Iuuenalis:

Sic pugnas Cili -uu cis laudabat &c.

Filix. Virgilius 2. Georg.

Et Fili -uu cem curuis inuisam pascit aratris.

Gilippus proprium. Idem 12. Æneidos.

Quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gi -uu lippo.

Quanquam dubito an per Y, à principio scribendum potius sit.

Hilaris, unde Hilarius. Terentius in Adelph.

I ergo intro, & cui opus --, -uu est rei, hilarem hunc su -uu, -- mamus diem. Senarius est.

Ilerda, oppidum Hispaniæ Silius libro 10.

Tum Lamus & Sicoris proles bellacis I -uu lerda.

Ilertes proprium, apud eundem libro 3.

Consilio uiridis, sed bello ferus I -uu lertes.

Ilaira. Propertius libro 1.

Senarius purus est. Idem in eadem fabula.

Πλὴν ἢ προδίκῳ – –,υυ– τῶ μὲν σοφίας, καὶ γνώμης. εἵνεκα σοὶ δὲ

ὅτι βρενθύει &c. Anapæsticum est Tetramet. Catalecticum. Quod exemplum eó libentius hic addidi quòd sciam & hic controuersiam inter quosdam fuisse de nomine Prodici, utrum primam et secundam longas haberet, an easdem correptas.

Excipiuntur dico, is, tertiæ coniugat. & composita indico, edico, prædico &c. ut Æneid. 1.

Maturate fugam, regiq; hæc dicite –υυ uestro.

Cuius tamen deriuatũ dicax, priorem corripit, id quod suprà quoq; indicauimus, libro secundo. Exemplũ eius quòd suprà omisimus, est hoc Senecæ in Medea.

Festa di –υυ cax fundat conuicia Fescenninus.

Ficus, & quæ inde ueniunt, ut ficulnus, ficedula &c. Horatius lib. 1. Serm. saty. 8.

Olim truncus eram fi – – culnus, inutile lignum.

Martialis in Xenijs.

Cærea quæ patulo lucet fi – – cedula lumbo.

Ficeliæ. Idem lib. 6.

Incolis & ueteres tu quoq; Ficeli –υυ as.

Icarus, & deriuata, ut Icariũ mare, Icaria insula, Icarius pater Penelopes, á quo ipsa Icariotis apud Propertium appellatur. Ouid. 1. Fastorum.

Icarus –υυ Icari –υυ as nomine fecit aquas. Proper.

Quæq; ferunt fastus Icari –υυ oti tuos.

Ico,is,uerbum. Catullus Epigrammate ultimo.

Infestum telis icere -uu musca caput. Et Lucretius libro tertio.

Nec radicitus è uita se tollit & icit -u &c.

Licium,unde Trilicis,bilicis &c. Et titiuilicium quoq́, ut uolunt Etymologici. Virg. Eclog. 8.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore

Licia -uu circumdo &c.

Licianus,proprium,apud Martialem libro primo.

Videbis altam Licia --u- ne Bilbilim &c.

Licheus,infrà uide Y,ante C.

Mica,Martialis libro secundo.

Mica uo-uu cor,quæ sim,cernis,cœnatio parua.

Et Catullus de Quintia.

Nulla in tam magno est corpore mica sa -uu lis.

Pica, Martialis in Apoph.

Pica loquax certa dominum te uoce saluto.

Picus. Ouidius decimo quarto Metam.

Picus in-uu Ausonijs proles Saturnia terris,

Rex fuit. Picenū,picens,piceninus &c. Mart.

Picen-- tina Ceres niueo sic nectare crescit.

Sica,quod duplici cc,quidam scribunt, à quo Sicarius & Sicula,ut in Martia. illo,quod suprà citauimus quoque. Inuasit medicus si -- ca phreneticus Eucli &c.

Et apud Catullum ad Ianuam.

Languidior tenera cui pendens sicula-uu beta &c.

Siciliquus,ut quidem apud Fannium ponitur.

Aderit, quem dicier audis

Sicili -uu quus, drachmæ scrupuli si adiectio fiet.

Spica, à quo Spiceus, spicifer &c. Ouid. 1. Metam.

Stabat nuda æstas, & spicea -uu serta gerebat.

Spiculum. Virgilius quarto Georg.

Morsibus inspirant, & spicula -uu cæca relinquunt.

Sicilia, Sicelicus, Sicelis, Sicanius &c. Virg. 4. Eclo.

Siceli -uu des Musæ, paulo maiora canamus.

Idem libro tertio Æneid.

Sicani -uu prætenta sinu iacet insula &c.

Siculus autem, la. lum. plerumque I, breui ponitur, ut Æneidos primo.

Vix è conspectu Sicu -uu læ telluris in altum.

Sicha, proprium, apud Silium libro nono, ut

At Si -- cha auxilium, magno turbante dolore.

Et eodem.

Nec Gabari, Si -- chæq; uirum tenuere furentes.

Siconius, proprium, apud Catullum.

Sico -- ni arbitrio populi tua cana senectus

Spurcata impuris moribus intereat.

Ticinus, fluuij nomen. Silius libro primo.

Dum Romana tuæ Ti -- cine cadauera ripæ

Non capiant &c. Quanquam idem nomen apud Sidonium & recentiores correptum quoq; reperiatur. Sed Silij & ueterum authoritas præferenda ubiq; est.

Trica, æ. Seneca in Hecuba.

Parua Gortinæ sterilisq; Tricæ u--. Sapphicũ est.

Et Martialis. Sunt

Sunt Apinæ Tri -- cæq; & si quid uilius istis.

Tricies, Triceni, tricesimus &c. Martial. lib. 10.

Et tua trice -- nos largitur sportula nummos.

Sic & uicies, uiceni, uicesimus &c.

Idem libro primo.

Trice -- nos puto bis, ui -- cenos ter puto nummos.

Et rursum.

Non plenum mo -- -- u do uicies u -- u -- habebas.

Et uicus, à quo uicinus, uicinia &c. Horatius Epistola 15. lib. primo.

Quære peregrinum ui -- cinia rauca reclamat.

Sic & Græcum νίκη, *quæ ab eodem ueniunt, ut* Nicomachus, Nicander, Nicostrata, Nicolaus, Nicopolis, Nicæus, Niceros, Niceterium *& similia.*

Iuuenalis satyra tertia,

Et Ceromatico fert ince -- teria collo.

Martialis libro sexto.

Fragras plumbe --, -- u a, Nicero u -- u -- tiana.

Vbi alij Niceroniana, *per* N, *in antepenultima legunt.*

Et quæ ab ἵκω, *ueniunt, ut* Palici, *& si qua alia.*

Ouidius quinto Metam.

Stagna Palico -- rum rupta feruentia terra.

Item Icon, quod Græcè εἰκὼν, *scribitur, ut in Epigrammatis Græcorum, lib. 4.*

Εἰκὼν -- τίς σ᾽ ἀνέθηκε, τίνος χάριν, ἢ τίνι; λέξον. Et rursum.

Ταύτην εὐσεβίῃ Βυζαντίας εἰκόνα -- υυ ῥώμη.

Icelus autem, quod apud Ouidium lib. 11. (ut nunc quidem legitur) I, breui positum est, ut

Hūc Ice – ∪∪ lon superi, mortale Phobetra uulgus.

Apud Græcos utroq; modo usurpatum reperitur, ut in Aspide Hesiodi.

Νηχομένοις ἰκέ – ∪∪ λη δ' οἱοὶ δ' ἀναΐσσοντες. Et rursum.

Τῷ ἰκέ – ∪∪ λη, ὥστε μάχην ἐθέλουσα κορύσσεσθαι. Item in eodem carmine.

Ἴκελος – ∪∪ ἀστεροπῇ πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο. Et Iliados Ξ.

Ἴκελον – ∪∪ ἀστεροπῇ, τῷ δ' οὔθεμις ἐστὶ μιγῆναι. Quo pacto fortaßis & Iconium, quod ab eadē origine, ut Stephanus docet, descendit, ponere licebit, sed de eo nihil pronuncio, quando exemplum non habeo. Sichæus autem, proprium mariti Didonis, utroq; modo apud Virg. ponitur, ut Æn. 1. At memor ille

Matris Acidaliæ paulatim abolere Si – ∪∪ chæum,

Incipit &c. Et eodem libro.

Huic coniunx Si – – chæus erat, ditißimus agri &c.

Phœnicum & cæt.

Porrò addit superioribus Despauterius & Clitiades, ex Ouid. in Ibin, pro quo Climades legendū est. Et Micypsa, Fausti authoritatem secutus scilicet, qui ex iunioribus nomen hoc prima longa posuit, ut in Carmine de Genuensibus.

Iam tribus exhalans natis Micypsa uocatis.

Sic enim à Despauterio allegatur. Sed nos apud Silium cuius, utpote ueteris poëtæ authoritas potior censeri debet, idem nomẽ prima breui positum inuenimus, ut li. 2.

Ille Iubam, Tapsumq́; patrem, clarumq́; Mi –υυ ci psam Nomen aui &c.

Item Micylus, quod apud Ouidium 15. Metam. legitur hoc uersu.

Micylus –υυ illius dijs acceptißimus æui &c.

Pro quo tamen haud scio, an Myscelus legendum sit. Ita enim Crotonis conditor apud Suidam, Comentatorem Aristoph. in Nubes, & Strabonem quoq;, libro sexto appellatur, nisi quòd in oraculo, quod apud eundẽ Strabonem ponitur, non Myscelus, sed Myscellus, dupli ci ll, positum est, ut

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρες, σέθεν ἄλλο μαντεύων·

Κλάσματα θηρεύεις, ὀρθόν δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει. Quod & ipsum suspectum mihi est propter positionem ultimæ syllabæ, in penultimo pede. Mallemq́; legere.

Μύσκελε μαντεύων βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο &c.

Sed tamen hoc doctioribus iudicandum relinquo. Micyllus autem, Lucianicum illud nomen, quod pleriq; à μικρός, deductum esse uolunt, partim propter accentum, qui in penultima eius dictionis Græcè scribitur, partim etiam ob similitudinem uocis μικύθινος, quæ i-

Phidia –vu cus signo se Iuppiter ornat eburno.
Tametsi idem nomen Ausonius, prima breui posuerit, ut in simulachr. Occasionis & Pœnitentiæ.

Cuius opus Phidi –vu æ, qui signũ Pallados, eius,
Quiq; Iouem fecit &c. Quod uel figuratum, uel mendosum putandum est.

Et Pridie, de quo suprà inter composita dictum est.

Excipiuntur, Gnidus, insulæ nomen. Lucan. lib. 8.

...Spirat de littore Eoo
Aura fluens, Gnidon –vu inde fugit, claramque relinquit
Sole Rhodon &c.

Didymus, quod tamen etiam compositum uidetur, ex particula δι, numerali, de qua secundo libro dictum est. Ouidius 7. Metamorph.

At non Olearos, Didy –vu meq; & Tennos & Andros. Martialis libro 3.

Plus habuit Didy –vu mus, plus Philomelus habet. Et Didymaon, quod ab eadem origine uenit. Virgilius Æneidos quinto:

Et clypeum efferri iußit Didy –vu maonis artes.

Fides, tertiæ & quintæ, & quæ inde fiunt, ut, Fidelis Perfidus, Fidius, Fidiculæ, Fidicina, &c. Virg. 8. Æn.

Accipe, daq; fi –vu dem, sunt nobis fortia bello
Pectora &c. Horatius in arte.

Musa dedit fidi –vu bus diuos, pueros'q; deorum
Et iuuenum curas, & libera Vina referre.

Virglius quarto Æneidos:

Dißiumlare etiam sperasti perfide -uu tantum.
Posse nefas &c. Ouidius 6. Fastorum:

Quærebam Nonas, Sancto, Fidi -uu óne referrem &c. Cætera exemplis non egent.

At fido cum compositis, Diffido, Confido, ut & Fidus, Infidus, Fiducia &c. ad regulam pentment, & I, longum habent. Virglius 1. Æneidos:

Tantá ne nos generis tenuit fiducia -uu uestri?

Fidelia, uasis nomen. Persius satyra 3.

Respondet uiridi percussa fi -uu delia limo.

Fidena, loci nomen. Virglius 6. Æneidos:

Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemque Fi -uu denam &c.

Idem, neutri generis, de quo libro 2. dictum est.

Ideo, coniunctio, quæ ex compositione noscitur.

Idume, urbs Iudeæ. Lucanus libro 3.

Gazáq; & arbusto palmarum diues I -uu dume.

Idoneus. Horatius in arte:

Aut simul & iucunda, & I -uu donea dicere uitæ.

Idasmenus proprium. Statius 7. Thebaid.

Processere Melas, & I -uu dasmenus, incipit hasta &c.

Midas. Statius libro 2. Syluarum:

Viue Mi -uu dæ gazis, & Lydo ditior auro.

Quidem, coniunctio. Ouidius 1. Metamorph.

Ille qui -uu dē obsequitur sed te decor esse quod optas.

Sidi.

Sidicinus. Silius libro 5.

Nec Sidi -uu cina cohors desit, Viridasius armat
Mille uiros &c.

Video, cuius exempla nota sunt.

Viduus. Horatius *libro 1. Carm. Ode 10.*

Voce dũ ter -u-- ret uiduus -uu- pharetra,
Risit Apollo. Choriambici *sunt.*

Sic & Viduo, as, are, &c.

His Vidulus quoq; à Despauterio annumeratur, ex authoritate Sulpitij, qui omnia ea, quæ V, consonantẽ ante I, habent, producere eandem uocalem tradit. Cui nonnihil astipulari uidetur Trimeter ille in argumento Plautinæ comediæ, quæ Rudens inscribitur, puta.

Reti pisca --, -- tor de mari ex --u- traxit Vi du --uu lum, dum tamen hypermetrum esse sinamus.
At contrà, in eadem fabula plurimi alij sunt, Trimetri & Tetrametri, quibus eadem dictio I, longum habere probatur. Vt Actus quarti, scena septima.

Quid est negocî Gripe, de illo uidulo --uu. Et:
Tuũ esse nihilo magis oportet Vidulũ --uu Et:
At ego deos quæ uuuu, -- so, ut quicquid in il --, uu- lo Viduloest --u-. Qui omnes Senarij sunt. Item actu quinto, scena tertia:

Perij cum mentionem
Fieri audio us uu-, u- quam Viduli --, u- quasi palo pectus tundat. Et:

Rele,

Rele,atq; exce --,-- pi uidulum --,u- tra dere negatis quicquam. Et:

Si quis perdide --,-uu rit uidulum --,u- cum auro atq; argento multo &c. qui Iambici Tetrametri Catalectici sunt. Quare superiorem illum uersum, quem ex argumento fabulæ huius citauimus, aut corruptum esse putandum est, aut alio aliquo pacto scandendum.

Sidonius quoque, sunt, qui uariari dicunt, sed exempla desiderantur.

De compositis, ut sunt, Tridens, Bidens, Triduum, Biduum &c. libro secundo diximus.

I, ante F.

Nullum simplex est, quod I, ante F, in prima syllaba habeat, præterquam Tifata, quod & Tiphata scribitur, montis nomen in Campania, cuius exemplū infrà uide. Composita autem, ut, Triformis, Trifolium &c. ex regula generali cognoscuntur.

I, ante G.

I, in primis syllabis ante G, corripitur, ut, Vigeo, Rigeo, Niger, Nigrico, Piger, Pigresco, Ligo, Migro, & similia. Manilius libro 3.

Sed tempore sedes

Nascentum acciperent proprias, signisq; mi -uu grarent. Et Lucretius libro 2.

Inq; locum quando remi -uu grant, fit blanda uoluptas.

Sic

Sic & Tigillum, à Tignus uel Tignum. Tametsi Priscianus uelit, deriuata huiusmodi, quæ in GNVM, uel GNVS, exeunt, quale & Tignum à tegendo dictum, uolunt esse etymologici, penultimam natura longā habere. Catullus ad Ianuam:

Nec populū auscultare, sed hinc suffixa ti –vu gillo.
Tantum operire soles, aut aperire fores.

Excipiuntur, Digentia, fluuij nomen, apud Horatium Epistola 19. ut:

Me quoties reficit gelidus Di –– gentia riuus,
Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus &c.

Fligo uerbum, à quo Affligo, Infligo &c. Claudianus:

Flectit & assuetum spolijs, affligit e –vu gestas.

Figo, & quæ inde ueniunt. Affigo, Infigo, Refigo &c. Ouidius primo Metamorph.

Filius hinc Veneris fi –– gat tuus omnia Phœbe,
Te meus arcus ait &c.

Frigus, & quæ ab eo descendunt, Frigeo, Frigero, Refrigero &c. Virgilius 1. Æneidos:

Extemplo Æneæ soluuntur frigore –v u mēbra.

Sic & frigo, is, uerbum poni uolunt, cuius tamen exemplum in promptu non habeo.

Sigæum, quod à Græco σιγῶ profectum uidetur. Lucanus libro 9.

Sigæ –– asq; petit formæ mirator arenas.

Sigercus apud Martialem libro 4.

Sigere –vu osq; modos, Partheniosq; sonas,

Sid

Sic enim uulgo legitur, tametsi sint, qui malint,

Saturiosq; modos &c.

Stigo, uetus uerbum, á quo Instigo, Vestigo *&c.* Virgilius *in* Aetna:

Pressosq; *instigant -- agmine uentos &c.*

Viginti, Triginta, *& quæ inde ueniunt.* Ouidius *in* Epist. Bris.

Vign -- *ti fuluos operoso ex ære lebetes.* Vir. 5. Aen.

Trign -- *ta capitum fœtus enixa iacebit &c.*

Strigilis *autem utroque modo ponitur.* Persius:

I *puer, & strigi -vu les crispini ad balnea defer.*

Iuuenalis *satyra* 3.

Sonat undis

Strigli -vu bus, pleno componit lintea gutto.

Liger Ligeris, *quod fluuij Gallici nomen est, ad regulam pertinet.* Vt *&* Liger, *ri, proprium uiri, apud* Virgilium. *Neque enim hic obstat, quod idem nomen apud* Strabonem *lib. 4. per* ει, *diphthongũ* λέιγηρ, *scribitur.* Nam Strabonis *scriptura illa, Latinarum uocaliũ sono, non item quantitati accommodata est,* Deinde *neq; ex ulla Græca origine sumpta.* De *qua re suprà quoq; lib. 2. nonnihil diximus.* Exemplum *fluuij habes, apud* Tibullum *libro* 1. Elegia 7. *ut:*

Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,

Carmoti & flaui cerula lympha Li -vu ger.

Virgilius *autem* Aeneidos 10.

Dicta uolũt Lige – uu ri, sed nõ et Troïus heros &c.

I, ante L.

I, ante L, in primis syllabis producitur, ut, Nilus, Hi lum. Lucretius libro 3.

Nil igitur mors est, ad nos neq; pertinet Hilum – u: Miletus. Martialis libro 8.

Nec Mi – – letus erat uellere digna tuo.

Ilithya, Dea quæ parturientibus præest. Ouid. 9. Meta.

Præpositam timidis parientibus Ili – – thyam.

Sic & Pilum, pro telo Romano, & quæ inde ueniunt, ut, Pilatus, Primipilus, Primipilaris &c. Virg. 7. Aen.

Pila ma – uu nu, sæuosq; gerunt in bella dolones.

Martialis libro 10.

Et pi – – lata redit iamq;, subitq; cohors.

Pila, quando columnam, uel molem, quæ in aquam demittitur, significat, ut, Aeneidos 9.

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam Saxea pila ca – uu dit &c. Et Horat. satyra 4.

Nulla taberna meos habeat, neq; pila li – uu bellos.

In qua significatione Despauterius putabat per Y, Græcum scribendum esse, cuius ipse rationem nullam uideo. Nam Græcum πύλη portam significat, & Y, corripit, ut infrà patebit.

Pilo, as, uerbũ, quod à Græco πιλέω deductum nonnulli uolunt, quod constringo, & coarcto, item explano atq; æquo significat. Vnde compilo, & Expilo, pro diripio, & spolio. Oppilo, pro obturo & occludo &c.

ueniunt. Horatius satyra prima:

Iam satis est ne me Crispini scrinia lippi
Compi -- lasse putes &c. Ouid. 13. Metamor.
Expi -- latq; genis oculos, facit ira ualentem.

Lucretius libro 6.

Fluctibus aduersis oppila -- re hostia contra &c.

Item Pileus, tegumentum capitis, quod & pileum neutro genere dicitur, à quo Pileolus. Horatius:

Vt cum pileo -uu lo soleas conuiua tribulis &c.

& Persius satyra 5.

Hæc mera libertas, hanc nobis pilea -uu donant.

Pilumnus. Virgilius 10. Æneidos:

Cui Pi -- lumnus auus, cui diua Venilia mater:

Idem libro 8.

Castam ducebant sacra per urbem
Pilen -- tis matres in mollibus &c. Quæ exempla tot, eò hic addidi, quòd sciam in his uocibus propter similitudinem literarum faciles esse lapsus.

Excipiuntur primo, quæ habent S, uel T, ante I, ut, Silco, Stilus, Tilia. Ouidius 8. Metamorph.

Quoq; minus dubites tili -uu æ cōtermina quercus
Collibus est Phrygijs.

Notatis tamen, Silius, quod proprium poëtæ est. Martialis libro 11.

Silius -uu hæc magni celebrat monumenta Maronis &c.

Silenus. Virglius ecloga 6.

Sile

Sile -- num pueri somno uidere iacentem.
Smilax. Ouidius:

Et crocon in paruos, uersum cum Smilace -uu flores &c.

Psilothrum. Martialis libro 3.

Psilo -- thro faciemq; lauas & dropace caluā etc.

Et Scilicet, quod compositū est, quare de eo suprà li. 2. 11. Excipiuntur hæc Cilium, à quo super- (uide. cilium &c. Author Priapeiorum:

Conueniens Latio pone supercilium.

Cillicia, Cilix, Cilissa &c. Iuuenalis:

Sic pugnas Cili -uu cis laudabat &c.

Filix. Virgilius 2. Georg.

Et Fili -uu cem curuis inuisam pascit aratris.

Gilippus proprium. Idem 12. Æneidos.

Quos fida crearat

Vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gi -uu lippo.

Quanquam dubito an per Y, à principio scribendum potius sit.

Hilaris, unde Hilarius. Terentius in Adelph.

I ergo intro, & cui opus --, -uu est rei, hilarem hunc su -uu, -- mamus diem. Senarius est.

Ilerda, oppidum Hispaniæ Silius libro 10.

Tum Lanus & Sicoris proles bellacis I -uu lerda.

Ilertes proprium, apud eundem libro 3.

Consilio uiridis, sed bello ferus I -uu lertes.

Ilaira. Propertius libro 1.

Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe
Pollucem cultu non Ila -vv ira soror.

Lilæus proprium, & Lilæa. Silius libro 14.
Quàm rapidis puppē manibus, frenare Li-vv læus
Dum tentat &c. Statius 7. Thebaid.
Coryciumq; nemus propellentemq; Li-vv læam
Cephisi glaciale caput &c.

Lilybæum. Virgilius 3. Æneidos:
Et uada dura lego saxis Lily -vv bæia cæcis.

Milium. Martialis li. 12.
Frumentū, mili -vv um, Ptisanāq;, fabāmq; solebas
Vendere pragmaticus, nunc emis agricola.

Milo proprium. Ouidius 15. Metamorph.
Robora fletq; Mi -vv lon senior, cū spectat inanes
Illos qui fuerant &c.

Pilus, pro seta uel crine, à quo Depilo uerbū. Catullus:
Prætor nec faceret pili v-v- cohortem.
Martialis libro 9.
Cū depila --v- tos Chreste coleos portes. Scazō est.

Pila, sphæra qua luditur, aut si quid aliud in eum modū collectum est. Horatius in arte:
Indoctusq; pi -vv læ, discive, trochive quiescit etc.

Piletus proprium. Statius libro 2. syluarum.
Pone precor, quæstus, altum tibi fata Pi -vv letū,
Forsan & ipse dabit &c.

Philyar, à quo Philyrides, & Philyreius, de quibus libro secundo dictum est.

Philene, loci nomen, apud Statium libro 4. Thebaid.

Sensit scopulosa Phi –uu lene
Fletaq; cognatis auibus Meleagria pleuron.

Et Philæ, apud Lucanum libro 10.

Qua dirimunt Arabum populis, Ægyptia rura
Regni claustra Phi –uu læ.

Nisi quis Pylæ legendum comendat, quod quosdam malle uideo. Item Philetas, poëtæ nomen. Propertius libro 3.

Callimachi manes & Coï sacra Phi –uu letæ.

Et quæ alia à Græco φίλος, siue φιλεῖν descendunt, ut, Philo, Philippus, Philoponus, Philosophus, Philænis, Philomela, Philoctetes &c.

Tametsi Græcum ipsum, φίλος, etiam longa I, positum alicubi reperiatur. Vt Iliados quinto:

φίλε κα –uu σίγνητ' ἐκκόμισόν τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους &c.

Sed eâ Græcorum est licentia, qua non in hac tantum uoce, sed in alijs quàmplurimis uti illos uidemus. Exempla autem paßim obuia sunt. Virgilius 3. Æneidos:

Parua Phi –uu loctetæ subnixa petilia muro.

Iuuenalis satyra 7.

Præfectus Pelopea facit, philo –uu mela tribunos.

Martialis libro 1.

Oculo Philæ uu–, u– nis semper altero plorat.

Scazon est, & id genus alia. Sic & quæ eandem dictionem in posteriore compositi parte habent, ut, Oenophilus, Theophilus &c, ut:

Haec est illa tibi promissa Theophila – uu canl. Vbi illud quoque notandum obiter, secundam syllabam in Theophila, contra communem aliorum compositorum, de quibus suprà libro 2. diximus, analogum productam esse, quod Despauterius, propter Graecam aspiratam φ, uolebat factum putari, quasi & aspirationes interdum uim consonantis haberent, quod ipse in medio relinquo.

Ilißus autem, quod fluuij nomen est, uariari uolunt, idemq; esse Helisos, et Ilissus, quorum alterum prima breui, alterum, eadem longa, apud Statium ponitur, quod neque ipsum quomodo asseram, habeo. Nam in 12. Thebaidos. Vbi Ilissus ponitur I, ante L, longa, certum est de fluuio Atticae regionis dici, cuius & Plato, & post eum Cicero meminere, qui ἰλισσός Graece scribitur. At in quarto. Vbi Helisos ponitur E, ante L, breui, Arcadiae & eorum quae circa sunt, fluuiorum ac fontium mentio fit. Quare mallem equidem, pro diuersis accipere Helison & Ilissum hunc Atticae, ut certum est, illum autem Arcadiae, pro eo qui à Strabone ἑλίσσων appellatur libro octauo. Nam & nomen ipsum, cum descriptione conuenit, est enim ἑλίσσειν, rotare, & circumuoluere, quod poëta, exprimere uolens, dixit

Et anfractum riparum incuruus Helissos &c.

Vtrunq; exemplum habes suprà in dictione Helisos.

I, ante M.

I, ante M, in primis syllabis, si uox disyllaba sit, producitur, ut, Limus, á quo Illimis, Sublimis, Oblimo etc. Limen, à quo Elimino, Rima, Mimus, Primus, Simus, Cimex, & similia. Martialis libro 11.

Et teges & Ci -- mex, & nudi sponda grabati.

Virgilius.

Dum tenera attondunt si -- mæ uirgulta capellæ: Sic & Simius, & Similus, quæ à Simus deducuntur. Martialis in Apoph.

Callidus emissas eludere Simius -υυ hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Virgilius in Moreto:

Similus -υυ exigui cultor cū rusticus horti &c.

Et τιμὴ Græcam, quæq; inde ueniunt, ut, Timagenes, Timarchus, Timæus, Timotheus &c. Horatius:

Rupit Hierbitā Ti -- magenis æmula linguā &c.

Et Climax, quo nomine scalæ significantur, ut apud Homerum Odyß. K & M.

Αὐοῤῥον καταβῆναι, ἰὼν ἐς κλίμακα -υυ μακρήν.

Vnde in eam opinionem uenio, ut dubitem, an etiam Clima uerbale, à quo superius hoc deriuatum uidetur, eandem syllabā longam habeat. Quanquam suprà diuersum tradiderim & ipsum uerbi præteritum, κέκλιμαι, unde κλιμα formatur, pariter ex regula, quæ est apud Theodor. libro 3. penultimam breuem habeat, & apud Homerum quoq; eodem modo ponatur. Vt Odiß. 1.

φύλλωμ κεκλιμὲ -υυ νωμ χθαμαλαὶ βεβλῆα τοῖυναι. Sed me nonnihil mouent & Cline, & quæ ab eodem ueniunt, ut, Triclinium, Hexaclinum &c. quæ ipsa quoque ab eodem uerbo descendentia, I, ante N, longa, apud Latinos usurpantur, ut in sequentibus apparebit.

Excipiuntur Fimus. Virgilius 1. Georg.

Ne saturare fi -υυ mo pingui pudeat sola &c.

Mimas, montis nomen, & gigantis. Ouid. 2. Metamor.

Et tandē niuibus Rhodope caritura Mi -υυ masq;.

Horatius libro Carm. 3. Ode 4.

Sed quid Tipho --υ- eus, & ualide --υυ dus Mimas -υ-. Epionicum Alcaicum est.

Nimis aduerbium, à quo & Nimium. Terent. in Andr.

Apprime in uita esse utile, ut ne quid nimis --υυ. Senarius est.

Simo proprium. Horatius in Arte:

Pythias emuncto lucrata Si -υυ mone talentum.

Simul. Virgilius 4. Æneidos:

Quam simul -υυ ac tali persensit peste teneri.

In Polysyllabis autē I, ante M, à principio dictionis fermè corripitur, ut, Chimæra, Timetes, Timanes, Simois, Stimico, apud Vir. Ecloga 5. &c. Virg. 6. Æn.

Horrendum stridens, flammisq; armata Chi -υυ mæra. Idem Æneidos 2.

Et molem mirantur equi, primusq; Ti -υυ metes.

Valerius libro 4.

Hospi-

Hostilis hic primum monitus rediere Ti – ∪∪ man tis. Quo nomine & athleta quidam fuit, cuius Suidas meminit, qui se ipsum in ignem praecipitauit, postquam uires suas amisisset. Virgilius 1. Aeneidos:

Alma Venus Phrygij genuit Simo – ∪∪ entis ad undam.

Ad quem modum & Peregrina, Imilce, & Himilco, à Silio ponuntur, ut libro 3.

Hinc patriam. clarumq; genus referebat Imilce – –.

Et libro 14.

Arcebat, fatumq; ratis retinebat Himilco – –.

Excipiuntur Himera fluuij nomen. Silius libro 14.

Armauere suos, qua mergitur Himera – ∪∪ Ponto.

Neque scribitur per Y, psilon, ut Despauterius docet. Et quae alia à uerbo ἱμείρω ueniūt, ut, Himerus, comes Amoris, & ἱμερτός, & similia, ut Iliados Ξ.

Ενθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐνδ' ἵμερος – ∪∪ ἐνδ' ὀαρισύς.

Limone proprium. Ouidius in Ibin:

Solaq; Limo – – ne, ne poenam sentiat istam &c.

Simaethus, quod cum his ab alijs recensetur, apud Strabonem autem per Y, psilon, scribitur, quare eius exemplū infra pete. At Simethus proprium uiri, apud Silium correpta prima ponitur libro 9. ut:

Arma fuere decus uictori bina Si – ∪∪ metho.

Notentur & quae à longis ueniunt, ut, Chimerinus, à χεῖμα. Adimantus à δεῖμα, siue ἀδειμάντεια. Dimi-

dium, à Di, uel Dis, & Medium: Nimirum, à Ni, & Mirum, & similia. Martialis libro 9.

Si daret autumnus mihi nomen Oporinos essem,
Horrida si brumæ tempora, Chimere -uu nos.

Ouidius in Ibin:

Quæq; in Adiman -- tem Philesia regna tenentem
A Ioue uenerunt, te quoque tela petant.

Cætera nota sunt.

Mimalion autem, quod itidem à Despauterio excipitur, corrupte legitur apud Propertium, pro Melanyon. Vt alibi indicauimus. Et Mimallones, pro Bacchis, ad regulam pertinet, ut apud Persium:

Torua Mi -uu mallonei simplerunt cornua bõbis.

I, ante N.

I, in primis syllabis ante N, producitur, ut, Linum, Linea, Finis, Pinus, Vinum, Trinus, quanquam hoc postremum etiam ex deriuatione notum est, & similia. Virgilius primo Georg.

Vrit enim Li -- ni campum seges, urit auenæ etc.

Idem primo Æneidos:

Et iam finis e -uu rat tum Iuppiter æthere summo.

Sic & Plinius proprium, quod quidam per Y, scribere malũnt, tanquam à Græco πλύνω deductũ. Martial.

Facundo me --, -u a Plinio u-u- Thalia &c.

Inachus, quod notum est. Ino, apud Ouid 4. Meta. ut:

Per cognata suis exempla sororibus Ino -- &c.

Et quæ à κλεινὸς & δεινὸς ueniunt, ut Clinias, Clinia-

ma-

niades, Dinomachus &c. Idem in Ibin.

Clinia –uu deq; modo circumdatus ignibus atris.

Persius satyra quarta.

Dinoma –uu ches ego sum, suffla, sum cãdidus, esto. Et quædã Græca uerba, ut πίνω, & κλίνω, quantum ex cõpositis & deriuatis uidere est. Quanquã Theodorus libro tertio, in genere, ἔτι τὰ εἰς ινω, inquit, βραχεῖα παραλήγει, καὶ ὅλως τὰ τετραρτόζυγα, ὅθεν καὶ κεκρίκαμεν, καὶ ἐκρίτην, βραχεῖα παραλήγει, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ὀνόματα, κρίσις, & κρίμα &c. Sed exempla præceptiones conuincunt Virg. de liuore.

Nec si pocula Iuppiter propinet u–u. Hendecasyllabum est. Martialis lib. 1.

Chirurgus fuerat, nunc est Vespillo Diaulus
Cœpit, quo poterat Clinicus –uu esse moodo. Idem.
Et testudineum mensus quater hexaclinum ——
Ingemuit. Idem in Apophor.
Non amo, qui uincit, sed qui succumbere nouit,
Et didicit melius τὴν ἀνακλινοπα –uu λιμ.

Et Manilius libro quinto.

Nunc iam luxuriæ pars, & triclinia –uu templis
Concertant &c. Quod idem tamen, & breui I, ante N, in Coppa Virgilij (ut quidem carmen illud inscribitur) poni uidetur, ut

Triclini –uu a umbrosis frigida harundinibus.

Sed id etiam per synecphonesin defendi potest. Nisi uero quis hæc, non á præsenti κλίνω, sed ab indefinito

κλίναι, quod idem author eodem loco penultimam longam habere dicit. Deriuata autem etiam Latinorum exemplo & more magis, quàm Græco producta putet. Nám πίνω, ipse Theodorus alio loco, I, in penultima productum habere testatur.

Inarime autem & Trinacria, ex compositione nota sunt. Silius lib. 2.

Apparet procul Inari – ∪ me &c.

Trinacriæ exemplum suprà habes in dictione ἀκρόμ.

Excipiuntur primo, quæ C, uel M, uel S, purum ante I, habent, ut cinis, minæ, à quo minor, & minitor ueniunt, minium, minuo, minus, minyæ, Minerua, Sino, sinus, quartæ, Sinon, & quæ alia ab eodem uerbo deriuata uidentur, ut Sinis, quod uulgò Scinis scribitur. Propert. li. 3. Arboreasq; cruces Sinis – ∪∪ & nō hospita Graijs, Saxa &c. Ita enim & apud Pausaniā legitur. Sinapi, Sinope, filia Asopi, à quo oppidum Ponti, quod eodē nomine dicitur, appellationem accepit. Apollonius lib. 2. Ἔνθα Σι – ∪∪ νώπην

θυγατέρ' ἀσώποιο καθίσσατο &c. Et similia. Quanquam rursum non ignorem, idem uerbum σίνω, apud Homerum etiam longa I, poni, ut Odyß. A.

Εἰ δ' ἐκε σίνη – – αἰ τότε τοὶ τεκμαίρομ' ὄλεθρομ.

Et item alibi, Quod Græci pro suo more, suaq; licentia faciunt, perinde ut & suprà in uoce ὕδωρ, fieri uidimus, & in alijs multis solet. Sed nos hic de Latinorum usu loquimur, ad quem omnia ea referre uoluimus.

quæ hic de Græcorum quantitate à nobis traduntur.

Demptis tamen ab eadem exceptione, Cinyps, quod fluuij est, & proprium, apud Silium lib. 12. ut

Non paruo lætus ductoris munere Cinyps ——.

Fluuij exemplum habes de incrementis, lib. 2.

China, siue Chine, collis nomen, ut uolunt, apud Catullum in Ianuam. à quo chinæus, a, um, ut

Brixia Chinæ —— a supposita in specula.

Minos, proprium regis Cretens. à quo Minoius, Minotaurus &c. Virgilius sexto Æneid.

Mixtumq; genus, prolesq; biformis
Mino —— taurus inest, Veneris monumenta nefandæ.

Mineus, proprium, & quæ inde fiunt, Mineius, Mineïas, & similia. Ouidius 4. Metam.

At non Alcithoë Mi —— neïas orgia censet
Accipienda Dei &c.

Sinum, uel sinus, uasis genus. Virgl. in Bucol.

Sinum —— lactis, & hæc te liba Priape quotannis,
Expectare sat est &c.

Quo pacto & Sina, montis nomen, à recentioribus ferè ponitur. Et fortaßis etiam alia complura Græca, ac propria, sed hæc communiora sunt.

Minnæus autem, Arabici populi nomen, quod Despauterius addit, apud Dionysium nn, duplici scribitur, ut

Μιννᾶιοί τε, Σάβαί τε καὶ ἀγχίγυοι κλεταπηνοί·

Quemadmodum & cinnamum, pro cinnamomo, apud poëtas. Martialis libro tertio.

Ei flacre

Et fluere excusso cinnama fusa uitro.

Cinamomum autem ad exceptionem pertinet, habet enim breue I, in prima, ut apud Dionysium.

Ηλθον φῦλλα φέροντες ἀκηρασίων κινα – υυ μώμων &c.

Et Mina, næ, pro pondere, quod quidam produci putarunt, etiam ex contractione, qua pro mina, mna, dici solet, manifestum est, quòd corripi debeat.

Terentius in Phormione.

His rebus pone sanè, inquit, decem minas υ–υ–.

Et in Heautontim. *Et tibi perdere*

Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam ––υυ.

Et Fannius de ponderibus.

Accipe præterea paruo quam nomine Graij.

Mnam uocitant, nostriq; mi –υυ nam dixere priores.

Additur autem, quæ purum C, uel S, uel M, habent, propterea, quòd quæ eandem consonantem cum alia implicitam habent, producuntur, ut sunt, Crinis, clino, inclino, spina, spinus, arboris nomen.

Virgilius secundo Georgic.

Eduramq;, pirum, & spi –– nos, iam pruna ferentes &c. Et de quo suprà diximus, cline Græcum, & quæ à κλίνος, ueniunt, ut Climas, Climades, de quibus item antea meminimus, aliaq; his similia.

Secundo excipiuntur hæc: Inula, Columella lib. 10.

Capparis, & tristes Inu –υυ læ, ferulaq; minaces.

Inuus, quo nomine Pan Latinis dicitur, Virg. 7. Æneid.

Pone

Pometios, castrumq; Inu -uu i, Bolamq;, Noracq; &c. Linus, proprium. Virgil. in Bucolic.

Orphei Calliopea, Li -uu no formosus Apollo.

Lino, is, & linio, linis, quartæ. Virg. 4. Georg.

Spiramenta li -uu nunt, fucoq; & floribus oras

Explent. Sic & oblino, illino, sublino, relino &c. Idem. Seruataq; mella

Thesauris reli -uu nes &c.

Ninus, proprium loci & regis. Ouid. 4. Meta.

Conueniant ad busta Ni -uu ni, lateantq; sub umbra. Et Lucanus.

Et felix, sic fama, Ni -uu nos, uentosa Damascus.

Pinarus, fluuij nomen. Fannius in Dionysium.

Per longum Pyramus spatium, Pina -uu rusq; secuti. Sic enim & Græcè habetur.

Πυράμοιό τε καὶ πινά -uu ροιο.

Videtur autem ab adiectiuo πιναρός nomen accepisse, quod eadem quantitate ponitur.

Tinea, uermis nomen. Martial. lib. 2.

Non metuas mortem Næuole, sed tine -uu as. Et Ouidius decimoquinto Metam.

Agrestes tine -uu æ, res obseruata colonis &c.

Serenus tamen idem nomen producta prima posuit, ut

Quid non aduersum miseris mortalibus edit

Natura? interno cum uiscere tinea -uu serpens.

Et lumbricus edax, uiuant inimica creanti &c.

Sed huius autoritas in exemplum contra uetustiores, ut

puto,

puto, non trahenda, ut multo minus Sedulij & aliorũ.

Tinias, fluuij nomen, Silius libro octauo.

Narq; albescentibus undis
In Tibrim properans, Tini – uu æq; inglorius humor.

Composita, ut trinoctium, Trinodis, & similia, per se nota sunt.

Himulus autem, quod uulgò duplici nn, scribitur, & positione longam primam habet. Despauterius uult unico tantum n, scribendum esse, primamq; habere cõmunem, idq; exemplo Propertij, apud quem libro tertio legitur.

Atq; hinuli pellis totos operibat amantes. Sed dubium tamen est, utrum hic parellipsis facta putanda sit. Nã cæterâ quidem, quæ huic similia sunt, ut γιννος, ἴννος, duplici nn, scribi uidemus. Cæterum productionis exemplum habes apud Horatium, lib. Car. 1. Ode 23.

Vitas hinu – –, – u leo me similis Chloë &c.
Asclepiadeum est.

I, ante P.

I, ante P, in primis syllabis corripitur, ut stipula, stipulor, piper &c. Virgilius.

Stridenti miserum stipu – uu la disperdere carmen.

Iuuenalis.

Quantum uis, stipu – uu lare, & protinus accipe, quod do. Persius satyra tertia.

Et piper – uu & pernæ Marsi monumenta clientis.

Sic & proprium Niphates. Iuuenal. 6.

Quosdam

Quosdam facit isse Ni-ω phatem
In populos &c.

Excipiuntur, Gripus, piscatoris nomen, apud Plautũ in Rudente, ut

Quid est nego υ-υ- cij Gripe de il --,υ- lo ui-dulo. Iambicus Senarius est. Et rursum.

O Gripe Gri --υ- pe, in ætate homini plurimæ
Fiunt transennæ &c.

Griphus, quod insolubile, & intricatum problema aliquod significat, ut apud Athenæum libro decimo Antiphanes.

Τοῦτ' ἐστιν εἶ --υ- ὁ γρῖφος ἐν υ-υ- τοῦ [illegible]αιρέτων. Et rursum.

Ο γρῖφος ἔλε υ-υυυ γεν ὅσα γὰρ οἶδ' οὐκ οἶδα [illegible]νῦν. Hipates, fluuij nomen, apud Silium lib. 14. ut

Et pauperis alueĩ
Hipatem, ac facilem superari gurgite parco.

Alij scribunt Hypaten, per y, psilon, & per n, in fine, quasi uelint Anapæstum primo loco poni. De quo nihil habeo, quod addam, quando ipsum nomen aliàs non ita frequentatum est.

Iphis, & quæcunq; ab eadẽ dictione nascuntur, ut sunt Iphitus, Iphiclus, Iphigenia, Iphinous, & similia, quorum exempla passim obuia. Ouidius libro nono Metamorphoseos.

Vota puer soluit, quæ fœmina uouerat Iphis -υ.
Virgilius secundo Æneid.

Iphitus

Iphitus – uu & Pelias mecum &c. Prop. lib. 1.
Cognitus Iphi – – cli, surripuisse boues.
Niphe, nymphæ nomen, à νίπ?ω. Ouid. 3. Metam.
Excipiunt laticem, Ni – – pheq; Hyaleq; Rhanisq;.
Pipo, pipilo. Author philomelæ.
Accipiter pi – – pat, miluus hiansque lipit. Catul.
Ad solam dominam usq; pi u – u – pilabat.
Hendecasyllabum est.
Pipinna, apud Martialem libro undecimo.
Drauci, Natta – –, – u sui uocat u – u – Pipinnã,
Collatus cu – i gallus est priapus &c. (u – –
Vbi Cælius Vepennem legendum contendit, repugnan te etiam quantitate. Habent enim E, longum, quæ cum Ve, com ponuntur, ut uesanus, uegrandis, uecors &c. de quibus suprà diximus.
Ripa. Ouidius primo Metam.
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis – –.
Ripheus, proprium. Æneid. 2.
Addunt se socios Ri – – pheus & maximus æui.
Rhipheus, a, um, ut Rhiphei montes, à ῥιπίζω, ut uolunt dicti, translata aspiratione in secundam syllabam.
Idem tertio Georgic.
Gens effrena nimis, Rhi – – phæo tunditur Euro.
Scipio. Silius decimo tertio:
Aspicit & subito turbatur Scipio – uu uisu.
Plautus in Asinaria.
Nam ego illud argentum tum paratum filio.

Scio

Scio esse, quàm -- υ - me hunc scipio -- υ - nem con tui. Sipho, onis, fistula seu rubus. Iuuenal. saty. 6.

Effigiemq; deæ longis si -- phonibus implent.

Sipûs, untis, loci proprium. Silius lib. 7.

Quæsiuit Calaber, subducta luce repente,

Immensis tenebris, & terram & littora Sipus -- .

Vbi tamē magis pro gentili, quàm pro proprio accipiendū uidetur, sed hoc quantitatē nō mutat. Idē alio loco.

Quas recipit Salpina palus, & subdita Sipus -- .

Stipendium. Catullus in Argonaut.

Indomito nec dira ferens sti -- pendia tauro,

Perfidus in Cretam relegasset nauita funem.

Quod à primitiui natura degenerauit. Nam Stips, stipis (ab hoc enim & Vlpianus stipendium dici ait) i, breue habet, ut primo Fastorum.

Dulcia cur dentur, uideo, stipis - υυ adijce causam

Et rursum.

Tu tamen auspicium cur sit stipis - υυ utile quæris.

Stipes, itis. Virgilius 7. Æneid.

Stipiti - υυ bus duris agitur, sudibusue præustis.

Stipo, as, uerbum, quod à Græco σύφω, deductum uolunt. Ouidius 3. Metam.

Quæ quanquam comitum turba est sti -- pata suarum. Sic & obstipus &c. Persius satyra tertia.

Obsti -- po capite & figentes lumine terram.

Tiphata, quod etiam Tiffata per f, scribitur. Silius libro duodecimo, Arduus ipse

Tipha – – ta inuadit propior, qua moenibus astat
Collis &c.

Tiphys, *nauta* Argonautarum. Virg. Eclog. 4.
Alter erit Ti – – phys, & altera quae uehat Argo.
Vipera. Ouid. 10. Metam. *Venenum*
Vipera – υυ diffudit, crescentesq; abstulit annos.

I, ante Q.

I, in primis syllabis ante Q, corripitur, ut Liqueo, actiuae uocis, & quod ab eodem uenit, liquesco, liquo, as, primae, &c. ut Æneid. 6.
Principio coelum, ac terras, camposq; li – υυ quentes &c. Persius saty. 2.
Tot tibi cũ in flammas timicum omenta li – υυ quescant. Lucanus. *Ereptaq; tela li – υυ quauit.*
Et Persius *satyra prima.*
Eliquat – υυ, & tenero supplanta uerba palato.
Sic & *composita illa,* Reliquus, *deliquus, & quae inde ueniunt, quorum exempla suprà posita sunt.*
At *contrà producuntur: liquor, eris. deponens, tert. cõiugationis, & quod inde uenit, liquesco.* Virg. 1. Geor.
Liquitur – υυ & Zephyro putris se gleba resoluit. Et alibi. *Aut quum li – – quentia mella &c.*
Ouidius 1. de Ponto.
Sic mea perpetuis, li – – quescunt pectora curis.
Quare & liquidus, a, um, quoniam ab utroq; deriuatũ uideri potest, utroq; modo ponitur, ut apud Lucretium libro 4. in eodem uersu,

Crassáq; conueniant liqui – vv dis, & liquida – vv crassis. Et *lib.1.* *Permanat aquarum*

Liquidus – vv humor, & uberibus flent oĩa guttis.

Et *liquor, nomen, itidem longa priore apud eundẽ poe tam legitur, ut eodem libro.*

Pondus uti saxi, calor ignis, liquor a – vv quai,

Tactus corporibus &c. *Sed tamen frequentior est correptio, cuius exemplum hoc apud eundem.*

Fiet uti cibus omnis, & aridus, & liquor – vv ipse

Ex alienigenis rebus constare putetur.

Excipitur & Liquetius, *fluuij nomen, Seruio authore, in uersum hunc, Æneid. 9.*

Quales aëriæ Li –– quetia flumina circum. Vbi *ille, fluuius est, inquit,* Liquetius, *quem nunc commemorat, ergo* Liquetia *proprium nomen est, non epithetum, ne incipiamus à generalitate ad speciem reuerti, quod uitiosum est &c.*

I, ante R.

I, ante R, *in disyllabis producitur, ut mirus, miror, lira, liro, delirus, deliro, uirus, uires &c.* Virgilius.

Ille malum ui –– rus serpentibus addidit atris.

Lucretius *libro primo.*

Quod mihi cum uanum, tum deli –– rum esse uidetur. Et Horatius *epistola secunda.*

Quicquid deli –– rant reges, plectuntur Achiui.

Et *Græca, Irus, mendici nomen, ut*

Irus ut – vv est subitò, qui modo Crœsus erat.

Iris, nuncia Iunonis. Virgi. 5. Æneid.

Irim -- de cœlo misit Saturnia Iuno &c.

Chiron, Centaurus. Idem tertio Georgic.

Phillyrides Chi -- *ron* Amithaoniusq; Melāpus.

Sciron, latronis nomen, à quo saxa Scironia, & Sciron, uentus apud Atticos. Ouidi. in Epist. Phyllid.

Cum fuerit Sci -- ron lectus, toruusq; Procustes.

Ciris, auis nomen, in quam Scylla Nisi *mutata fertur.* Idem Metam. 8. Mutata *uocatur*

Ciris, & -uu à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Nireus, proprium uiri, quem pulcherrimum ad Troiam *uenisse* Homerus *ait.* Horati. in Epod.

Nec te Pythagoræ fallant arcana renati

Formaq; *uincas* Nirea --uu. *Dimetrum* Iambi *cum est.* Siren. Idem.

Sire -- num cantus, & Circes pocula nosti &c.

Liris, fluuij nomen. Martialis *libro decimo.*

Desideran --u- tur, nec Mari --,u- ca, nec Liris u--u. Scazon est.

Et quæ à χειρὸς, *ueniunt, ut Chirurgus, Chironomus, chirographum, &c.* Martialis *lib. 1.*

Chirur -- gus fuerat, nunc est Vespillo Diaulus.

Iuuenalis satyra quinta.

Saltantem spectas, & chirono -uu manta uolanti Cultello &c. Idem sat. 13.

Vana superuacui dicunt chi -- rographa ligni.

Vnum tamen ex hac compositione notatur, Chiragra ui-

delicet, quod breui prima ponitur. Persius satyra quinta.

Sed cum lapidosa chi – uu ragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi &c. Quod sunt, qui ob id cheragram scribunt, intercisa diphthongo. Aliaq; multa.

Excipe Quiris, itis, & quod inde uenisse uidetur Quirinus. Virgilius quarto Georgic.

Ipse regem paruosq; Qui – uu rites
Sufficiunt. Et libro sexto Æneid.
Tertiaq; arma patri suspendet capta Qui – uu rino.

Pirus, & pirum. Virgilius in Bucoli.

Insere nunc Melibœe pi – uu ros, pone ordine uites.

Quod tamen sunt, qui per y psilon, scribunt, quasi à similitudine πυρός, hoc est, ignis nomen acceperit.

At in polysyllabis I, ante R, à principio dictionis corripitur, ut uireo, uiresco, quæ nota sunt. Quirinus, cuius exemplum suprà dedimus. Viriatus, proprium, apud Silium libro tertio.

Hos Viri – uu atus agit, Lusitanumq; remotis,
Extractum lustris &c. Et similia.

Excipiuntur Lirion, Græcum, quod florem significat, à quo Liriope, proprium nymphæ, ut uidetur, factum est. Ouidius libro tertio Metam.

Cærula Liri – uu pe, quam quondam flumine curuo.

Pirata, et si qua alia ab eodem uerbo deriuãtur. Lucan. lib. 2. Omne fretũ, metuẽs pelagi pi – – rata reliquit.

Pirithous,quod ipsum quoq; ab eadem origine deductū uidetur. Virgilius sexto Æneid.

Quid memorem Lapithas,Ixiona,Piritho – ∪∪ um que. Pirene,fons Corinthi. Persius in præfat. Heliconiadasq;,pallidāq; Pirenen ∪– – –. Scazon est. Piræeus,portus Atheniensis,græcè πειραιεύς. Ita enim & apud Strabonem,& apud Stephanum, & item apud Suidam scribitur. Quare uitiose legi puto apud Ouidium lib.6.Metam.ut nunc quidem habetur.

Remige portus

Cæcropios intrat,Piræaq; littora tangit. Sed pro Piræea,uel Piræea,ut penultima uocalis cū ultima per συνίζησιν pro una,in scāsione sumatur,uel Piræa,per syncopen legendum esse.perinde ut & apud Terentium in Eunucho legitur.

Miror quid ex Pi – – – – ræo abierit – ∪∪,∪–, nam ibi custos publicè est nunc. Iambicus Tetrameter Catalecticus est.

Phthiriasis,quod à φθεῖρός,uenit,à quo & φθειρίζομαι,uerbum,& similia.

Piræicus,pictoris nomen,cuius & Plinius meminit, quod quidam etiam Pyræicus,per y psilon scribunt. Propertius lib.3.

Piræ – – cus parua uendicat arte locum.

Sirius,stella Caniculæ,à σειριῶ,uel σειραίνειν, quod exiccare & exhaurire significat,ut Grammaticis placet, dictum. Virgilius Æneid.10.

Non

Non secus ac liquida, si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius – υυ ardor,
Ille sitim, morbosq; ferens &c.

Stiria. *Martialis libro septimo.*

Turpis ab inuiso pendebat stiria naso.

Tiresias, *uatis nomen.* Propert. lib. 4.

Magnam Tiresi – υυ as aspexit Pallada uates.

Tiridates, *proprium regis Armeniæ.* Horatius libro Carm. 1. Ode 26.

Quid Tirida – – υ – tem terreat unice
Securus &c. Epionicum Alcaicum est.

Notatur & uiresco, quod à nomine uires, uenit, cuius exemplum apud Gellium lib. 18. capite undecimo, ex Furio Antiate citatur, ut

Increscunt animi, ui – – rescit uulnere uirtus.

Ironia autem ex primitiuo Iron, spectandum est, quod Græcè εἴρων, scribitur, quo nomine Socrates propter dißimulandi & cauillandi consuetudinem uocatus fuit.

I, ante S.

I, *ante S, in primis syllabis producitur, ut* Pisum Piso, pisa, pisæus, & similia.

Ouidius quinto Metam.

Pisa mi – υυ hi patria est, & ab Elide ducimus ortus. Et rursum.

Est medium Cyanes, & pisæ – – æ Arethusæ.

Horatius in arte.

Credite Piso -- nes, isti tabulæ fore librum
Persimilem &c.

Sic & uerbalia, & participia in Sus, ut uisus, risus, missus &c. Virgilius.

Nec ui -- su facilis, nec dictu effabilis ulli.

Et propria pleraq; Græcorum, ut Nisus, Nisa. Idem in Bucolicis.

Mopso Nisa da -υυ tur, quid non speremus amãtes?

Brises, Briseis. Ouidius in Epistolis.

Quam legis à rapta Bri -- seide littera uenit.

Pisander, & si qua alia ab eadem origine ueniunt, ut

Η καὶ Πείσαν -- δρον μὲν ἀφ' ἵππων ὦσε χάμαζε. Iliad. λ.

Isis, à quo Isiacus. Lucan. lib. ϛ.

Labitur auectæ pater Isidis -υυ, & tuus Oeneu.

Iuuenalis satyra tertia.

Aut apud Isia -υυ cæ potius sacraria lenæ &c.

Quod autem hinc Despauterius excipit, Isidius, quod ab Iside factum, ut ipse ait, cõtra primitiui naturam corripitur, ut apud Ouidium in Ibin.

Aethalon ut uita spoliauit I -υυ sidius hospes,
Quem memor à sacris nunc quoq; pellit Io,

de eo, neq; quod affirmem, neq; quod refellam, in præsentia habeo. Nam neq; historia plana est, neq; etiam utrum ipsum nomen pro rectè ac uerè scripto, habendũ sit, certò constat.

Excipe Bison, ontis, animalis nomen. Martialis.

Illi ceßit atrox Bubalus atque Bi -υυ son.

Cisium, uehiculi genus. Ausonius in Epistola prima ad Paulinum.

Vel Cisi -υυ o triiugi, si placet, insilias.

Et rursum ad amicum quendam:

Sed cisi -υυ um aut pigrum cautus conscende Veredum.

Isara, fluuius Galliæ. Lucanus libro 1

Hi uada liquerũt Isa -υυ ræ, qui gurgite ductus etc.

Isaurus fluuius, & Isaurum, oppidum. Lucan. libro 2.

Crustumiumq; rapax, & iunctus Sapis I -υυ sauro &c. Et Ouidius:

Africa uictorem de se uocat, alter I -υυ saurum.

Isalces, proprium uiri. Silius libro 5.

Optabat pugnã ante oculos spe laudis I -υυ salces.

Isocrates. Rufinus de compos.

Et uitam insignem laudamus I -υυ socratis arte.

Quo pacto et cætera ab ἴσος ueniemia, poni puto posse. Nam uerbum ἴσ☉ tam breui, quàm longa priore apud Græcos positum reperitur, perinde ut & καλὸς, κακός, φίλ☉, aliaq; multa. In quibus apud Latinos, præsertim in compositione correptio frequentior est.

Aristophanes in Acharnen.

Εθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδ' ἐν ἴσον --, υυυ ἴσω φέρον υ-υυ. Et Homerus Iliados A.

Ισας -- δ' ἰσμίνη κεφαλὰς ἔχον &c.

Miser, Miseria, Misereor, & quæ inde nascuntur, quæ

nota sunt. Virgilius 12. Æneidos:

Dauni misc – uu rere senectæ &c.

Nisantes proprium, apud Flaccum libro 1.

O si mihi sanguis

Quantus erat cũ signifero cratere Ni – uu santem.

Non leuiore Pholũ manus hæc cõpescuit auro etc.

Nisi, coniunctio. Ouidius in Episto.

Quã, nisi – uu tu dederis, caritura est ipsa, salutẽ etc.

Pisidæ, populi. Claudianus libro 2. contra Eutrop.

Finibus obliquis Lydi, Pisi – uu deq; feroces.

Dionisius tamen in Periegesi idem nomen produxit, ut:

Τοῖς δ᾽ ἐπὶ πισιδὲ – υυ ὠν λιπαρὸν πέδον,

ἧχι πλόιες.

Κώρυκ@, περγητε &c.

Sed hic multa licentiose, ut uidetur, usurpauit, quemadmodum & eodem loco Corycus, quod in sequenti uersu sequitur, quod ipse mediã lõga ponit, cum aliâs præsertim apud Latinos, ubique corripiatur.

Pisaurus fluuius. Catullus ad Iuuencum:

Præterquam iste tuus moribunda à sede Pi – uu

sauri,

Hospes inaurata pallidior statua.

Ptisana, à quo Ptisanarium. Horatius libro secundo Serm. Satyra 3.

Tu cessas? agedum sume hoc Ptisa – uu rium orizæ.

Siser. Idem satyra 8. libro 2. Serm.

Peruellunt stomachũ Siser – ∪∪ hallec, fæcula coa.

Sisymbrium. Ouidius 4. Fastorum:

Cumq; suæ dominæ data grata Si – ∪∪ symbria myrto,

Textaq; composita iuncea uincla rota.

Visellius proprium, apud Horatium satyra 1.

Est inter Tana – ∪∪ im quiddã, socerumq; Vi – ∪∪ sellij. Et hoc pacto etiam Visurgis, fluuij nomen, apud Sidonium, ut Despauterius testatur, in carmine de laudibus Narbonis, ponitur.

Et Phrisiorum nomen, apud Mantuanum, contra infideles, & Hermolaum in Epitaph. Agricolæ, ut:

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum

Agricolam Phrisi – ∪∪ i, spemq; decusq; soli.

Excipiuntur autem & uerbalia pleraq; Græcorũ, quæ I, ante S, habent, ut sunt, Crisis, Phthisis, et quæ inde fiunt, Hypocrisis, Phthisicus, & his similia, de quibus suprà libro secundo diximus.

Excepto tamen Tisis, à τίνω, quod à Latinis quidem quod ego sciam, ubiq; producitur, ut in Tisiphone, Tisimanes, & similibus apparet, quorum exempla item suprà allegauimus. Apud Græcos autem etiam ipsum breui I, positum reperitur, ut Odysseæ primo.

Ἐκ γὰρ ὀρέσαο τίσις – ∪∪ ἔσσεται Ἀτρείδαο &c.

I, ante T,

I, ante T, in primis syllabis corripitur, ut, Titus, Tityus, Titulus. Iter, Nitrum, Nitco, Lituus, Lito &c. Martialis in Apoph.

spuma

Spuma uocor nitri, dicor & aphroni -uu trum.
Virgilius 7. Æneidos:

Ipse Quirinali litu -uu o, paruaq; sedebat
Succinctus trabea. Idem *Æneidos 4.*
Tu modò posce deos ueniam, sacrisq; li -uu tatis,
Indulge hospitio &c. Cætera nota sunt.

Eodem autem modo & participium Litus, & quæ inde ueniunt, Oblitus, Illitus, Litura, & similia ponuntur. Ouid. *Quascunq; aspicies, lachrymæ fecere, li -uu turas &c.*

Quod idem & Litera, si quidē à linendo dicta est, facere debebat, sed ubique per geminationem tt, extenditur, ut apud eundem.

Quam legis à rapta Briseide littera -uu uenit etc.

Superioribus Latinis, similia sunt & Græca quædam, ut, Lithos, & quæ inde ueniunt, Chrysolithus, Tecolithus, & similia. Ouidius 2. Metamorph.

Per iuga Chrysoli -uu thi, positæq; ex ordine gemmæ &c.

Excipiuntur primo, in quibus M, uel R, uel V, consonans præcedit I, ut sunt, Mitis, Mitio, Ritus, Rite, Vitis, Vita, Vito, & similia. Virgilius 7. Æneidos:

Teutonico ri -- tu soliti torquere cateias.

Idem 3. Æneidos:

Rite se -uu cundarent uisus, omenq; leuarent.

Horatius:

Dum ui -- tant stulti uicio in contraria currunt.

Tol

Tollutur tamen ab hac exceptione non multa paucio ra, quàm in ipſam exceptionem cadunt, uidelicet. Mitilo, as, quod cicadarum eſſe uolunt, ut apud autho rem Philomelæ:

Vere calente nouos componit acredula cantus
Matutinali tempore tunc miti –uu lans.

Mitylene, nomen oppidi. Horatius 1. libro Carminum:

Cantabunt alij claram Rhodon, aut Mity –uu le- nen &c. Apud Stephanum inuerſo uocalium ordi ne ſcribitur Μυτιλήνη, contra cæterorum uſum. Μίτος, & quæ inde ueniunt, ut Polymitus, et ſimilia. Exempla aliquot citat Suidas, ex quibus hoc quoq; eſt.

Κερκίδα τ' εὐποίητον ἀηδόνα τήν γ' ἐρίθοις
Βακχυλὶς εὐκρέκτους ἐῦ διέκρινε μί –uu τους.

Mitra. Statius ſecundo Achilleidos:

Vrbibus in medijs: Baccheaq; terga, mi –uu traſq;
Huc tuleris &c.

Hinc & Mitella diminutiuum fit, cuius exemplum eſt in Coppa, quæ inter Virgiliana circumfertur, ut:

Coppa Syriſca caput Graia redimita mi –uu tella.

Mithridates. Martialis libro 5.

Profecit poto Mithri –uu dates ſæpe ueneno.

Britannus. Virgilius 1. Ecloga:

Et penitus toto diuiſos orbe Bri –uu tannos.

Et Martialis:

Dicitur & noſtros cantare Bri –uu tannia uerſus.

Sed tamen apud Lucretium etiam longa prima idem

nomen

nomen legitur, libro sexto, ut:

Nam quid Britan – – nis cœlū differre putamus.

Britomartis proprium nymphæ. Claudianus libro 2. de laudibus Stiliccn.

Ignea Crctæa properat Brito –uu martis ab Ida.

At Britonum nomen, quos inter Gallicos populos Volaterranus recenset, ad regulam pertinet, & I, longum habet. Vt apud Iuuenalem satyra 15.

Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones –uu unquam &c.

Κρίτης. Κριτὸς, & quæ inde ueniunt, ut Crito, Critias, Criticus, Democritus, Theocritus, Hypocrita, & similia. Martialis libro 11.

Quod sonare Cri –uu ton, non quod Hygea potest.

Et Apuleius in prima Apolog.

Et Criti –uu as, mea delitia stet salua carinæ.

Et rursum:

Carmina, uti Criti – uu as, lux hæc optata, canatur.

Et Horatius:

Vt Criti –uu ci dicunt &c. Quod exemplū suprà quoq; lib. 2. citauimus. Item Martialis:

Democri –uu tos, Zenonas, inexplicitosq; Platonas. Et ipse Theocritus de se:

Ἄλλος ὁ χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος –uu ὃς τάδ' ἔγραψα.

Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ συρακοσίων. Quæ exempla eò hic addo, ut ostendam non esse communem

sylla

dam eam, quæ in κρίτης, uel κρητὸς prior est, id
od Despauterius tradit, sed ubiq; breuem poni. Nam
empla quæ ipse ex Iuuenale & Martiale affert, in ijs
n Criticus, sed Creticus legendum est, à Creta insula
pellatione tracta, ut Iuuenalis satyra 2.

Cretice pelluces, dedit hanc contagia labem &c.
Iam & ante præcessit. Cum tu multitia sumas
Cretice &c. Sic & apud Martialem libro 7.
Æqualis liber est Cretice, qui malus est.

Quanquam non ignorem uulgò apud Martialem Critice legi, sed hoc nullo aliorum exemplo.

Fritillus, tabula lusoria. Martialis in Xenijs:
Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fri-
-υυ tillus,
Alea nec damnum nec facit ista lucrum.

Vitium, cuius exempla nota sunt, & suprà quoque aliquoties posita,

Vitellus. Horatius libro 2. serm. satyra 4.
Quatinus ima petit uoluens aliena Vi -υυ tellus.

Sic & Vitellius propr. ut apud Ausonium de Cæsar.
Nec regno dignus, nec morte Vi -υυ tellius, ut uir.

Et Vitelliani, pugillares. Martialis in Apoph.
Nondum legerit hos licet puella
Nouit, quid cu ---υ piant Vitel υ-υ- liani.

Vitulus, quod notum est. Virgilius:
Cum faciam uitu -υυ la, pro frugibus ipse uenito.

Vitrum, à quo uitreus, a, um. Martialis lib. 2.

Et

Et fluere excusso cynnama fusa ui –∪∪ tro.

Secundo, excipiuntur hæc, quæ longum I, ante T, habent. Bitus proprium, apud Horatium satyra 7. libro 1. sermonum:

Pugnat, uti non
Compositus melius cum Bitho – – *Bacchius &c.*

Bithynus, Bithynia, Bithynicus. Claudianus libro 2. in Eutrop.

Thyni, Thraces erant, quæ nunc Bi – – *thynia fertur.* Valerius libro 3.

Da Cererem, lætumq; pecus, nec palmite Bacchum
Bithy – – *no, Phrygioue satum &c.* Iuuenalis satyra 15.

Quis nescit Volusi Bi – – *thynice qualia demens*
Ægyptus portenta colat &c. Idem tamen corripuit quoque Bithynus satyra septima, ut:

Quanquam & Cappadoces faciant, equitesq; Bi- –∪∪ *thyni.* Quare uariari dicas licebit.

Clitella. Horatius satyra 5.

Hinc muli Capuæ cli – – *tellas tempore ponunt.*

Clitorius, fons Arcadiæ. Ouidius 15. Metamorph.

Clitori –∪∪ *o, quicunq; sitim de fonte leuarit,*
Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis.

Clitus, à κλείω, & quæ inde deriuata uidentur, ut, Cliton, quo nomine & fons in Arcadia dicitur, & Clitis, quod nomẽ fluuij Gallici est, et similia. Sta. 4. Thebaid.

Et rapidus Cli – – *ton, et qui tibi Pythie, Ladon,*

Pene

Penè socer &c. Sidonius.

Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus, Clitis – –. Claris, Arar &c.

Si modò satis integrè citantur hæc à Despauterio.

Clitumnus, fluuij & ipsum nomen. Silius libro 8.

Et lauat, ingentem perfundens flumine sacro

Clitu – – mnus Taurum &c.

Dito, as, & Ditesco, quæ ex deriuatione nota sunt.

Dithyrambus, de quo libro 2. inter composita uide.

Litigo, à quo Litigium, Litigiosus, quod & ipsum ex deriuatione notum est, fit enim à Lis, Litis, cuius quantitas nota est, ut.

Liteua – uu centaures &c. Ouidius.

Giton Græcum, & quæ inde fiunt, ut, Aristogiton, Polygiton, & similia. Ausonius.

Thermarum in solio si quis Polygitona – uu uidit.

Nitor, & quæ inde ueniunt, Obnitor, Innitor, Connitor &c. Ouidius.

Nitimur – uu in uetitũ semper, cupimusq; negata.

Nitella. Martialis libro 5.

Rheniq; no – – u – dos, auream – – u – quenitellam u – – u. Scazon est.

Pitho Græcum, quod Suadelam uertit Ennius, ut Cicero in Bruto meminit, & si qua alia ab eadem origine descendunt, Græcè enim πειθὼ scribitur, ut apud Eupolim, (quem locum Politianus citat Miscella 91.) Vbi de Pericle loquens, inquit:

πειθὼ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι.

Pithenor autem, quod Despauterius ex 14. Metamor. Ouidij citat in nostris editionibus Rhetenor legitur, ut:

Hunc Lycus, hunc Idas, & cũ Rhetenore Nycteus.

Nomina sunt sociorum Diomedis.

Sithon, à quo Sithonius, a, um, pro Thracensi. Virgilius in Bucolicis:

Sithoni – uu asq; niues hyemis subeamus aquosæ.

Scitor ex deriuatione notum est.

Titillo, as. Lucretius libro 2.

Titill –– lare magis sensus, quàm lædere possunt.

Titan, Titanius, & Titanicus. Ouidius 1. Metamorph.

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

Virgilius 6. Æneidos:

Hic genus antiquum terræ Ti –– tania proles.

Gentile autem à Titanus, a, um, á Titano monte Thessaliæ, ut placet Didymo. siue á Titanis, quem locum Sicyoniæ fuisse Stephanus tradit. I, breue habet, ut apud Homerum Iliados 2.

Οἵ τ' ἔχον ἀστέριον, τιτά – uu νοιό τε λευκὰ κάρηνα. Et eo modo fortaßis etiam apud Rufum in Aratum ponuntur illa, quæ Despauterius citat.

Lucis ab exortu procul in uada calpe Ti – uu tana.

Et rursum:

Namq; Ti – uu tanæo cum sunt elata profundo &c.

Quanquam de his certius aliquid afferre non possum, quàm

ndo ad manum scribentibus nobis Rufus non erat.
tyrus, quod ab alijs Hircus, ab alijs tardus, siue ǽga
is exponitur, notum est.
thonus, Auroræ maritus, frater Priami. Prope. li. 2.

At non Titho -- nispernens Aurora senectam,
Desertam Eoa passa iacere domo est.

t quæ à οἶτος, Græco nomine ueniunt, ut, Oecosi
us, Parasitus, & similia. Iuuenalis:

Ad cœnam quoties Parasitus -- uenerit infans etc.

talus autem uariatur. Virgilius Æneidos 9.

Coniecto sternit iaculo, uolat Itala -υυ cornus.

Martialis:

Mutauere meas Itala -υυ regna comas.

Et rursum Æneidos 1.

Prodimur, atq; Ita -υυ lis longe disiungimus oris.

Et Horatius satyra 7.

At Græcus postquam est Ita -υυ lo perfusus ace-
to &c. Quod idem & cæteris quæ ab hoc nomine
ueniunt, ut sunt, Italia, Italides, Italicus & similia, fie-
ri puto posse. Sed quo minus correptorum exempla ha-
beantur, in Heroico carmine, continuæ breues faciunt,
productorum autem sunt. Æneidos 1.

Itali -υυ am, fato profugus, Lauináq; uenit &c.

Et Æneidos 12.

Itali -υυ des quas ipsa decus sibi Dia Camilla etc.

Eiusdem rationis est, & Pituita, quod itidem utroque
modo usurpatur. Vt apud Catullum in Furium:

Ast sudor abest, abest saliua,
Muccusq; & na --, -υ la pitui υ-υ- ta na si &c. Horatius 1. Epist.
Præcipue sanus nisi cum pitu -υυ ita molesta est.
Pitthæus autem proprium, ut & Littus, positione producitur. Ouidius 15. Metamorph.
Est prope Pitthæ -- am tumulus Trœzena &c.

I, ante V, consonantem.

I, ante consonantem V, in primis syllabis posita, producitur, ut, Riuus, Cliuus, Diuus, Priuus, Priuilegium, Priuignus, Priuernum, Liuius, Liueo, Liuidus, et similia. Virgilius 6. Æneidos:
Quid ue petunt animæ, uel quo discrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis uada liuida -υυ uerrunt.
Et libro 7.
Pars maxima glandes
Liuen -- tis plumbi spargit, pars spicula gestat etc.
Martialis in Apoph.
Pellibus exiguis arctatur Liuius -υυ ingens.
Silius libro 6.
Leuinus ab alto
Priuer -- no, uitis Latiæ præsignis honore &c.
Author Priapeior.
Sic ut non modo te mouere posset,
Priuignum quo --, -υ q; sed mouere Phedræ etc.
Et Horatius libro 2. serm. satyra 5.
Siue aliud pri -- uũ dabitur tibi, deuolet illuc etc.

Com-

Composita per se nota sunt, ut, Triuicus, loci nomen, cuius exemplum libro 2. habes de ijs, quæ in CVS, exeunt, Triuium, Triuia, Biuium &c.
Sic & Niuis à Nix, & quæ inde ueniunt, ut, Niueus, Niuosus &c. & quæ ex regula incrementorum cognoscuntur.

O, in primis syllabis.

O, in primis syllabis ante B, producitur, ut, Robur, Robustus, Robigo, quod & Rubigo dicitur, Sobrius, Gobius uel Gobio, & similia. Martialis in Xenijs:

Principium cœnæ Gobius –uu esse solet.

Et Iuuenalis satyra 11.

Nec mullum cupias cum sit tibi Gobio –uu tantū.

Excipiuntur primo, In quibus muta cū liquida præcedit O, ut sunt, Probus, Globus. Virgilius 6. Æneid.

Lucentemq; glo –uu bū Lunæ, Titaniaq; astra etc.

Probrum, à quo Opprobrium, Exprobro &c. Plautus in Amphitryone:

Durare neque ––, uuu o in ædibus, i u–, uuo
ta me probri u–u–.
Stupri dedecoris &c. Et rursum:
Næ Æ depol faciam, neque me perpetiar probri
uu–u–
Falso insimulatam &c. Senarij sunt.

Sic & Strobilus, cuius exemplum suprà habes ex Aristophane, & similia.

Notatur tamen Crobylus, quod Græce κρώβυλος

ſcribitur. Ornamentum fuit, et geſtamen capitis nobiliũ Atheniensium, de quo & Thucidides libro 1. meminit.

Crobialus loci uel montis nomen apud Flaccũ lib. 5. ut:

Crobia –uu li latus, & fluis tibi Tiphy negatum Parthenium &c.

De compoſitis quæ à Pro incipiunt, ſuprà dictum eſt.

II. Excipiũtur hæc, Obelus, à quo et Obeliſcus Græce ὄβελος, & ὀβελίσκος, quo nomine etiã uirgula Criticorum ſignificatur, qua illi, quæ adulterina ac notha ſunt, notare conſueuerant. Virgilius de Roſa:

Hæc aperit primi faſtigia celſa Obe –uu liſci.

Obolus, quod itidem Græcum eſt, & per ὀ, μικρὸν ſcribitur. Fannius de ponderibus.

Semioboli, duplum eſt obolus, quem pondere duplo Gramma uocant.

Obex, quod uariari uolunt Grammatici. Vt Æneidos decimo:

Ecce maris ingens claudit nos obice –uu Pontus.

Et Silius libro 4.

Et fidos certant obi –uu ces accerſere ſylua.

Quanquam haud ſcio, an eodem modo ſe habeat hæc dictio, quo Adijcit, Reijcit, & ſimilia, quandonunc corripiuntur, nunc producuntur. Nam & hoc ſunt, qui Obiex propriè ſcribendum cenſent.

Soboles. Virgilius Ecloga 4.

Chara Deum ſobo –uu les magni Iouis incrementũ.

Corripiũtur et Græca, Phobus, & quæ ab eadẽ origine ueni-

ueniūt, ut Phobetor, Deiphobus, et similia. Oui. 11. Met.

Hūc Icelon superi, mortale Pho – ∪∪ betora uulgus
Nominat &c. Deiphobi exemplū habes Æn. 6.

Sobarus, quod arrogantem & superbum significat. Et siqua inde ueniunt, tametsi ego usum huius apud Latinos nusquam uiderim.

Probaton, & quod inde fit, Probaticum, ut, Probatica piscina in Euangelio &c. Nam & haec per o, paruum Graece scribuntur.

Et quae cum praepositione προ, componuntur, ut, Proboscis, & quae huic similia sunt. Quod hic in uniuersum admonitum uolo, ne mihi per singulas consonantes idem subinde repetendum ueniat.

Robertus autem proprium ac peregrinum, à recentioribus uariatur, quanquam etiam in hoc correptio frequentior est, ut apud Petrarcham.

Magnanimum mors intempesta Ro – ∪∪ bertum,
Intempestiuo mundo subtraxit &c.

O, ante C.

O, ante C, in primis syllabis corripitur, ut, Locus, Iocus, Crocus, Procus. Horatius satyra 5. libro 2. sermon.

Aut Apotheca pro – ∪∪ cis intacta est, aut pecus etc.

Sic & Proculus, Proconesus &c. Voco, as. Vocabulum, et composita eiusdem uerbi, Inuoco. Conuoco, Reuoco &c. Item Cocles. Claudius lib. 1. in Eutrop.

Hoc meruit uel ponte Co – ∪∪ cles, uel Mutius igne,

Cochlea, Cochleare. Martialis:

Sum cochle – ∪∪ is habilis, sed non minus utilis ouis,
Nunquid scis potius cur cochle – ∪∪ are uocer?
Atq; huc pertinent, & quæ cum Græca præpositione πρό, componuntur, ut, Procyon. Manilius libro 1.
Tũ Procy – ∪∪ on, ueloxq; lepus, tum nobilis argo.
Procopius, à προκόπτειν, ut uidetur, quod uerbum successum et felicitatem quoq; significat. Quod idẽ tamen Sidonius longa prima posuit, in 1. Panegyrico, ut:
Procopi – ∪∪ o genitore Micas cui prisca propago.
Sed huius authoritas pro ratione non habenda. Nisi quis uelit hoc exemplo Latinorum factum, quemadmodum & in Prologus, primam produxit Terentius aliquoties, de qua re in compositis diximus.
Et quæ à λόχος ueniunt, ut, Amphilochus, Eurylochus, Bomolochus &c.
Et à uerbis πλέκειν, τεκεῖν, τρέχειν, & similibus, ut, Plocamus, Heteroplocus, Prototocus, Theotocus. Trechidipna, Trocheus, Trochus, & id genus alia, quibus exemplis opus non est, quando omnia ex scriptura, & literis suis cognoscuntur.
Item Parochus, quod à para & ἔχειν originem ducit. Horatius satyras. libro 1. Serm.
Præbuit et Paro – ∪∪ chi quæ debent, ligna, salemq;.
Excipiuntur, Cocalus proprium. Ouid. 8. Meta.
Iamq; fatigatum tellus Ætnæa tenebat
Dædalõ, et sumptis pro supplice Cocalus – ∪∪ armis
Mitis habebatur.

Cocytus,

Cocytus, quod luctum & eiulatum significat. Vir
ius sexto Æneid.

Cocy -- ti stagna alta uides, Stygiamq; paludem.

oceius, quod tamen per duplex cc, plerunq; scriptum
pcritur, Horatius sat. 5. lib. 1.

Huc uenturus erat Mecœnas optimus, atq;

Cocei -- us &c.

ocale, quod á fauce dictum uidetur, mutata Au, in O,
ongum, quale & in Claudius, & Clodius, Aula, et Ol
la factum. Martialis in Apoph.

Si recitaturus dedero tibi forte libellum,

Hoc fo -- cale tuas asserat auriculas. Sic et fo-
co, uerbum, quod ipsum quidem in usu non est, compo-
sita autem de se reliquit, suffoco, præfoco &c. Oui-
dius in Ibin.

Præfo -- cent animæ noxia mella uiam.

Lucretius libro tertio.

Aut in melle situm suffoca -- ri, atq; rigere &c.

At, focale, quod ferrum significat, quo crines crispan-
tur, primam corripit. Videtur enim à foco nomen acce-
pisse, ut & focillo, refocillo, & similia.

Horatius satyra decima tertia.

Ponas insignia morbi,

Fasciolos, cubitale, focalia, potus ut ille &c.

Locusta, proprium uenefica, apud Iuuenalem sat. 1.

Instituitq; rudes melior lo -- custa propinquas.

Ad quem modum & appellatiuum, locusta, Iuuencus

produxit libro primo, ut

Mandere locu – – stas solitus ruralibus aruis.

Quod utrum rectè, an secus ab illo factum sit, Despauterius dubitat. Ego causam non uideo, cur hic alia quantitas appellatiui, alia proprij esse debeat.

Ocium, ocior, uerbum, ociosus, & quod ab hoc compositum uolunt, negocium. Ouidius.

Ocia – υυ si tollas, periere Cupinis arcus. Horatius epistola prima, libro secundo.

Cum tot sustineas & tanta negocia – υυ solus.

Ocyus, ocyor, & quæcunq; alia ab eadem uoce Græca deriuantur, ut Ocyroë, Ocypete, Harpyæ nomen, Oceanus. Nam & hoc ab ὠκὺ, deriuatum uolunt, & similia. Ouidius secundo Metam.

Filia Centauri, quam quondam nympha Cayci
Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyro – υυ ën &c.

Hesiodus in Theogon.

Ἠΰκόμους θ' ἁρπυίας ἀελλώτ' ὠκυπέ – υυ την τε
αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται.

Oceani exempla nota sunt.

Despauterius autem & Ocymum, ab ὠκὺ, deducit. Sed ego apud Dioscoridem Ocimum, non per y psilon, sed per ἰῶτα, scriptum reperio, eoq; modo etiam in Columella Aldino impressum legitur. Rursum autem sunt, qui neque Ocymum, neque Ocimum, scribunt, sed Ozimum per z, quasi ab ὄζειν, hoc est, olendo, nomen hoc

dictum

dictum foret. De qua re non attinet hic disputare; quando quantitatem syllabarum, non orthographiam tractamus. Exemplum autem habes Columellæ libro decimo, ut:

Ocima -vv cõprimite, & grauibus densate cylindris

Ochus, Ocheus, Ochenius, & quæ alia ab ὤχα, Græco deriuari uidentur. Flaccus libro tertio.

Grauis inuenit Ochum -v

Phlias, & trepido Pollux impingitur Hebro.

Idem libro sexto.

Impulit aduerso præceps equus Ochea -vv contto. Idem lib. 3. Subit ilia cuspis

Ocheni -vv i, dedit ille sonum &c.

Phoca. Ouidius primo Metamorph.

Nunc ibi deformes struunt sua corpora phocæ --.

Phocis, Phocensis, Phocais, phocaicus, Phocus, Phoceus, Phocilides, & quæcunq; ab eadẽ origine descendũt. Ouidius primo Metam.

Separat Aonios Actæis phocis ab -vv aruis.

Idem septimo Metam.

Excipit Aiacides illos in limine Phocus -v &c.

Et Lucanus libro tertio.

Eximius Pho -- ceus animam seruare sub undis.

Procerus. Virgilius Ecloga sexta.

Corticis, atq; solo pro -- ceras erigit alnos:

Proceres autem ad regulam pertinet, ut

Post alij proce -vv res. Æneid. 1.

Poca

Poculum, quod notum est, etiam ex deriuatione. Ab hoc fit pocillum, diminutiuum, & pocillor uerbum, eadem quantitate. Socrates, Socration, & si qua alia à σῶς, nascuntur. Iuuenalis satyra secunda.

Inter Socrati -uu cos notißima fama cinœdos &c.

Socus, quo nomine Mercurium appellari Suidas ait, à σωκῶ, fortaßis, quod idem, quod ualeo significat.

Nota autem, & quæ à uoce dicuntur, ut uocula, uoculatio, uociferor &c. sequuntur enim primitiui naturam. Et quæ cum Pro, Latina præpositione componuntur, ut proconsul &c.

Ad quorum exemplum & barbarum Brocardus, à Philelpho positum est.

O, ante D.

O, ante D, in disyllabis, à principio producitur, ut Nodus, lodex, codex, podex, & similia.

Horatius in arte.

Nec Deus intersit, nisi dignus uindice nodus -u

Inciderit &c. Iuuenalis saty. 6.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ, modo sub lo -- dice relictis

Veteris in turba &c.

Excipiuntur modus, & quæ inde ueniunt, ut modicus, moderor, modestus &c. Horatius.

Est modus -uu in rebus: sunt certi deni fines &c.

Modo, aduerbium. Iuuenalis saty. 4.

Pegasus attonitæ positus modo -uu uillicus urbi.

Odor, & quæ inde ueniunt, ut odoro, uerbum, odora-

tus,

tus,odorus &c. Virgilius Aeneid.

Maßyliq; ruunt equites,& o – vv dora canum uis

Idem libro septimo.

Vrit o – vv *doratam nocturna in lumina Cedrum.*

Et Græca, Codrus, quod o μικρῷ, in sua lingua scribitur, nec aliter, quàm positione à Latinis producitur. Quare citra reprehensionem Philelphus dixit sat. 6.

Omnia Codrus habet, nouit Codrus – vv oĩa solus.

Rhodus, siue insulæ nomen fuerit, siue nymphæ. Ouidius quarto Metamorph.

Diligis hanc unam, nec te Clymeneq;, Rho – vv dosq;

Nec tenet Æææ genitrix pulcherrima Circes.

Sic & cætera, quæ ab eadem origine ueniunt, ut Rhodope, Rhodopis, meretricis nomen, Rhododactylus & similia. Et quæ ab Odos, quod uiam significat, ueniunt, ut exodus, Isodus, periodus &c. Iuuenalis saty. 6.

Vrbicus exodi – vv o, risum mouet Attellanæ.

Nam quæ ab Ode, quo nomine carmen significatur, descendunt, ad regulam pertinent, & O, longum habent, ut proodus, epodus, mesodus, & similia.

In polysyllabis autem O, ante D, in principio dictionis corripitur, ut odium, sodalis, Podalirius, podiũ etc. Virgil. 10. Æneid. Omnibus uni

Vni odi – vv isq; uiro, telisq; frequentibus instant.

Martialis libro duodecimo.

Nulli te fa – – – v cias nimis v – v – sodalem v – v.

Gaudebis minus, & minus dolebis.

Virgilius duodecimo Æneidos.

Sic rigido latus ense ferit Poda – uu lirius Alsum Pastorem &c. Iuuenalis.

Omnibus ad Podi – uu um spectantibus &c.

Est autem podium, locus extra domum de pariete porrectus, unde ea, quæ foris geruntur, spectari solent.

Sic & cætera, quæ à πούς, ποδός, ueniunt, ut Podagra, Podarces, Oedipodes, & similia. Statius 1. Thebaidos. Limes mihi carminis esto

Oedipo – uu dæ confusa domus &c.

Excipe Dodona, à quo Dodonius, & Dodonæus Virgilius primo Georg.

Deficerent syluæ, & uictum Do – – dona negaret.

Et 3. Æneid. Stipatq; carinis

Ingens argentum, Do – – doneosq; lebetas.

Et quæ à longis ueniunt, ut Clodius, à Claudius, mutata Au, diphthongo in O, longum, quemadmodum fit in Aula, & olla &c.

Item Zodion, unde Zodiacus, à ζῶον, diminutiuum. Cicero in Arato.

Zodia – uu cum hũc Græci uocitant, nostriq; Latini. Orbem signiferum &c. Et Ausonius ad Vrsulum.

Quotq; super terram sidera Zodia – uu ci &c.

Clodouæus autem propriũ, Gallicum, pro quo Germanici Lodouicus, siue per V, Ludouicus dicunt, à recentioribus quidem uariatur. Gaguinus autem in historia Francorũ produxit, ut quidẽ à Despauterio allegatur.

O, ante F.

O, ante F, in primis syllabis corripitur, ut Ofella, Ofellius. Martialis.

Me meus ad subitas inuitet amicus o -uu fellas.

Primitiuum tamen offa, producitur, sed positione, ut Æneidos sexto.

Melle soporatam & medicatis frugibus offam -u.

Ofelij exemplum apud Horatium inuenies.

Eodem autem modo, & profecto aduerbium, & proficiscor uerbum, quod tamen utroq; modo positum inuenias, corripiuntur. Lucretius lib. tertio.

Hæc neq; sunt usquam, neq; possunt esse pro -uu fecto, Virgilius septimo Æneid.

Arcades his oris, genus á Pallante pro -uu fectum.

Et Iuuenalis satyra sexta.

Profe -- ctura domo Sicula non mitior aula.

Quod exemplum eó hic addidi, quoniam suprá de correptione solum meminerimus. Nam de cæteris cũ pro, compositis, libro secundo abunde dictum est.

Producit autem & Tofus, lapidis genus, priorem, sed tamen alij Tophus, scribere malunt, ut

Et leuibus to -- fis natiuum duxerat arcum.

Ouidius libro tertio Metam.

Et scropha, quod Despauterius per ph, scribit. Iuuenal. sat. 6. Atq; eadam scro -- fa Niobe fœcũdior alba.

O, ante G.

O, ante G, in primis syllabis producitur, ut Ogygius uetustissi

uetustißimus Thebanorum rex, ut est apud Pausaniam in Boeoticis, à quo ogygius, a, um, & Ogygiæ portæ. Statius libro secundo.

Nec minus Ogygi –uu as eadem dea turbida Thebas
Insilit &c.

Neq; plura adeò huius generis inuenies, præsertim Latina. Nam cogo, quod à Despauterio pro exemplo citatur, compositum est, & ex contractione O, longum habet, ut suprà libro secundo docuimus.

Excipiuntur, Cogisantra, proprium Barbari cuiusdam, apud Martia. lib. 6. contra sententiā Despauterij, neq; enim uerū est, quòd in Scazonte quinto loco indifferenter Spondæus uel Iambus ponitur, sed fit commutatio pedum. Nam qui penultimo loco poni poterat, licet impropriè, Spondæus, in ultimum transit, & rursum, qui ultimo loco poni debuerat propriè, hoc est, Iābus, in penultimū recedit. Versus aūt Martialis hic est:

Hic qui retorto crine Maurus incedit,
Sobolem fate uu–u– tur esse se u–u– Cogisantræ, u–––. Bogus, itidem Barbarum nomen. Silius libro quarto.

Contra læta Bo–uu gus Tyrio canit omnia regi.

Logus, & quæ inde fiunt, ut Logius, logicus, logodædalus, spermologus, theologus, dialogus, aretalogus, et similia. Iuuenalis satyra decima quinta.

Risum fortaßè quibusdam
Mouerat, ut mendax Aretalogus –uu in mare nemo

Hunc

Hunc abicit &c.

Phlogis, phlogus, & quæ alia à φλέγω, seu φλόγος, ueniunt. Martialis lib. 11.

Pulchrior est Chione, sed Phlogis –υυ ulcus habet.

Flaccus libro quinto.

Autolycum, Phlogi –υυ umq; & Deileonta, secutos

Herculis arma uiros &c.

Rogo, as, uerbum, & quæ inde ueniunt, ut interrogo, erogo, irrogo, prorogo & cæt. Quorum exempla nota sunt. Horatius Ode 16. lib. 2.

Ocium di –υ–– ues rogat in –υυ– patenti

Prensus Ægæo &c.

Rogus. g. Ouid. 4. Metamorphoseos.

Quodq; ro –υυ gis superest, una requiescit in urna. Toga, unde togatus, togatulus &c.

Propertius libro secundo.

Siue to –υυ gis illam fulgentem incedere Cois &c.

Virgilius libro primo Æneidos.

Romanos rerum dominos, gentemq; to –υυ gatam.

Martialis libro decimo.

Sic maior nu –––υ merus toga υ–υ– tulorum.

Quæ tot exẽpla necesse habui addere, proprer eos, qui priorem breuem idem nomen habere dixerunt.

Vogesus quoq; montis nomen, cuius & suprà meminimus, O, ante G, breue habet, ut apud Lucanum.

Castraq; quæ Voge –υυ si curuam super ardua ripam

Pugnaces pictis prohibebant Lingones armis.

O, ante L.

O, ante L, in primis syllabis corripitur, ut stola, mola, uola, interior pars manus, uel pedis, à qua et uerbum uolo, as, deductum uolunt. Volo, uis, tertiæ. Solum, solium, dolus, doleo, & similia. Ouid. secundo Trist.

Ecquid ab hac omnes rigidas summouimus arte

Quas stola –uu contingi, sumptaq; uitta uetat.

Virgilius Ecloga octaua.

Sparge mo –uu lam & fragiles incende bitumine lauros &c. *Cæterorum exempla ubiq; obuia sunt. Sic & Volemum, piri species. Idem 2. Georg.*

Crustumijs, Syrijsq; piris, grauibusq; uo –uu lemis

Et Solanus proprium, apud Ouidium 2. de Pont. quod à solo deriuatum uidetur, ut:

Condita disparibus numeris ego Naso, So –uu lano

Præposita misi uerba salute mea.

Cuius rationis & solarium esse Despauterius uult, uectigal, ut ipse exponit, quod pro solo soluitur, quod tamen alij non per O, in prima, sed per A, Salarium dicũt, cuius exemplum suprà posuimus. Nam solarium à sole, deriuatum ex deriuatione notum est.

Præterea quæ à Græco πόλεμος fiunt, ut Ptolemæus, Ptolemus, Neoptolemus, ut

Morte Neoptole –uu mi regnorum reddita cessit.

Pars Heleno &c. Æneid. 3.

Et à πόλις, ut polites, Amphipolis, Neapolis, Pyrgopolinices, & similia. Idem 2. Æneid.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde po -vu lites.
Martialis in Xenijs.

Amphipo -vu litanæ fateor sum filia Thynni &c.
Et ab adiectiuo πολὺ, ut Polydorus, Polymnestor, Polydamas, polypus &c. Ex quibus tamen posteriora duo per extensionem frequentius producuntur, o paruo, in ου, diphthongum mutato, quemadmodum apud Græcos, & μοῦνος, pro μόνος, οὔνομα, pro ὄνομα, & similia dicuntur. Exempla priorum sunt: libro secundo Æneid.

Fas omne abrumpit, Poly -vu doru obtrũcat & auro
Vi potitur &c. Propertius libro tertio:

Et scelus accepto Thracis Poly -vu mnestoris auro.
Posteriorum autem: Persius sat. 1.

Ne mihi Polyda -vu mas, & Troiades Labeonem
Prætulerint &c. Ouidius 4. Metam.

Vtq; sub æquoribus deprensum Polypus -vu hostem Continet &c. Quo pacto apud Horatiũ etiam pro morbo ponitur, satyra tertia, ut

Delectant, ueluti Balbinum Polypus -vu Agnæ.
Vbi tamen sunt, qui per V, Pulydamas, & Pulipus scribere malunt, scilicet, ne quis Græcam figuram ignoraret. Neq; uero uideo, quur Valla reprehendatur, quod in Hesiodo uertendo, posuerit:

Tum Poly -vu po durum est, gelidis habitare
sub undis &c. Nam & Phocylides eodem modo usus est, ut

Μηδ᾽ ὡς πετροφυὴς πολύ –υυ πους κατὰ χῶραν ἀμείβου. Et hæc uera ac propria quantitas nominis huius est, illa altera autem, accersita ac figurata. Quanquam rursum non ignorem, & Græcos poëtas figurato illo magis, quàm proprio uti, etiam nulla necessitate cogente, cuius rei exempla multa habes apud Oppianum lib. 2. Et item alibi.

De Dolone, quod nomen apud Homerum ubiq; per ὀμικρὸν, scribitur, et de uerbo tolero, quod indocti per duplex ll, efferunt, ineptum est, ultrà aliquid, quasi de dubijs meminisse. Habes tamen utriusq; exemplum apud Virgilium, Dolonis, Æneid. 12. ut

Antiqui proles bello præclara Do –υυ lonis.

Tolerandi autem Aeneid. 8. ut

Pallanta adiungam, sub te tole – υυ rare magistro.
Militiam, & graue Martis opus, & tua cernere facta Assuescet &c.

Excipiuntur Bola, oppidi nomen, Virg. Æne. 6.

Pometius, castrumq; Inui, Bo –– lamq;, Coramq;.

Hinc Bolanus, a, um, & Bolanus proprium, apud Horatium saty. 9 lib. 1. ut Cum sudor ad imos
Manaret talos, ô te Bo –– lane cerebri
Felicem aiebam &c.

Boletus. Martialis libro primo.

Solus bole –– tos Cæciliane uoras. & ibidem
Bole –– tum qualem Claudius edit, edas.

Colis, insulæ nomen, apud Dionysium, ut

Quos

Quos capit Emodo missos Gangetica monte
Tellus, porrigitur quæ ad terræ Colidis –υυ Au-stro. Legitur enim & in Græco.
Πρὸς νότον ἑλκόμενοι περὶ τέρματα Κώλιδος –υυ αἴης. Sic & appellatiuum colis, à quo coliculus diminutiuum. Est enim ex caulis factum, diphthongo Au, in O, longum mutata.
Coleus, pro testiculo, à quo coleatus. Martialis libro duodecimo.
Derisor Fabianus Hermarum
Omnes quem mo –––υ do colei υ–υ– timebant &c. Et alibi idem.
Cũ depila ––, υ– tos Chreste co ––υ– leos portes. Hoc nomen Despauterius & breui O, poni tradebat, eò adductus uidelicet, quòd apud Gellium libro nono, capite nono legerat.
Et potum ad fontes age Tityre, sed cole –υυ atum,
Hunc Afrum Rufumq; caue, ne cornua uibret.
Deinde etiam quia audierat apud Græcos κολεός, & κουλεός, eadem significatione dici. Proinde, cum breui prima, coleus poneretur, per O, scribendũ esse censebat, sin autem eandem syllabam longam haberet, per V, culeus, eoq; modo etiã duobus his locis citatis, ipse legebat. Sed quod cum pace uiri dictum à me uolo, primũ quod ad locum Gellij attinet, non sunt hi uersus Gelliani, aut cuiusquam authoris antiqui, sed à nescio quo interprete, explicandorum Græcorum, quæ ex Theocrito, ibi-

dem citantur, gratia addicti. Quare in nostris codicib. non in ipso contextu capitis, sed circa finem libri leguntur. Deinde κολεὸς, & κουλεὸς, quæ pro eodem Græcis accipiuntur, id quod ex Polluce et Hesychio apparet, non pro testiculis, sed uel pro uagina, ut plurimũ uel pro sacco, seu capsa aliqua, ut etiã Latinis Culeus, accipiuntur. Quare ipse apud Martialẽ utrobiq; lego coleus, neq; hoc nomen usquã prima breui inueniri, apud idoneos authores puto. Nã q; in Priapeis legitur. Id quod nos culum, culeon -υυ ille uocat, cuius rectè modo intuenti, apparet, non de teste, sed de turpiore quadam re, intelligendum esse.

Colon, membrum, & quæ inde procreantur, ut Dicolon, tricolon, Coliphium, Eschatocolicum, & similia. Martialis libro secundo.

Lectis uix tibi paginis duabus
Spectas Escha --, -υ tocolicon υ-υ- Seuere,

Idem libro septimo.

Cum coliphi ---υ a sedecim comedit &c.

Sic & Latinum colum, quo pannus, uel aliud aliquid, per quod lac, aut alius liquor purgatur, significatur; à quo & uerbum colare. Virgilius.

Colaq; -υυ prælorum fumosis deripe tectis &c.

Manilius.

Et colare uagos inductis retibus amnes.

At colus, qua mulieres nent, & uerbum colo, is, tertiæ ad regulam pertinent, ut apud Ouidium.

Et colus –υυ; & fusi digitis cecidere remißis.
Et *Æneidos primo,*

Posthabita colu –υυ ipse Samo &c.

Et eodem modo etiam colon, pro intestino, à quo colicus morbus, seu dolor, appellationem sumit, poni uideo, ut apud Serenum.

Cum colon –υυ inuisum morbi genus intima carpit.

Et in Antidoto Philonis, apud Galenū de cōposit. pharmacorum secundū locos, lib. 9. ca. 4. quod carmē, ut cætera eius authoris, Ianus Cornarius Latinè reddidit, ut

Siue co–υυ lum doleas, seu tu iecur, auxiliabor.

Est enim in Græco quoq; uersu:

Εἴτε κό –υυ λον πάσχῃς &c.

Tametsi Serenus à quibusdam hoc loco notetur, quasi qui contra græcam quantitatem priorem in colon corripuerit. Sed pro Sereno faciunt etiam Hesychius, & commentator Aristopha. in Nubes, qui uerbum κολεντρᾶν exponunt, alter: ἐνάλλεσθαι, εἰς τὸ κόλον, ὃ δὴ λοῖ τὴν γαστέρα, Alter τύπτειν εἰς τὴν γαστέρα, κόλον γὰρ, τὸ παχὺ ἔντερον, inquiens.

Cholíambus, & si qua alia à χωλός, ueniunt.

Dolium. Iuuenalis satyra decima.

Nam quis plura linit uicturo dolia –υυ musto.

Folia, uenefica cuiusdam nomen, apud Horatium in Epodis, Ode quinta, ut

Non defuisse masculæ libidinis

Ariminen υ–υ– sem Foliam υ–υυ. Dim. Iambicus est.

Moles, molior, & quae inde fiunt, reliqua. Virgilius.

Miratur mo – – lem Æneas &c. Et rursum.

Moli – – riq; arcem.

Moly, herba. Ouidius decimo quarto Metamor.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album

Molý uo – uu cant superi &c.

Nolo, quod tamen ex compositione quoq; iudicari poterat. Terentius in Eunucho.

Nolunt, ubi ue – –, uuu lis, ubi nolis – uu, – – cupiunt ultro, bene putas. Troch. Tetra. Catalect.

Nola Campaniae oppidum. Silius lib. 14.

Hic ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam – u. Et eodē modo pro tintinnabulo quoq; ponas licet.

Olim. Virgilius primo Æneid.

Mittite, forsan & haec o – – lim meminisse iuuabit.

Olearus, insulae nomen. Ouid. 7. Metam.

At non Olea – uu ros, Didymeq;, & Tenos & Andros. Olenus, olenius, a, um &c. Ouid. 10. Metam.

Voluitq; uideri

Olenus – uu esse nocens. Et 5. Fastorum idem.

Quod petis Oleni – uu is inquā mihi missus ab aruis

Flos dabit &c.

Proles. Virgilius primo Æneid.

Exigat, & pulchra faciat te prole pa – uu rentem.

Atq; hinc proletariorum nomen, dictum uolunt, quasi, qui proli procreandae solum operam darent, quod si rectè traditur, eandem quantitatem & ipsum habet.

Proli

Prolixus, quod tamen etiam compositum uideri potest. Terentius in Heautontimor.

Capillus pas --, -- sus prolixus --, -- circum caput. Senarius est.

Psolon Græcum, & quod inde formauit, author Priapeiorum, Psoleon, ut:

Psoleon -υυ ille uocat, quod nos Psoloëta uocamus. Vbi alterum uerbum, Psoloenta, quod ab eadem sylla ba, Latine scriptum incipit, à ψόλος Græco, quod fumum siue fuliginem significat, deriuatum est, non à ψωλός siue ψωλή.

Solus, Solitudo, Solitarius &c. quæ ab eadem origine manant. Virgilius 4. Æneidos.

Solus hic inflexit sensus, animumq; labantem &c.

At Solum substantiuũ, à quo Solidus, o, breue habet, ut:

Astra tenent cœleste so -υυ lum &c. 1. Metam.

Solor, aris. Solamen, Solatium &c. Virgil. 1. Æneid.

Sola -- bar, fatis contraria fata rependens.

Solers, quod quidã duplici ll, scribunt. Oui. li. 9. Meta.

Huc licet ex toto so -- lertia confluat orbe.

Solemnis. Virgilius quinto Æneidos:

Annua uota tamen, so -- lemnesq; ordine pompas Exequerer &c.

Scolon, loci nomen, apud Statium 7. Thebaid. ut:

Qui Sco -- lon, densumq; iugis Eteonon iniquis.

Ita enim scribendum hoc nomen est, non Colon, ut Despauterius habet. Nam & apud Homerum eodem mo-

do scribitur. Iliados secundo, ut:

Σχοῖνοντε σκῶ -- λόντε, πυλύκνημονΤ' ἐγεωνόμ.

Spoletum, Vmbriæ oppidum. Martialis in Xenijs:

De Spo -- letinis quæ sunt cariosa lagenis.

Tmolus, Ciliciæ mons. Ouidius 2. Metamorph.

Ardet Athos, Taurusq; cilix, & Tmolus, & -uu Oeten. Quibus non dubito plura etiam addi posse, ex frequenti Græcorum lectione, sed hæc communiora sunt, & à Latinis usurpata.

O, ante M.

O, ante M, in primis syllabis producitur, ut: Roma, Romulus, Momus, deus, aliorum subsannator, Vomis, quod & Vomer dicitur, Comis, à quo Comitas, & Comiter. Horatius episto. 2. libro 2.

Comis in -uu uxorem, posset qui ignoscere seruis.

Et illa quæ uerbaliũ speciem habent. Tomentum, Omentum, Nomentum, proprium loci. Martialis in Apoph.

Tomen -- tum concisa palus Circense uocatur.

Persius satyra secunda:

Tot tibi cum in flamma Iunicum O -- menta liquescant. Virgilius Æneidos 7.

Qui No -- mentũ urbem, qui rosea rura Velini.

Nam Lomentum & Momen, à quo Momentum lego, haud dubie pro uerbalibus duco, ut à Lotum, uidelicet & Motum, ficta. Lucretius libro 3.

Momine u -uu ti paruo, poßint impulsa moueri.

Martialis libro 5.

Lomen-

Lomen -- to rugas uteri quòd condere tentas etc.

Excipiuntur, Bromius, Bacchi cognomentum, à βρεμεῖν factum. Ouidius 4. Metamorph.

Thuraq; dant, Bacchumq; uocant, Bromi - υυῦq;, Lyeũq;. Hypermeter est. Sic & Bromia, ancilla apud Plautum, & Bromus, centauri nomen. Metamor. 12.

Coma, & quæ inde ueniunt, tam apud Græcos, quàm apud Latinos. Vt, Comari uerbum. Cometa, proprium & appellatiuum, Anguicomus, Pulchricomus, & similia. Virgilius 4. Georg.

Cresceret in uentrē cucumis, nec sera co - υυ mantē Narcissum &c. Lucanus libro 1.

Crimemq; timendi

Sideris, & terris mutantem regna co - υυ metem. Ouidius 12. Metamorph.

Opprēßit spacio stantem propiore co - υυ meten. Reliqua nota sunt.

At Como, is, tertiæ, quod orno significat, producitur. Idem 1. Metamorph.

Ecquid si co -- mantur ait &c.

Comes, itis, & quæ inde fiunt, Comitor, Comitatus &c. Virgilius 2. Æneidos:

Sit comes - υυ & longe seruet uestigia coniunx. Quanquam hoc idem ex deriuatione quoque cognosci poterat, uidetur enim ex con, & eo, deductum, quemadmodum & Comitium, à quo Comitiare, uerbum, à cō, & Itum. Cuius quidem quantitatem suprà docuimus.

contra sententiã Despauterij. Exempla autem quæ illic desiderantur, hic subijciemus. Plautus in Curculione:

Quod insigne habe υ–, –υυ o, quæso ne ––υ– me incomities –υυ,υ–. Et:

Licet infora υυ–, υ– re, si incomiti υ–, υυ are haud licet. Et eodem loco:

Non inforabis me quidem, non mihi placet

Tuum profe υ–υ– cto, nec forum ––, υ– nec comitium –υυ,υυ.

Comedo, quod itidem compositum, & ex eo notum est. At Comessor, aris, ad regulam pertinet, ut:

Qui nec leno potes, nec comes –– sator haberi.

Volunt enim à Græco κωμάζειν deriuatum esse.

Chromis proprium, apud Virgil. Ecloga 6. ut,

Pergite Pierides, Chromis –υυ & Mnasylus in antro. Addit hoc loco & Chromion, loci nomen, Despauterius, ex Ouidij 7. Metamor. Sed apud Ouidium non Chromion, sed Cremyon legendum est, ut suprà libro 2. ostendimus.

Dominus, Dominor, et quæ inde ueniũt, quæ nota sunt.

Domus, Domuncula, etc. quæ neq; ipsa exemplis egẽt.

Domo, uerbum, à quo Domitius, & Domitianus. Martialis libro 19.

Dum Ianus hye ––, υυυ mes Domitia –υυ, υ–nus autumnos &c. Scazon est.

Dromus, Græcum, & quæ ab eadem origine ueniunt, ut, Dromo seruorum nomen, in Comœdijs Dromas,

canis

canis nomen apud Ouidium. Dromedarius, Hippodromus, & similia. Ouidius 3. Metamorph.

Et Dromas –υ υ & Canache &c. Terent. in And.

Hem Dromo, Dromo, quid –υυ, υυυ est? Dromo, audi, –υ, –– uerbum si addide ––, –υυ ris Dromo –υ–. Trochaicus Tetrameter Catalecticus est.

Glomus, à quo Glomero &c. Virgilius 4. Æneidos:

Puluerulenta fuga glome –υυ rant, montesq; relinquunt. Ouidius 1. Metamorph.

Ne non æqualis ab omni.

Parte foret, magni speciē glome –υυ rauit in orbis.

Quare non abs re pro uitioso habetur locus ille, apud Lucretium libro 1. ubi legitur:

Nam si tantundem est in lanæ glomere, quantum

Corporum in plumbo est &c. siue pondere, pro Glomere, siue quid aliud legendum.

Hoc exemplo & Barbara Gomor, & Gomorra, à iunioribus ponuntur.

Homo, quod notum est.

Homerus. Horatius in arte:

Indignor, quandoq; bonus dormitat Ho –υυ merus.

Homole, mons Thessaliæ. Virgilius 7. Æneidos:

Descendūt, centauri Homo –υυ len, Othrynq; niualē Linquentes &c.

Homilia, quod ab ὅμιλος fit, quod cœtum seu congregationem significat, παρὰ τὸ ὁμοῦ καὶ ἴλη. Vnde et longum I, habet. Homerus 1. Odyss.

Τίς δ᾽αὐς; τίς δ᾽ ὁ –υυ μῆλος ὅδ᾽ ἐπλετο &c.

Et quæ alia ab ὁμοῦ uel ὁμῶς ueniunt, ut, Homæosis, Homonoea, Homæomeria, ut:

Nunc & Anaxagoræ scrutemur Ho –υυ mæomeriam &c.

Nomos Græcum, & quæ inde ueniunt, ut, Eunomus, Ecnomus.

Nomanus, quod & Numanus Latine scribitur, & similia. Virgilius:

Sic satis Aenide telis impune Nu –υυ manum
Occidisse tuis &c. Ausonius in Epigram.
Eunomus –υυ euasit fati ope, non medici.

Et quæ à νέμω siue νομή ueniunt, ut, Nomades &c. Silius libro 5.

Erumpunt multusq; Maces, Garamasq; No –υυ madesq;.

Omasum. Horatius in Serm.

Seu pingui tentus O –υυ maso &c.

Omitto, compositum est, ut & Prometheus.

Promulus proprium, apud Virgilium 9. Æneidos:

Turnus, Ityn, Cloniūq;, Dioxippū, Promu –υυ lūq;.

Stomachus. Horatius:

Ieiunus stoma –υυ chus raro uulgaria temnit.

Stoma Græcum, & quæ inde ueniunt, ut, Chrysostomus, Eleutherostomus, Stomargus, & similia. Scribuntur enim omnia hæc per o, paruum Græce.

Exceptis tamen hinc uerbo Græco Stomyllo, & adiec-

adiectiuo Stomylus, quod dicacem & garrulum significat, quæ tam longa O, quàm breui scripta reperiuntur, quanquàm ea Græcis ferè tantum in usu sint.

Tomyris, regina Scytharum. Tibullus libro 4.

Nec quā regna uago Tomy - ∪∪ ris finiuit Araxe.

Et quæ à τέμνω seu τμῶ ueniunt, ut, Tomus, loci nomen & appellatiuum, Prototomi, Epitome, & Tomaculum quoque, ut plerisque uidetur. Ouidius:

Inde To - ∪∪ mus dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Iuuenalis satyra decima:

Exta & candiduli diuina To - ∪∪ macula porci etc.

Vomo, is, à quo Euomo, Cōuomo etc. Tere. in Adelph.

Ibo, ac requi --∪- ram fratrem, ut in e --∪∪ um hæc euomam, --, ∪∪. Senarius est.

Vomica. Iuuenalis satyra 13.

Et phthisis, & Vomi - ∪∪ cæ putres, & dimidium crus.

Serenus tamen idem nomen o, longa posuit, ut:

Vomica - ∪∪ qualis erit, uel eidem proxima quædam &c. Sed tamen Iuuenalis, ut omnium ueterum authoritas præferenda est.

Vomanus. proprium fluuij. Silius libro 8.

Muricé nec Libyco, statq; humectata Vo - ∪∪ mano,
Adria & inclemens hirsuti signifer Ascli.

O, ante N.

O, in primis syllabis ante N, corripitur, ut, Bonus, Sonus,

Sonus, Tonus, Onus, Onager, Onocrotalus. Mart. li. 11.

Turpe Rauennatis guttur O –uu nocrotali.

Moneo, Monimentum, Moneta, & quæ à Græco Monos ueniunt, ut, Monachus, Monaulos &c. Martialis in Apoph.

Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis,
Sæpe duas pariter sæpe mo –uu naulon habet.

Item, quæ à γόνος, ut, Chrysogonus, Telegonus, Antigonus, & similia. Ouidius primo Tristium:

Oedipodas facito, Telego –uu nasq; putes.

Idem sexto Metamorph.

Pinxit & Antigo –uu nem, ausam contendere quondam &c. Et quæ his similia sunt.

Excipe primo, in quibus C, D, uel P, præcedit O, ut. Conus, Conor, Conops, Donec, Dono, Pronus, Pono &c. Statius 1. Achilleid.

Aut torrere sudes, galeasq; attollere conis –– Ouid.
Donec e –uu ris felix multos numerabis amicos.

Idem 1. Metamorph.

Pronaq; –uu cum spectent animalia cætera terram &c. Tolluntur tamen ab hac exceptione nonnulla, ut quæ à χρόνος. χθονὸς, κλόνος, κρόνος, πόνος, φόνος, & similibus Græcis descendunt, qualia sunt, Chronius proprium, apud Martialem. Chthonius, apud Ouidium Metamorph. 12. Clonius, Æneidos 9. Cronius, apud Statium Thebaidos quarto, Philoponus, Aponus, quod etiam fluuij nomen est. Vt apud Luca. lib. 7.

Colle

Colle sedens, Apo – ∪∪ nus terris ubi fumiger exit.
Tisiphone, Persephone, Nebrophonus & similia. Ouidius tertio Metamorph.

Nebropho – ∪∪ nosq; ualens, & trux cum Lelape, Theron.

Item haec Conon. Virgilius in Bucolicis:

In medio duo signa, Co – ∪∪ non, & quis fuit alter.
Donace proprium, apud Calphurnium in Eclogis:

Quid merui, cur me Dona – ∪∪ ce formosa reliquit:
Donysa, insulae nomen. Virgilius 3. Aeneidos:

Bacchatamq; iugis Naxon, uiridemq; Do – ∪∪ nysam.
Phonascus autem, quo nomine moderator & exercitor uocis significatur, quod quidam corripuerunt, ad regulam pertinet, perinde ut & caetera à φωνὴ uenientia, ceu sunt, Antiphona, Epiphonema, Symphonia, & similia. Horatius in arte:

Vt gratas inter mensas symphonia – ∪∪ discors &c.
Et apud Lucretium libro sexto. Vbi quidam Donus legerunt, Dominus scribendum, sed in scansione per syncopam, duabus syllabis, priore breui, Domnus efferendum esse uolunt, ut:

At cum –– membra do – ∪∪ minus pertexit serui da seruis &c. Perinde, ut & apud Ouidium quarto de Ponto, Elegia 7. ad Vestalem legitur.

At tibi progenies alti fortissima Domni ––
Ita enim adhuc scribi ac legi uideo, neque ipse intelligo, quo pacto alio, lectio haec mutari debeat, aut possit.

Secundo excipiuntur, Monychus, centauri nomen, quod per syncopen, ex Mononychus factū apparet, eoq; primam producit. Iuuenalis satyra 1.

Quantas iaculetur Monychus -uu ornos &c.

Gonia, quod angulum significat, & quæ inde fiunt, ut Trigonus, Tetragonus &c. Manilius libro 1.

Lanigeriq; notat fines, clarumq; Trigonum -u.

Et libro 2. Idem:

Est quæcunq;, tamen dicuntur signa Trigona -u.

Itaque posteriores, ut sunt Ausonius, Capella, &c. qui idem nomen O, breui posuere, nemini in exemplum trahendos censeo.

Nonus, à quo Nonius, Nonaginta, Nonaria, Nona &c. quæ ex deriuatorum analogia nota quoque sunt. Ouidius 1. Fastorum:

Nona -- rum tutela deo caret &c. Persius:

Si Cynico barbam petulans No -- naria uellat.

Nonacris, Arcadiæ locus, à quo Nonacrius, Nonacrine &c. Ouidius 1. Metamorph.

Inter Hamadryades pulcherrima No -- crinas.

Thonitis, lacus apud Dionysium, ut:

Atq; lacū medius, Tho -- niten intrat & exit,

Nec uiolatur aqua. Sic enim et Græcus uersus habet.

Ἐστι δ᾽ ἐλὺς κατὰ μέσσα περίτροχος ὕδασι λίμνη

οὔνομα θωνῖ -- τις &c.

Zona. Horatius epistola ultima:

Ibit eò quo uis, qui Zonam -- perdidit, inquit

O, ante

O, ante P.

O, in primis syllabis ante P, corripitur, ut, Opus, Opera. Opifex &c. Ouidius 1. Metamorph.

Ille opi –uu fex rerum, mundi melioris origo.

Sic Poples, quod quidam produci tantum credidere. Lucretius libro 4.

Brachia, palpebræq; cadunt, popli –uu teq; cubāti.

Opicus, a, um, quo nomine & populi quidam Campaniæ appellati fuerunt. Iuuenalis satyra 3.

Et diuina Opi –uu ci rodebant carmina mures, ubi pro sordido & immundo ponitur. & Opilio, ut indicat Seruius in illud Eclogæ decimæ apud Virgiliū.

Venit & Vpili ––u o, tardi uenere subulci.

Vbi Vpilio pro Opilio, inquit, propter metrum dixit Græce, ut, οὔνομα, pro ὄνομα.

Item Popanum, quod placentæ genus est. Vt apud Iuuenalem satyra sexta:

Scilicet & tenui Popa –uu no corruptus Osiris.

Popina. Idem satyra 11.

Qui meminit calidæ sapiat quid uulua Po –uu pinæ?

Et Græca, quæ à sophos ueniunt, ut, Sophia, Sophista, Sophocles, Philosophus, Morosophus &c. Martialis libro primo ad Regulum:

Cum tibi sit Sophi –uu æ par fama & cura Deorum &c. Iuuenalis satyra 7.

Et plures uno conclamant ore So –uu phistæ.

Et Virgilius Eclog. 8.

Sola So–υυ phocleo tua carmina digna cothurno.
Item quae ab ὄφις, ὅπλον, ὀπός, ὄπισθεν, & à uerbis τρέπω uel τρέφω, & similibus, descendunt, ut sunt, Ophites, Ophiusa, Hoplomachus, Opobalsamum, Opistographum, Tropis, uinum quod bibebant, ciendi uomitus gratia, apud Martialem libro 12.
Trophaeum, quod τρόπαιον Graecè dicitur, Atropos, Epitropus, Polytropus, Eutropius, Chenotropheum, Ornitropheum & similia. In quorum exemplis congerendis, nolui hic curiosior esse, quòd omnia illa etiam ex scriptura sua nota sint.

Quod autem & Sophronius, apud Martialem O, breui priore, altero autem longo ponitur, contra quam Graecè scripturae ratio postulat, qua σωφρόνιος scribitur, de eo equidem quod afferam, non habeo. Versus est libro Epigram. undecimo:

Tāta tibi est animi probitas, orisq; So–υυ phroni.
Vt mirer fieri te potuisse patrem.

Despauterio certe non assentior, qui ex hoc exemplo caetera omnia huius formae eandem syllabam correptam habere uolebat, ut sunt, Sophron, Sophroniscus, Sophronium, Sophrosyne, & similia. Scribuntur enim omnia haec per ω, μέγα Graece, quantumuis ille reclamet. Id quod non modò scriptura ipsa, sed etiam exemplis doceri potest, ut in Epigrammatis:

Σωφροσύ–υυ νη καὶ ἔρως, κατ᾽ ἐναντίον ἀλλήλοισι.

ἐλθὼν

ἐλθόντες, ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι.

Et rursum in iisdem:

Οὐδὲν σωφροσύ -υυ νης τεκμήριον ἐστι πρό-
δηλον &c. Et apud Sophoclem:

ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια. τοὺς δὲ σώφρονας -υυ
θεοὶ φιλοῦσι. καὶ στυγοῦσι τοὺς κακοὺς &c.

Et apud Terentium in Phormione:

Concede hinc à --,-- foribus paululum i υυ--
-- storsum sodes --,-- Sophrona -υυ.

Et in Eunucho:

Ne uim facias ullã in illam. Thais ego eo ad Sophro-
nam -υυ. Trochaici sunt Tetrametri Catalectici.
Quæ exempla, quando & plura sunt, & uetustiorum
etiam quædam authorũ, pluris puto, fieri, quoq; debent.
q̃ unicum illud Martialis, de quo tamen etiam dubitari
potest, utrum omnino rectè habeat, & non uel ipse uer-
sus, uel nomen utique illud corruptum ac uitiatum sit,
& pro Sophronius, Sophonius, à σόφων σόφων&c.
cuius nominis mentio apud Suidam quoque fit, uel simi-
li aliquo modo, potius legendum.

Excipiuntur autem à regula, principio, quæ C, an-
te O, habent, ut sunt, Copia, & quæ inde ueniunt, Sco-
pæ, Scropha, quod & Scrofa per F, scriptum legitur,
ut suprà dictum est.

Et Græca Cope, loci nomen in Bœotia, à quo Copais
lacus, et Copaides anguillæ apud Aristophanem. Cope,

appellatiuum, quod manubrium, & remum item signifi- cat. Cophus, quod mutum significat.
Sclopus, quod tamen et geminato pp, scloppus, scribi uideas, uox imitatitia est, qua significatur sonus, qui ex inflatu buccarum erumpit. Persius satyra 5.
Nec sclo -- po tumidas intendis rumpere buccas &c.
Demptis tamen inde Scopus, Scopas, Scopulus, & quæ ab eadem origine ueniunt, ut, Horoscopus, Episcopus &c. Martialis libro 4.
Solus Praxitelis manus Scopæq; u-u
Solus Phidiaci toreuma cœli &c. Virg. 1. Æneid.
Geminiq; minantur
In cœlum scopu - uu li, quorum sub uertice late &c. Et Persius satyra sexta.
Discrepet his alius, geminos Horoscope -uu uaro
Producis genio &c.
Item quæ à κόπτω, uel κόπος ueniunt, ut, Artocopus &c. Iuuenalis satyra 5.
Salua sit Artoco - uu pi reuerentia, finge tamẽ te &c.
Cophinus, idem quod corbis. Idem satyra 3.
Iudæis, quorum Cophi -uu nus, fœnũq; supellex.
Excipiuntur autem & hæc à regula. Dropax. Martialis libro 3.
Psilotro faciemq; lauas, & Dropace -uu caluam.
Opis, nymphæ nomen, ab ὤψ ὠπός, ut uidetur, deductum. Virgilius Æneidos 11.
Opis ad -uu ætherium pennis aufertur olympum.
Sic

Sic & cætera ab eadem origine deriuata, ut, Prosopon, Pyropus, Metopon, & similia.

Operior uerbum deponens, quod idem quod expecto significat, & ab alijs etiam duplici pp, scribitur, qui illud compositum ex Ob, & Perior, quod ipsum tamen in usu non est, uideri uolunt, perinde ut & Experior &c. Terentius in Phormione:

Si non tum dedero, unam præterea horam ne oppertus sies -υ-. Troch. Catalect. Tetrameter est. Operio autem actiuũ corripitur, ut suprà apud Catull.

Tantum Ope -υυ rire fores, aut aperire soles.

Populus, arboris nomen. Virgilius:

Populus -υυ Alcidæ gratißima, uitis Hiaccho.

Psophis loci nomen. Ouidius 5. Metamorph.

Vsq; sub Orchomenon, Pso -- phidaq; Cylleneq;.

De qua uoce etiam suprà meminimus.

Popea, quod ipsum quoq; duplici pp, scriptum fermè reperias. Hinc Poppeanũ, ungentum. Iuuenalis satyra 6.

Pane tumet facies, aut pinguia Pope -- ana.

Spirat &c. Sic & apud Senecam in Octauia:

Iungatq; nostris igne Po --υ- peam thoris.

Propago, ex compositis patet.

Sopio, actiuum, idem quod dormire facio, & quæ ab eodem uerbo ueniunt. Vt Æneidos 1.

Hunc ego sopi -- tũ somno super alta Cythera etc.

Compositum tamen eius Semisopitus, ferè corripitur. Vt apud Ouidium 2. Amorum:

Purpureo iacuit semiso –uu pita thoro.
Et in Episto. Ariadnes.

Thesea pressuras semiso –uu pita manus &c.

Ex quo quidam adducti, putarunt in Sopio, Sopitus, &c. primam communem esse, cuius tamen rei argumenta alia non sunt, præterquam compositum hoc, quod modo diximus. Sopor autem nomen, & Soporo uerbum, quod inde uenit, perpetuò corripiuntur, ut Æneid. 6.

Melle so –uu poratam, & medicatis frugibus offam.

Tophus, lapidis genus. Virgilius:

Et Tophus –uu scaber, & nigris exesa cylindris.

Sed de hoc etiam suprà meminimus.

O, ante Q.

O, in primis syllabis ante Q, corripitur, ut, Quoque coniunctio, Coquo, Loquor, & quæ ab iisdem uerbis nascuntur. Virgilius Æneidos 4.

Quid loquar? –uu aut ubi sum? quæ mentem insania mutat? Idem 1. Georg.

Excoqui –uu tur uitiũ, atq; exudat inutilis humor.

Composita, ut sunt Quôq;, ablatiuus, Quandoq; aduerbium, & similia, ex sua regula nota sunt.

O, ante R.

O, ante R, in primis syllabis corripitur, ut, Corium, Corimbus, Corona, Coronis, Coroneus, & similia. Horatius.

Vt canis à cori –uu o, nunquam absterrebitur uncto. Idem.

Non

Non cuiuis homini contingit adire Co – uu rinthũ.

Ouidius secundo Metam.

Pulchrior in tota quàm Larißæa co – uu ronis.

Non fuit Æmonia &c. Et rursum.

Nam me Phocaïca clarus tellure Co – uu roneus.

Ad quem modum & Origanum ponitur apud Nicandrum, ut in Theriacis hoc uersu:

Ηυτε καὶ ἠρακλεῖον ὀ – uu ρείγανον ἀμφινέμονται &c. Quod eò hic adieci, quòd inter doctos quosdam, de prima huius uocis, aliquando dubitatum fuit. Et Scoria, in Ciri Virgiliana, ut.

Sordibus & scori – uu a patiar tabescere tali.

De quo equidem quid sentiam, non habeo. Nã apud Pollucem libro septimo, cap. 23. & item apud Hesichium per ω μέγα, σκωρία scriptum reperio.

Item Græca, quæ à uerbo φέρω, deriuantur, ut sunt Telesphorus, Telesphoria, Christophorus, Oenophorus & similia. Persius satyra quinta.

Iam pueris pellem succinctus, & Oenopho – uu rum aptas. Et quæ à κορεῖν, κόρη, κόρυς, κορύνη, χορος, & similibus ueniunt, ut Neocorus, Coroebus, Corypheus, Coryneus, Choreus, chorea, & id genus alia, quæ omnia ex uocali, quæ apud Græcos scribuntur, plana, ac manifesta sunt.

Excipiuntur autem primo, quæcunq; L, uel R, ante O, habent, ut Lorũ, Flora, Gloria, Chloreus, propriũ sacerdotis, apud Virgilium 9. Æneid. Chloris nymphæ

nomen. Roro, uerbū, à quo irroro, quæ tamen ex deriuatione quoq; nota sunt. Prora, Proreus, proprium, & his similia, ut Æneid. primo.

Lora te – ∪∪ nens tamen, huic ceruixq;, comæq; trahuntur. Ouid. 4 Fastorum.

Chloris e – ∪∪ rā, quæ Flora uo – ∪∪ cor corrupta latino Nominis est nostri litera Græca sono. Idē 4. Me.

Pone metum Pro – – reus, & quos contingere portus Ede, uelis, dixit &c. Cætera nota sunt.

U. Excipiuntur hæc Latina partim, partim Græca, Corus, absq; aspiratione, uenti nomen, qui & Caurus dicitur. Iuuenalis satyra 14.

Atq; habitas Co – – ro semper tollendus & austro.

Chorus autem per aspirationem, ut & chorea, ad regulam pertinent, ut Æneid. 5.

Et senior glauci chorus – ∪∪ Inousq; Palæmon.

Sic & Mugil, siue Muglis, piscis nomen. Catullus:

Quem attractis pedibus patente porta

Per-

Percurrent ra – – – v phamq; mu u – v – glesq; etc.
Et Iugurtha. Silius libro 2.
Nec contentus Idi letho, lethoq; Catonis
Marmaridæ, nec cæde Rothi, nec cæde Iu – uu gurthæ.

Excipiuntur habentia F, I, consonantem, uel P, ante V, ut, Fugio, Fugo, Fuga, Iugum, Iugulo, Pugil. Pugillus &c.

Demptis tamen inde Frugi, Fruges, Frugalis, & quæ alia ab eadem origine ueniunt. Iuuenalis satyra 5.

Ventre nihil noui fru – – galius, hoc tamen ipsum &c. Horatius epistola secunda:

Nos numerus sumus, et fru – – ges consumere nati.
Iugerum, & Iugere. Tibullus:

Vt multo innumeram iugere – uu pascat ouem.
Iugis, ge, adiectiuum, idem quod assiduus, uel continuus, & quæ inde deriuantur. Vt apud Horatium satyra 6. libro 2. Sermonum:

Hortus, ubi et tecto uicinus iugis a – uu quæ fons.
Pugio. Martialis in Apoph.

Pugio – uu quē curuis signat breuis orbita uenis.
Pugillares. Iuuenalis satyra 11.

Nec Pu – – gillares defert in balnea raucus &c.
Hoc idem tamen Ausonius & Prudentius etiam corripuere. Prudentius hoc uersu:

Inde Pu – uu gillares soliti percurrere ceras.
Ausonius autem ad Notarium, Dimetro Iambico.

Bipatens pugil uu – u – lar expedi &c.

Excipitur autem & Tugurium. Virgilius:

Pauperis & Tugu – ᴗᴗ rij congestũ cespite culmen.

Rugio quoque apud Philomelæ authorem ita ponitur, ut poßit correpta prima censeri, hoc uersu:

Tigrides indomitæ runcãt, rugi – ᴗᴗ ũtq; leones.

Sed ego tamen syneephonesin faciendam ibi puto. Nam cum suum cuique animanti proprium daturus esset poëta ille, necesßitate metri compulsus fuit, figuram admittere.

V, ante L.

V, ante L, in primis syllabis corripitur, ut, Culex, Culullus, Vlula &c. Horatius *satyra 5. lib. 1. Sermo.*

Tota abit hora, mali culi – ᴗᴗ ces, ranæq; palustres,
Auertunt somnos. Idem in Arte:
Reges dicuntur multis urgere cu – ᴗᴗ lullis &c.

Ouidius in epistola Phyllidis:

Pronuba Tisiphone thalamis ulu – ᴗᴗ lauit in illis.

Sic & propria Vlubræ quod loci nomen est apud Horatium epistola undecima:

Quod petis hic est,
Est Vlu – ᴗᴗ bris, animus si te non deficit æquus.

Et Vlysses, cuius exempla ubique obuia sunt.

Excipiuntur primo, in quibus F, G, uel M, præcedit V, ut sunt, Fuligo, Gulioca (nam hoc pro exemplo affert Despauterius) quo summum ac uiride putamen iuglandis, ut Festus ait, significatur, Mulus, Mula, & si qua his similia sunt.

At Fu-

Ac fuliginis quidem et muli, exempla facilè occurrent, tertiũ autem, Guliocæ, per se inusitatũ, ac propè ignotum est, & apud quosdam etiam per duplex ll, Gulliocæ scriptum reperitur.

Sed tamen ab eadem exceptione tolluntur, Fulica, auis nomen. Virgilius primo Georg.

In sicco ludunt fuli – υυ cæ, notasq; paludes &c.

Gula, & quæ inde ueniunt. Iuuenal. satyra. 11.

Quis enim te deficiente crumena

Et crescente gu – υυ la, manet exitus?

Et mulier, cuius exempla habes suprà, libro secundo de incrementis &c.

11. Excipiuntur hæc, Bulimei, siue ut Stephanus habet, Bulini, populi Illyriei nomen, non fluuij, ut Despauterius putabat, qui non solum in significatione, sed & in casu errauit, genitiuum pluralem, pro nominatiuo singulari ducens. Fannus.

Flexilis hinc pontus conuertens uergit ad ortus,

Atq; Liburnorum terras, Hyllisq; feroces,

Bulime – υυ on pariter, præstringẽs littora currit.

Bule, Græcum, quod consilium significat, & quæ inde fiunt, ut Thrasybulus, Neobulus, & similia. Horatius libro tertio Carm. Ode 12.

Studium aufert υυ– – Neobule υυ– – Liparæi nitor Hebri &c. Tetrameter est Ionicus à minori.

Bulimos, fames intolerabilis, quod græcè ipsum quoq; per ου, diphthongum scribitur, ut in prouerbiali illa

deprecatione. Ἐγὼ βούλιμον ἧσσω πλοῦτον καὶ ὑγεῖαν. Ab hoc fit uerbum βουλιμιᾶν. Sed hæc Græcorũ magis sunt, quàm à Latinis usurpata.

Culus, idem quod podex. Martialis libro secundo.

Infelix uenter, spectat conuiuia culi – –.

Culeus, pro sacco, siue utre, in quo parricidæ cum simia serpente & gallo inclusi demergebantur. Iuuenalis satyra octaua.

Cuius supplicio, non debuit una parari,

Simia, non serpens unus, non culeus – u u unus.

Apud Græcos autem etiam uaginam significat hoc nomen, & utroq; modo κουλεός, et κολεός, per o μικρὸν dicitur, ut Iliad. 1.

Ἕλκετο δ' ἐκ κολε – u u οῖο μέγα ξίφος &c.

Cæterum pro testiculo, quàm significationem dictionũ uulgò eidem nomini tribuunt, neq; apud Græcos, neq; apud Latinos, breui o positum, hactenus usquam legi.

Dulus, Dulia, & quæ alia ab eadem origine proficiscuntur. Græcè enim δοῦλος, & δουλεία, à uerbo δουλεύειν, quod seruire significat, scribuntur.

Dulichium, insula. Virgilius tertio Æneid.

Dulichi – u u umq;, Sameq;, & Neritos ardua saxis.

Iulius. Idem.

Iulius – u u à magno deductum nomen Iulo. Hinc Iulius, a, um, & Iulianus. Martialis lib. 3.

Si temperari balneum cupis feruens

Faustine quod – – u – uix Iulia – – u – nus intrarit

Scazontes sunt.

Pulex, icis, Martialis in Apoph.

Defendet manus hæc scapulas, mordente molesto

Pulice –uu uel si quid pulice –uu sordidius. Sic & apud Columellam pro uermiculo, brassicas infestan te, in Horto, ut

Paruulus aut pu – – lex irrepens dente lacesset.

Quare reprehenditur illud carmen, quod inter Ouidia na circumfertur, cuius initium:

Parue pu –uu lex, & amara lues, inimica puellis. Est enim contra authoritatem ueterum positum, tametsi idem exemplum ex posterioribus mul ti secuti fuerint.

Thulæ, insulæ nomen. Iuuenalis satyra 15.

De conducendo loquitur iam rhetore Thule – –.

Vligo, inis, terræ humor. Silius lib 8.

Et quos pestifera Pontini V – – ligne campi.

Virgilius secundo Georg.

At quæ pinguis humus, dulciq; V – – ligne læta &c.

Quidam corripi quoq; dixerunt, sed exempla desiderantur. De cõpositis, ut sunt Pulipus, Pulydamas etc. suprà dictum est. Et pulus, quod ex græco πῶλος, fa ctum est, duplici ll, pullus communiter scribitur.

V, ante M.

V, ante M, producitur, ut humor humeo, humecto, de quib. etiam suprà meminimus, humanus, dumus, fumus, & quæ inde ueniunt &c. Virgil. Eclog. 1.

Dumo – – sa de rupe procul pendere uidebo. Ouid. 1. Metam.

Ferre potest, calidoq; inuoluitur undiq; fumo ---
Excipiuntur primo, quæ C, uel N, uel T, ante V, habēt, ut cumulus, Cuminum, Cumera, Numerus, Numa, Numamia, Numida, tumeo, tumulus, tumultus & similia. Et ad hanc exceptionem & numisma pertinet, quod quidam per O, nomisma scribunt, ut apud Martialem.

Cur data sunt equiti bis quinq; nu - uu misinata. quare &c. Et Horatius.

Rettulit acceptos, regale nu - uu misma Philippos.
Quod eò hic addendum fuit, quòd quidam ex iunioribus idem nomen prima longa posuere, putantes eandem cum nummus, quod positione producitur, quantitatem habere. Sed tamen tolluntur quædam ab exceptione hac, ut Cumæ, arum, urbis nomen, quod à fluctibus maris, quæ κύματα dicuntur, appellatum uidetur. Virgilius sexto Æneidos.

Et tandem Euboicis Cu -- marum allabitur oris.
Numacius, proprium, apud Martialem lib. 10. quod tamen haud scio, an duplici mm, scribendum sit, ut

Simplicior priscis Num -- mati Galle Sabinis.
Numen, quod ex deriuatione notum est, ut & flumen, & similia.
Numella, uinculi genus, ut in illo, quod à Despauterio citatur:

Hæc Nu -- mella uidetur. Finis est Hexametri.
Struma, à quo strumosus. Iuuenalis.
Strumo -- sum, atq; utero pariter, gibboq; tumentem.

II. Excipiuntur hæc: humus, humilis, humerus, quorum exempla nota sunt
Rumex, herba. Virgilius in Moreto.
Fœcundumq; Ru –uu mex, maluæq;, inulæq; uirebant. Sic & cum telum significat, ut in illo Lucilij, quod à Grammaticis citatur,
Tum spara, tum rumi –uu ces portantur tragula porrò &c.
Sumus, ex incrementis uerborum notum est.
Pumilio autem, quod & Pumilo, & Pumilus, dicitur, uariari uidetur. Martialis in Apoph.
Parma, tibi scutum Pumili –uu onis erat. Et Statius libro primo syluarum.
Hic audax su –––u bit, ordo pu u–u– milonū u–u. In quibus longa prima ponitur. Et rursum in eadem sylua.
Mirantur Pu –––u milos ferociores: Vbi eadem syllaba corripitur. Sed tamē productio frequentior est.

V, ante N.

V, ante N, in primis syllabis producitur, ut munus, munio, unus, funis, prunus, prunum. Virg. 4. Georg.
Edurumq; pirum, & spinos iam pruna fe –uu rentes. Iuno, Iunior, cunæ, cunabula, & quæ inde fiunt, &c. Ouidius sexto Fast.
Et uitiant cu –– nis corpora rapta suis.
Virgilius tertio Æneid.
Mons Idæus ubi & Gentis cu –– nabula nostræ.

Excipi-

Excipiuntur: Cuneus. Virglius primo Georg.

Nam primi cune – vu is, scandebant fißile lignum.

Et Iuuenalis satyra sexta.

Digna tuo, cune – vu is an habent spectacula totis,
Quod securus ames?

Curuculus. Martialis in Xenijs.

Gaudet in effoßis habitare cu – vu niculus antris.

Tunica. Æneid. lib. 9.

Et tuni – vu cæ manicas, & habent redimicula mitræ.

V, ante P.

V, in primis syllabis ante P, corripitur, ut cupio, cupidus, stupeo, stupidus, lupus, lupa, stuprum, duplum, duplex, supellex, & similia. Virg. Æneid. 1.

Ingemit, & dupli – vu ces tendens ad sidera palmas,
Talia uoce refert. Persius satyra 4.

Tecũ habita, & noris quàm sit tibi curta su – vu pellex.

Excipiuntur primo habentia N, uel P, uel R, ante V. ceu sunt: Nuper, pupa, pupilla, rupes, Scrupus, scrupulũ, & similia. Ac cæterorũ quidem, exẽpla nota sunt. Scrupulum autem, & pupa, à quibusdam in dubium uocantur, eò, quòd scrupulum, à Fannio de ponderibus V, breui positum legitur: Pupa autem, ex Ausonio quoq; eadem syllaba correpta à nonnullis allegatur. Fannij uersus est.

Siciliquus, drachmæ scrupu – vu li si adiectio fiet.

Ausonij autem, ut ab ipsis citatur.

Barbara quæ Latias uincis alumna pu – vu pas.

Sed contra Fanniū faciunt Martialis aliquot exempla, ut libro quinto.

Plāmarisue togæ,scrupula –uu tota decē. Et li.10.

Libras,scrupu ––u la sextulasq; dicit.Hendeca syllabum est.Et item illud quod de medicamine faciei inter Ouidiana legitur,hoc uersu:

Quinq; parent marathi scrupula –uu myrrha nouē.

Quibus,utpote uetustioribus,magis accedendum, puto,est quàm Fannio,& qui eius exemplum secuti sunt. Deinde quod ad Pupam attinet,etiā apud Ausoniū producitur. Nam illi exemplum su prà citatum,corruptè legunt,& genus metri peruertunt. Ita enim apud Ausonium in emendatioribus libris legitur.

Delicium,blanditiæ,ludus, amor,uoluptas,

Barbara,sed –uu– quæ Latias –uu– uincis alu –uu– mna pupas u––. Est enim metrum Choriambicum, Tetrametrum Catalecticum, in Cataclidem Iambicam desinens. Et aliàs multa exempla extant, quibus & pupa, & pupulus, & pupillus, & pupilla eadem syllabâ longa ponuntur,ut,Persius saty.2.

Dicite pontifices in sacro quid facit aurum,

Nempe hoc,quod Veneri donatæ à uirgine pupa ––. Martialis.

Pupam –– se dicit Gellia,cum sit anus. Catullus

Deprehēdi mo –––u do pupulum u–u– puellæ. Horatius epist.1. Piger annus

Pupil –– lis, quos dura premit custodia matrum. Lucret.lib.2.

Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
Pupula – ᴗ ᴗ *quum sentire colorem dicitur albū.*
Et libro quarto.
Et quasi perterget pupillas, atq; ita transit.
Sed hæc hactenus.

Pertinet autem & scrupulus ad exceptionem, quod di minutiuum à scrupus est, à quo fit scrupeus, a, um.
Lucanus libro quinto.
Scrupo – – *sisq; angusta uocant ubi littora saxis.*
Et Virgilius Æneid. sexto.
Spelunca alta fuit, uastoq; immanis hiatu
Scrupea – ᴗ ᴗ *tuta lacu nigro, nemorūq; tenebris.*
At tollitur ab eadem Rupilius, uiri proprium, apud Horatium satyra 7. ut
Proscripti regis Rupi – ᴗ ᴗ *li pus atq; uenenum.*
Et pupugi, quod ad regulam præteritorum pertinet.
II. *Excipiuntur & hæc; Buphagus, quod ex compositione notum est. Componitur enim ex* βοῦς, & φάγω, *sequiturq; eandem rationem, quam Bucerus, Bumastus, & similia.*
Cupa. Lucanus libro quarto.
Nanq; ratem uacuæ sustentant undiq; cupæ – –.
Cupennius, proprium, apud Horatium satyra 2.
Nolim laudarier inquit,
Sic me, mirator cunni Cu – – *pennius albi &c.*
Iupiter, quod tamen alios etiam duplice pp, scribere uides, ut in illo:

Iupiter – ∪∪ est, quodcunque uides, quocunque moueris.
Stupa, & quæ inde fiunt, stupeus, a, um. Virg. 2. Aene.
Subijciunt lapsus & stupea – ∪∪ uincula collo &c.
Et quæ à græco uerbo δ'ουπῶ, ueniunt, ut Eridupus cuius exemplum lib. 2. de compositis habes.
Vpilio autem, per extensionem producitur, factũ enim est ex Opilio, O, in ου, diphthongum conuersa, ut Seruius indicat in Eclogam 10. Virgilij super uersu:
Venit & Vpili – ∪∪ o, tardi uenere subulci.
Et supparum, per duplex pp, scribitur. Etiam upupa sunt, qui produxere, sed ex recentioribus & minus probatis scriptoribus. Cæterum deriuatio, qua ex Epops, Vpupa factum est, corripiendum magis esse arguit. Habet enim Epops E, breue, ut apud Ouid. 6. Meta.
Nomen E – ∪∪ pops uolucri, facies armata uidetur.

V, ante R.

V, ante R, in primis syllabis producitur, ut purus, murus, sura, cura, curia, Curio & similia. Lucanus libro primo.
Audax uænali comitatur Curio – ∪∪ lingua.
Sic & Furius proprium. Horatius satyra quinta, libro secundo.
Furius – ∪∪ hyberna cana niue conspuet alpes.
Et Muræna, piscis. Martialis.
Quæ natat in Siculo grandis Mu – – ræna profundo,
Non ualet exusto mergere sole cutem.
Habet enim & græcum μύραινα, eandem syllabã lon

gam, ut apud Oppianum libro secundo.

Κάραβος ἂν μύ -- ραιναν, ἀπηνέα περ μάλ' ἐοῦσαν Ἐδίει &c.

Et Græca, quæ ab Vra, quod caudam significat, uel ὀυρεὶν, uel δ'οῦρον, & similibus ueniunt, ut arcturus, Palinurus, Dureus, et Durateus, quo nomine equus Troianus appellatur, eò quòd ἐκ δ'ουράτων, hoc est, è lignis factus fuerit. Lucretius lib. 1.

Nec cum Durate -uu us Troianis Pergama partu
Inflammasset equus &c. Cætera nota sunt.

Excipiuntur, Curius, proprium. Iuuenalis.

Qui Curi -uu os simulant, & Bacchanalia uiuũt.

Cures, oppidum Sabinorum, à quo superius nomen formatum uidetur. Persius.

Diues arat Curi -uu bus, quantum non miluus oberrat. Hinc Curetis, gentile, apud Propertium lib. 4.

Quid tum Roma fuit, tubicen uicina Cu -uu retis.

Curetes, populi Dalmatici nomen. Luca. lib. 4.

Illic bellaci confisus gente Cu -uu retum.

At Curetes, Cretensis populus, V, longum habet, ut apud Virgilium quarto Georg.

Cure -- tum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ etc.

Et apud Martialem libro nono.

Cure -- tes texêre Iouem crepitantibus armis.

Curulis, & le. Lucanus libro tertio.

Prætor adest, uacuæq; loco cessere cu -uu rules.

Et Horatius.

Cui

Cuilibet hic fasces dabit, eripietq; cu – υυ rule &c.
Duraton, onis, montis, ut uidetur, nomen, apud Martialem libro primo, ut

Et sanctum Du – – – υ ratonis i υ – υ – licetum.

Durius, fluuius Hispaniæ. Silius libro primo.

Hinc certant Pactole, tibi Duri – υυ usq; Tagusq;

Furo, is, & quæ inde ueniunt, ut furor, furibundus, furia, furiosus &c ut Æneid. 4.

Vrbe fu – υυ rens, qualis coniecta cerua sagitta.

Et rursum,

Ergo ubi concepit furi – υυ as euicta dolore.

Muria, liquaminis genus. Persius satyra sexta.

Tingat olus siccum muri – υυ a uafer in calice empta. Nurus. Ouid. 11. Metam.

Ecce nu – υυ rus Ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora uelleribus &c,

Spurius, ab ἐσπορᾶ, ut plerisque uidetur, deriuatum. Ausonius ad Vrsulum Grammati.

Quiq; notas spuri – υυ is uersibus apposuit.

Turius proprium, apud Horat. saty. 1. libro 2.

Grande malum Turi – υυ us si quis se iudice certet.

Turis, proprium, apud Silium lib. 7. ut

Inde ruens Turin – υυ & Buten, & Marin, & Arsen Dat letho &c.

Turia autem, quod riuuli cuiusdam nomen est, apud eundem libro 13. producitur, ut

Turia – υυ deducit tenuem sine nomine riuum &c,

Quo pacto & Thurias, à quo Thurium, quæ Sybaris ante dicta fuit, appellata est, poni poterit. Scribitur enim per ου, diphthongũ apud Græcos. Exempla infrà habes in dictione Iapyx.

Murinus autem, illud quod apud Mart. legitur li. 9.

Campis diues - - - υ Apollo sic υ-υ- Murinis,
Sic semper senibus fruare cygnis &c. Pro Myrinis

dictum puto, quemadmodum Sulla pro Sylla quoq; dicitur, aut si quis hoc nolit, Myrinis, scribendum esse, aut Myrines utiq;, genitiuo casu, à Myrine, quo nomine oppidum fuit in Lemno, & item alterum in Æolia, ubi & templum Apollinis memorabile fuit, à Myrine Amazone appellatum, cuius & Strabo meminit, lib. 13. & Stephanus, & item Homerus Iliad. 2. his uersibus.

Τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσι (νης
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρτμοιο μυ - υυ ρί-

V, ante S.

V, ante S, in primis syllabis producitur, ut Fusus, Drusus, Pusus, antiquum, à quo Pusio, Musa, Susa, loci nomen, & similia. Ouidius:

Et colus, & fu - - si digitis cecidere remissus.

Idem ad Liuiam.

Iam legis in Dru - - sum miserabile Liuia carmen.

Iuuenalis satyra sexta.

Nõne putas melius, quòd tecum Pusio - υυ dormit.

Claudianus de bello Gildonico.

Nostræq; premunt pharetrata secures

Susa

Susa, nec – uu ut rubris aquilas figamus arenis.

Sic & Vsipiorum nomen ponitur, ut apud Mart. li. 6.

Sic leue flauorum ualeat genus Vsipi – uu orum.

Excipiuntur, Frusino, loci nomen in Italia. Iuuenalis satyra tertia.

Aut fabrateriæ domus, aut Frusi – uu none paratur.

Pusillus, quanquam hoc à pusus, à quo & pusio factum est, deriuatum uideatur. Iuuenal. saty. 10.

Nec unquam

Sanguine causidici maduerunt rostra pu – uu silli.

Et Martialis.

Sed qui bellus homo est Cotta, pu – uu sillus homo est.

Susurrus, unde susurro nomen, & uerbum. Vir. Eclo. 1.

Sæpe leui somnum suadebit inire su – uu surro.

Et Susanna, ut quidem à Claudiano usurpatur in Epigrammate ad magistrum equitum, ut

Sic tibi det uires sancta Su – uu sanna suas. Alij aũt V, longa ponere malunt, ut Vida in Christiad. lib. 1.

Pallida longæui coniunx Su – – sanna mariti &c.

V, ante T.

V, ante T, in disyllaba dictione producitur, ut utor, muto, mutus, Brutus, & quæ inde ueniunt, Brutius, Brutianus, brutescere &c.

Lucanus libro secundo.

Summum Brute ne – uu fas, ciuilia bella fatemur.

Persius satyra sexta.

Ast uocat officium trabe rupta, Brutia – uu saxa.

Prendit amicus inops &c. Sic scutum. Virgilius primo Æneid.

Scuta ui -uu rûm, galeasq;, & fortia corpora uolu uit &c. Cuius tamen diminutiuum, ut quidem uidetur esse, scutulum, à quo scutulatus, apud Iuuenalē corripitur, satyra secunda, ut

Cærulea indutus scutu -uu lata, & galbana rasa.

Ruta, à quo rutatus. Martialis lib. 10.

Secta coronabunt ru -- tatos oua lacertos.

Gluten.inis. Virgilius quarto Georg.

Narcissi lachrymā, & lentum de cortice gluten -u.

Et græcum Plutus, quæq; inde ueniunt, ut Pluton, Plutarchus, Neoplutus & similia, quæ nota sunt. Scribuntur enim græcè per ου, diphthōgum πλοῦτος, πλούτων, πλούταρχος, νεόπλουτος, &c.

Tutus autem, & quæ inde ueniunt, ut & nutus, nuto, uerbum, sutor, sutela &c. ex deriuatione nota sunt.

Excipiuntur, Cutis. Persius.

Ad populum phaleras, ego te intus, & in cute -uu noui &c.

Frutex, & quæ inde fiunt, frutico uerbum, fruticosus, &c. Ouid. 1. Meta. Domus antra fuerunt,

Et densi fruti -uu ces, & iunctæ cortice uirgæ.

Lutum, pro cœno, & quæ inde ueniunt, ut luto uerbū, lutulo, lutesco, lutosus, Horatius epistola secunda, libro primo.

Vixisset canis immundus, uel amica lu -uu tosus.

At lu

At lutum, coloris nomen, à quo luteus, a, um. & luteolus, deriuantur, V, longum habet. Virgil. Eclo. 4.

Murice, iam croceo mutabit uellera luto ——.

Et rursum Ecloga secunda.

Mollia luteo – ∪∪ la pingit uaccinia caltha.

Nam apud Iuuenalem, ubi legitur: Gladiosq; parante Incude, & lu — — teô Vul — — cano, ad rhetora misit &c. synecphonesin fieri uolunt.

Puto, uerbum, & quæ inde fiunt, ut computo, disputo, reputo, supputo &c. Ouidius secundo de Ponto.

At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit

Vtile, sollicitis computat – ∪∪ articulis.

Putris, putror, putredo. Statius primo Thebaid.

Terribilem dictu faciem, lacera ora, pu – ∪∪ tresque

Sanguineo uidet imbre genas &c. Idem 4. Sylu.

Deterges ste – – – ∪ rilis soli ∪ – ∪ – putrorē ∪ – ∪.

Sic enim legit Despauterius, tametsi uulgò putorem absque R, habeatur. Ouid. 1. de Ponto.

Estur, ut occulta uitiata pu – ∪∪ tredine nauis.

At putidus, a, um, & puteo uerbum, producuntur, ut infrà de polysyllabis apparebit.

Rutrum, ut quidem ex diminutiuo Rutellum, colligimus, quod breui V, apud Lucilium, cuius uersiculum Grammatici allegant, ponitur, ut

Frumentarius est, medicum hic secum, atq; ru – ∪∪ tellum Vnum affert.

Vter, utra, utrum, quæ nota sunt. Virg. de Vino & Venere.

Ne te muneribus lædat u – uu terq; suis.

Vter quoq; tertiæ, quod substantiuum est, sunt qui corripi putent, eò quòd ab uterus, ri, de quo paulo post dicetur, deriuatum uideatur, sed tamen exempla desiderantur. Vti autem aduerbium, ut & utiq;, utinam et similia, ex primitiuo, puto, nota sunt, quoniam & ut, eandem uocalem breuem habet.

Muto autem, cum membrum uirile significat, uariari uolunt, eò quòd deriuatum ipsius Mutoniatus, *prima breui legitur, cum ipsum eandem syllabam longam habeat.* Exempla *utriusq; sunt.* Horatius *sat.2.lib.1.*

Huic si Muto *–– nis uerbis, mala tanta uidentis*
Diceret hæc animus. *Martialis lib.3.*
Dormis cum pu ––– u eris muto u – u – niatis &c.

Polysyllaba *autem, in quibus* V, *præcedit* T, *à principio dictionis, eandem uocalem breuem habent, ut uterus, puteus, mutilus, rutilus &c.* Virgil.2. Æneid.

Penitusq; cauernas
Ingentes, ute – uu rumq; armato milite complent.

Lucretius libro sexto.

Frigidior porrò in pute – uu is æstate fit humor.

Excipiuntur, Buteo. onis, *auis nomen, ut apud authorem Philomelæ.*

Inq; paludiferis Buteo – uu bubit aquis.

Futio, *à quo effutio, & futilis.* *Horatius.*

Effu –– tire leues indigna Tragœdia uersus &c.

Virgilius duodecimo Æneid.

Mortalis

Mortalis mucro glacies ceu futilis –υυ ictu
Dißiluit &c.

Glutio, & quod inde fit, Deglutio. Iuue. satyra 4.
Quales tunc epulas ipsum glu – – tisse putemus
Induperatorem &c.

Iuturna proprium, sororis Turni. Ouid. 2. Fastorum:
Iupiter immodico Iu – – turnæ uictus amore,
Multa tulit tanto non patienda deo.

Mutuus, a, um. Mutuò, aduerbium, Mutuor, &c.
Martialis:
Mutua –υυ quòd nobis ter quinquagena dedisti etc.
Virgilius 10. Æneidos:
Iam grauis æquabat luctus, & mutua –υυ Mauors
Funera &c.

Mutius. Iuuenalis satyra 1.
Quid refert dictis ignoscat Mutius –υυ an non
Quanquam hoc idem ex deriuatione quoque notum poterat esse.

Puteo, Putidus, Putesco &c. Persius satyra 3.
Disce nec inuideas, quòd multa fidelia putet –υ
In locuplete penu &c.

Struthio, auis nomen, & Struthos, quod passerem Græcis ferè significat. Scribuntur enim Græcè per ου diphthongum στρουθός, στρουθίων.

Tuticanus proprium, ut ex 4. de Ponto Ouidij, Elegia 13. probatur.

Rutilius autem proprium uiri uariatur. Martialis libro 5.

Famæ Ruti ---u *lium suæ relinquat &c.* Oui*dius 1. de* Ponto:

Et *graue magnanimi robur mira* Ru -uu *tili &c.*
Cuius rei fortassis diuersitas originis & primitiuorum caussa est.
Notentur autem & quæ ex longis deriuata sunt, ut, Tutius proprium, apud Martialem libro 3.
Tutela loci nomen, apud eundem libro 1.
Vtilis, Sutilis, Glutino, *& similia.*
Nutrio *quoq; prima longa tantum reperitur apud ueteres, atque idoneos authores.* Nam Claudianus *illud in secundo in* Eutropium, *puta,*

Flatusq; leonis

Sæpe nu -uu trire ltuis &c. Quod *unum quidam obijciunt, ab alijs repudiatur, & pro Sæpe, Spe, reponitur, quemadmodum &* Aldini *codices impressum habent.* Idque *etiam sententiæ magis conuenit, ut facilè apparebit ei, qui locum eum diligentius paulò intuebitur.*

V, ante V, consonantem.

V, ante V, consonantis uice positam, in primis syllabis, si quidem purum sit, hoc est, si consonantem à principio non habeat, producitur, ut, Vua, Vuidus &c. *Virgilius* Ecloga *decima:*

Vuidus -uu hyberna uenit de glande Menalcas.
Iuuenalis satyra 2.

Vuaq; -uu conspecta liuorem ducit ab uua.

Cæte-

Cætera autem, quæ consonantem ante V, habent, corripiunt eandem syllabam, ut, Iuuo, Pluuia, Pluuiosus, Pluuius, & siqua sunt similia. Virglius 3. Æneidos:

Arcturum, pluui – u u asq; Hyadas, geminosque Triones &c.

Sic & propria, Cluuius, Cluuienus &c. Iuuenalis satyra 2.

Tedia non lambit Cluui – u u am, nec Flora Catullum. Et rursum:

Qualēcunq; potest, quales ego uel Cluui – u u enus.

Vnum notatur à Grammaticis. Iuuerna uidelicet, quod loci nomen est, apud eundem poëtam in eadem satyra, ut:

Arma quid ultra
Littora Iuuer – – næ promouimus, et modo captas
Orcadas?

Y, in primis syllabis.

Y, psilon in primis syllabis ante B, corripitur, ut Cybele, Cybium, Sybaris, Tyberis &c. Virg. 3. Æneid.

Hinc mater cultrix Cybe – u u le, Corybantiaque æra &c. Martialis libro 11.

Vel duo frusta rogat Cybi – u u i, tenuemq; lacertum. Ouidius 2. Tristium:

Nec qui composuit nuper Syba – u u ritidá fugit &c. Horatius Ode 2. libro 1.

Vidimus fla – u – – uum Tyberim – u u – retortis
Littore Hetrusco uiolēter undis etc. Sapphica sunt.

Atq;

Atque hoc modo scribitur nomen hoc à plerisq; hodie. Apud Dionysium autem in Periegesi etiam Thybris Th. aspirato, ut:

Θύβρις ἐ —υυ ὑγρέτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων.

Contra autem apud Strabonem libro 5. in descriptione Italiæ, & in abbreuiationibus eiusdem, quæ proximis annis Basileæ æditæ sunt, ubique, quod ipse uiderim Tiberis, absque aspiratione, & per ἰῶτα: quā scripturam ut non omnino improbem, facit Tiberij nomen, quod ab illo deductum est, quem per risum aliquando Romani, ut est apud Suetonium, Biberium uocarunt, mutata prima tantum litera. Nam si tum Tyberius per y, psilon scriptum, aut pronunciatum fuisset, iocus hic locum non habuisset, cum alia pronunciatio, aliusq; sonus τοῦ Υ, quàm τοῦ ἰῶτα apud ueteres fuerit, id quod testantur Sulla ex Sylla factum, Thunnus, ex θύννος, Sus ex ὗς, Musso ex μύζειν, & id genus alia. Deinde etiam Tiberias, urbis nomen, quod à Tiberio appellationem sumpsit, apud Stephanum per ἰῶτα, non per Υ, scribitur. Quod hic obiter & quasi παρέργως annotandum duxi, simul quia locus ipse occasionem dedit, simul etiam ut studiosos admoneam, ut in scribendis uocibus, diligentius paulò ad orthographiam, & quibus unumquodq; uerbum literis scribatur, attendere consuescant.

Excipitur Hybernus, ab Hyeme dictum, ut uolunt, quod tamen & ipsum sunt, qui per I, Latinum scribere ma-

re malunt. Virgilius quarto Æneidos:

Qualis ubi Hyber -- nã Lyciã, Xanthiq; fluenta
Deserit &c.

Et Hybrida, (neque enim usquã correptum legi.) Horatius. Martialis libro 8.

Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum
Hybrida -υυ sum, si das Gallice uerba mihi.

Quo pacto & ὕβρις, & quæ inde ueniunt, poni fermè uidemus.

Neque Hyble correptum facile inueniri puto.

Y, ante C.

Y, in primis syllabis ante C, corripitur, ut, Glycere, Glycerium, Glycon, Mycone, Mycene, Mycalessus, Lycus, Lycia, Lyceum, Lycisca, & similia. Ausonius in Epigrammat.

Laidas & Glyce -υυ ras lasciuæ nomina famæ etc.

Horatius 1. Epistola:

Et quia desperes inuicti membra Gly -υυ conis.

Virgilius 3. Æneidos:

Erramem Myco -υυ ne celsa, Gyaroq; reuinxit.

Idem Ecloga 3.

Excipere insidijs multum latrante Ly -υυ cisca etc.

Sic & τύχη, & quæ inde ueniunt, ut, Atyches, Eutychus &c. Vt in Epigrammate illo:

Γαλυνιόυ ἐσὶ τύχης μερόπτωρ βίος, οἰκτρὸς, ἀλήτης. Et apud Martialem libro 6.

Eutychus -υυ ille tuum Castrice, dulce latus &c.

Exci-

Excipiuntur Lycheus, proprium Siculi cuiusdam, (si modò rectè scribitur, & non potius Licheus, legendum, quando & Lichindus per ιῶτα oppidi Siculi nomen est, apud Stephanum.) Silius libro 14.

Voluitur in fluctus Ly -- chei uulnere Cydnus.

Phycus, untis, loci nomen. Lucanus libro 9.

Impulit ac saeuas meritum Phy -- cunta rapinas
Sparsit.

Σῦκος, & quae inde ueniunt, ut, Sycomorus, Sycophanta &c. Martialis:

Quadringenta secat, qui dicit syca me - uu rize &c. Aristophanes in Pluto:

Καὶ συκοφάν --υ- ται καὶ πονηροὶ πείθομαι

Senarius purus est.

Item Psyche, & quae inde ueniunt, ut apud Homerum à principio Iliados:

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυ -- χὰς ἄϊδι προΐαψε.

Et Psychos, cũ frigus significat, ut apud eundẽ odyss. 10.

Ψύχεος -υυ ἱμείρου κατέλεξε το οἰνοβαρείων etc.

Lycas autem apud Virg. li. 10. ut nunc quidem legitur, utroq; modo ponitur, de diuersis tamen personis, ut:

Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta.

Et rursum:

Proximus Antheũ et Ly -- cã, prima agmina Turni
Persequitur &c. Proinde dubitare quispiam posset, utrum altero loco, ubi uidelicet productum ponitur, Lucas potius legendum foret, quo nomine

mine & Silius utitur libro 10. ut:

Hæc fatus iaculo Lu — — cam, qui maximus æui,

Transadigit &c, aut pro Et, coniunctione Atq;. Lichas autem, seruus Herculis, per Iῶτα scribitur (ut in commentarijs Sophoclis, et item apud Strabonē li. 9. uidere est, & ipsa quoque nominis etymologia monet) pertinetq; ad regulam eorum, in quibus I, præcedit C, corripit enim priorem, ut, apud Ouid. 9. Metamorph.

Ecce Li — ◡◡ cham trepidum, & latitantem rupe cauata. Et rursum:

Quem quasi sensurum nautæ calcare uerentur.

Appellantq; Li — ◡◡ chan &c. Quod cò hic addo, quòd hoc quoque nomen uulgo per Y, scribitur. Addit Despauterius & Cyce, proprium mulieris apud Ouidium in epistola Herus, ut:

Lucidaq; Alcyone, Cy — — ceq; et Alemone nata. Ita enim in ueteri æditione legitur, pro quo Aldini codices habent. Lucidaq; Alcyone Ceyceq; et Antone nata. Qui locus ex obscurioribus est, & nondum satis à nostris Grammaticis explicatus. Nisi quod Iphimediam ea periphrasi intelligi uelint, ex qua Neptunus, Otum, & Ephialtem genuit, ut est Od[illegible] Λ.

Y, ante D.

Y, in primis syllabis ante D, producitur, ut, Lydus, Tydeus &c. Ouidius in Fastis.

Risit amatorem Lyda pu — ◡◡ ella suum.

Sic & quæ à κῦδος ueniunt, ut κυδάλιμος, Cydianira.

dianira, Cydippus, Cydippe, Pherecydes, & similia.
Serenus:

Sed quis non paueat Pherecydis -- fata Tragoedi.

Virgilius 4. Georgicorum:

Nisęq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;
Cydip -- pe, & flaua Lycorias altera uirgo &c.
Excipiuntur Hydaspes, fluuij nomen. Lucan. lib. 6.
Qua rapidus Gāges, et qua Nisęus Hy -uu daspes.

Sydon proprium, apud Valerium libro 6.

Non Rhodalo cū fratre Sy -uu don, Acesinaq; leuo
Omine &c.

Et Cydon, urbs Cretę, á quo Cydonius, a, um. Martia lis in Xenijs:

Si tibi Cecropia saturata Cy -uu donia melle
Ponentur, dicas hęc melimela licet.

Sic & Cydon canis nomen, apud Silium libro 2. ut:

Gesaq; latratorq; Cy -uu don, tectumq; Sociq;.

At proprium uiri, Cydon tam longa, quàm breui Y, po situm reperitur, longa, ut apud Virgilium 10. Æneid.

Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydō --

Et apud Statium Thebaid. 9.

Et male dilectum miserę Cy -- dona sorori.

Breui autem, ut apud eundem Thebaid. 5.

Quid te flaue Cy -uu don? quid te per colla refusis
Intactum Crenęe comis? &c.

Quod fortaßis propter diuersitatem originis fit, nam ὀκῦδος, & κύδος apud Gręcos scribitur, alterū,

quo

quo gloriam significat: alterum, quo conuiciũ & male dicta. Tametsi Seruius, in 10. Æneidos Cydon, inquit, cum proprium est, Y, longum habet, cum autem appellatiuum, corripitur, quæ regula quàm certa atq; perpetua sit, ex exemplis satis apparet.

Hydor autem; cum ijs quæ ab eo nascuntur, quod Despauterius superioribus hisce addit, apud Homerũ producitur, ut in Batrachomyomachia:

ὕδασι -υυ τερπόμενος μελινδεῖ &c.

Et rursum:

Κεῖνος δ᾽ ὡς ἀφέθη πέσεν ὕπης εὐθὺς ἐς ὕδωρ --. Quo pacto & Hydrus apud eundem legitur in eodem carmine:

ὕδρος -- δ᾽ ἐξ ἀπίνης ἀνεφλίνετο δυνόμ ὄραμα &c. Quanquam de hoc nihil pronunciem, quando & accentu acuto scribitur, & hoc loco etiam positione correptum uideri potest.

Deinde non negem & ipsum primitiuum ὕδωρ alicubi etiam breui Y, reperiri. Vt apud Apollonium libro secundo Argonaut.

ὄφρ᾽ δ᾽ ἐμὰς ἱμερτοῖσιν αὐανψύχῃ ὕδατ -υυ τεοσιν.

Sed Homeri authoritas, contemni non debet. Et aliâs quoque multa licentia Græci utuntur, quæ non facilè in exemplum trahenda est.

Y, ante G.

Y, ante G, in primis syllabis corripitur, ut, Stygius, Phrygius, Hygea &c. Virgilius:

O uerae Phryg — ∪∪ ae, neq; enim Phryges, — ∪∪ ite per alta &c. Martialis libro 11.

Quod sanare Criton, nō quod Hy — ∪∪ gea potest.

Excipiuntur Gygaea lacus Lydiae, à quo, Gygaeus, a, um. Propertius libro 3.

Lydia Gyge — — o tincta puella lacu.

Et Gyges proprium, ut Æneidos 9.

Principio Phalarim & succiso poplite Gygen — — Excipit &c. At Gigas per I, breuem penultimam habet. Vt in Batrachmoyomachia:

Γηγενέων ἀνδρῶν μιμούμενοι ἔργα γι — ∪∪ γάντων. Quo pacto fortaßis etiā apud Oui. 4. Fastorum scribendum, nam & illic priore breui ponitur, ut:

Quid grauius uictore Gi — ∪∪ ge captiua tulissem. Nam apud Statium secundo Thebaidos, quem locum item citat Despauterius, non Gygen, sed Gyan, in posteriore aeditione legitur, ut:

Dircaeumq; Gy — ∪∪ an & Echioniū Lycophontē etc. Pygae, & quae inde ueniunt, ut, Pygargus, Depygis, Orrhopygium &c. Iuuenalis satyra 11.

Sumine cū magno lepus atq; aper & Py — — gargus.

Y, ante L.

Y, psilon ante L, in primis syllabis, secundum superiorem regulam Despauterij, producitur, ut, φυλὴ, φῦλον, & quae inde ueniunt, Phyleus, Allophylus, Eriphyle, Pamphyle, à qua Pamphylia, ut Stephanus docet &c. Statius 12. Thebaid.

Fera

Ferrum consumpsit pectore Phyleus --

Ore momordit Helops &c. Ita enim scribendum uidetur, non ut uulgo legitur Pholeus. Est enim idem nomen & apud Homerum Iliados O, ut:

Τόν ποτε φυλεὺς --

ἤγαγεν ἐξ ἐφύρης ποταμὸν ἀπὸ σελλήεντος.

Virgilius libro sexto:

His Phædram, Procrimq; locis, mœstumq; Eriphylen --. Lucanus libro 8.

Medio pelago Pamphylia -uu puppi

Occurrit tellus &c.

Et hoc modo idem nomen à cæteris quoq; Latinis communiter ponitur. Apud Dionysium autem in Periegesi, etiam corripi semel uidetur, ut:

Παμφυλί-υυ ωρὴ μέχρι, κεράων δὲ ἐφημίζου σι, quod uel per synecphonesin fieri putemus licet, uel Græcorum licentiæ tribuamus. Nam aliàs & ipse eandem syllabam producit, ut:

Τοῦ μὲν ἐπὶ προβολῆ παμφύλιοι -υυ ἀμφινέμονται. Et rursum:

Αλλαι δ' ἑξείης παμφυλίδες - υυ εἰσι πόληες &c. Quæ in hunc locum distuli, quoniam hic aliâs de primitiuo dicendum erat.

Sic & Hyla, quando pro sylua siue materia ponitur, ut Iliados penultimo:

αὐτὰρ ἐπεὶ πάντῃ παρακάββαλον ἄσπετον ὕλην ---. Et rursum:

οἱ δ' ἴσαν ὑλοτό -υυ μους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Et Iliados Φ.

Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου ὕλη -- ἐοῦσα.

Ad quem modũ & Hylæa, pro gente Sarmatica, à Flacco ponitur libro ς. ut:

Mouit & Hylæ -- a supplex cum gente Syenem:

Et quæ à uerbo συλάω ueniunt, ut, Sylo, Asylas, Asylum &c. Catullus:

Aut sodes mihi redde decem sestertia Sylo -- &c.

Ad quorum exemplũ & Syla, quod montis nomen est apud Virgilium ponitur 12. Æneidos, ut:

Ac ueluti ingenti Sy -- la, summoue Taburno.

Ita enim apud omnes scriptum reperio, siue hoc ex ὕλη conuersum, siue etiam aliunde deriuatum est. Tametsi Sila, loci nomen, apud Strabonem in descriptione Italiæ per ἰῶτα scriptum legatur.

Eodem autem pacto et σκῦλον, quod spoliũ, siue exuuias Græcis significat, uidetur poni posse cum propter accentum circumflexum, quo ferè notatur, tum etiam exemplo epigrãmatis eius, quod à Suida citatur, ut:

Εσπερίου μάρκελλος ἀνερχόμενος πολέμοιο

Σκυλοφό -υυ ρος τανάης τέρμα παρ' Ἰταλίης. Quanquam ibidem etiam ex Aristophane quædam citantur, in quibus eadem syllaba corripi uidetur. Sed hoc apud Græcos magis usurpatur, q̃ Latinos, quare de eo non est, quòd anxiè laboremus.

Atq; hæc ferè sunt, quæ longum Y, ante L, habent, com-

maniora utiq;, si non omnia. Nam Thyle, insulæ nomẽ, quod quidã adijciunt, pro Thule ponitur, quod à Græcis Geographis per ου, diphthongum scribitur.

Cætera uerò, quorum multo maior copia est, pleraque breue Y, ante L, habent, ut, Cylindrus. Virgilius primo Georg.

Area cum primis ingenti æquanda Cy -υυ lindro.

Hylas proprium. Idem Ecloga 6.

Clamassent ut littus Hy -υυ la Hyla -υυ omne sonaret.

Hylactor, canis nomen ab ὑλάξαι. Ouid. 3. Metamor.

Labros, et Aglaodos, et acutæ uocis Hy -υυ lactor.

Hyle oppidum. Statius:

Qui breue littus Hy -υυ les &c.

Et Homerus Iliados quinto:

ὅς ῥ' ἐν ὕ -υ υ λῃ ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς. *Quanquàm idem etiam producta priore nomen hoc posuit, ut in catalogo.*

οἵ τ' ἐλεῶν τ' εἶχον, ἠδ' ὕλην -- ἠδὲ πετεῶνα, *sed poëtice, ut inquit Strabo libro 9.*

Pylos, loci nomen. Ouidius libro 1. de Ponto:

Crede mihi Py -υυ lio Nestore maior ero.

Pylades proprium. Apud Martialem:

Dispercam Pyla -υυ di si tu præstare matellam Dignus:

Pylæ, & quæcunq; ab eodem ueniunt, ut, Hypsipylæ, Thermopylæ & similia. Homerus Iliados 3.

Αὐτὰ δ᾽ ἔπειτ᾽ ἵκανον ὅθι σκαιαί τε πύλαι – υυ ἦσαν. Statius 5. Thebaidos: (go &c.

Seruitium Hypsipy – υυ le uestri fero capta Lycur

Phylax, Phylace, quod & loci proprium est in Thessalia, & quæ inde ueniunt, quorum exempla suprà in incrementis inuenies.

Excepto, quòd Phylacides, quo nomine Protesilaus apud poëtas uocari sólet, contra primitiui naturam prima producta ponitur. Ouidius 2. de arte.

Phylaci – υυ des aberat Laodamia tuus &c. Nã Phylace, loci nomẽ, à quo et Phylaceius, a, um, dicitur, ubiq; primam corripit. Vt apud Lucanum libro 6.

Quæ tetigit Phyla – υυ ce Teleosq; et Dorion ira,
Flebile Pieridum &c. Ouidius de Pont.

Vt uiuat fama coniunx Phyla – υυ ceia, cuius &c.

Scylax, à quo Scylaceum illud apud Virgilium, ut puto, factum est, tametsi alij per abiectionem alterius L, pro Scyllaceum dictum uelint.

Et Stylus, à quo Epistyliũ, Peristylum &c. Auso. in cat. urb. Cũctaq; marmoreis ornata peristyla – υυ signis.

Y, ante M.

Y, ante M, in disyllaba dictione, (ut superiorem regulam sequamur) à principio producitur, ut θυμός, à quo Thymosophus, Megathymus &c. Strymon, fluuij nomen. Mymon, à quo Amymon, Amymone &c. Cyma, & quæ inde fiunt, ut, Cymatilis, Cymothoë, Cymodoce, & similia. Homerus Iliados 1.

φεῦγε

φεῦγε μάλ᾽ ἐξ ὀδυμὸς ε – υ υ πέσυται &c.
Virgilius 1. Georg.

Strymoni –υυ æq; grues, et amaris Intyba fibris &c. Ouidius in Epistola Herûs.

Si neq; Amymo –– ne, nec laudatißima forma
Criminis est Tyro, fabula uana tui &c.

Et Homerus Odyß. λ.

ἣ φάτο Σαλμονῆος ἀμύμονος –υυ ἔκγονος εἶναι. Virgilius primo Æneidos.

Cymotho – υυ e, simul & Triton &c. Et Æn. 5.

Nisæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodo –υυ ceq; &c.

Quo pacto & Cyma, pro tenuiore caule, siue braßicæ parte ponitur, ut apud Columellam libro 10.

Frigoribus caules, & ueri cymata –υυ mittit:

Et eandem quantitatem etiam cætera uerbalia Græca in MA, pleraque habere puto, ut sunt, φῦμα, θῦμα, λῦμα, & similia. Nam & accentus hoc indicat, circumflexus, qui syllabis breuibus non inscribitur, et quædam exemplis etiam probantur, ut,

οἱ δ᾽ ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔ – υυ βαλλον. Iliados primo. Et,

Τὰ θύματ᾽ ὦ υ – υ – δ᾽ ἐρεῖ ἐστι πλὴν χρύσεια καὶ Κέρατα. Quod exemplum ex Aristoph. citat Suidas. Deinde & φύω, cuius uerbalia cætera, ut, φύσις & φυτὸν, licet penult. corripiant, in præterito tamē, à quo tēpore, ea quæ in MA, desinūt, deriuari necesse est, eandē uocalem longā habet, ut apud Eurip. in Medea.

Famæ Ruti ---ᴗ *lium suæ relinquat &c.* Oui*dius* 1. de Ponto:

Et *graue magnanimi robur mira* Ru -ᴗᴗ *tili &c.*
Cuius rei fortaßis diuersitas originis & primitiuorum caußa est.

Notentur autem & quæ ex longis deriuata sunt, ut, T*itius proprium, apud Martialem libro 3.*

Tutela loci nomen, apud eundem libro 1.

Vtilis, Sutilis, Glutino, & similia.

Nutrio quoq; prima longa tantum reperitur apud ueteres, atque idoneos authores. Nam *Claudianu illud in secundo in* Eutropium, *puta,*

Flatusq; leonis

Sæpe nu -ᴗᴗ *trire ltuis &c.* Quod unum *quidam obijciunt, ab alijs repudiatur, & pro Sæpe, Spe, reponitur, quemadmodum &* Aldini *codices impressum habent.* Idque *etiam sententiæ magis conuenit, ut facile apparebit ei, qui locum cum diligentius paulo intuebitur.*

V, ante V, consonantem.

V, ante V, *consonantis uice positam, in primis syllabis, si quidem purum sit, hoc est, si consonantem a principio non habeat, producitur, ut,* Vua, Vuidus *&c.*
Virgilius Ecloga *decima:*

Vuidus -ᴗᴗ *hyberna uenit de glande Menalcas.*
Iuuenalis satyra 2.

Vuaq; -ᴗᴗ *conspecta liuorem ducit ab uua.*

Cæte-

Cætera autem, quæ consonontem ante V, habent, corripiunt eandem syllabam, ut, Iuuo, Pluuia, Pluuiosus, Pluuius, *& si qua sunt similia.* Virgilius 3. Æneidos:

Arcturum, pluui – v v asq; Hyadas, geminosque Triones &c.

Sic & propria, Cluuius, Cluuienus *&c.* Iuuenalis *satyra* 2.

Tedia non lambit Cluui –vv am, nec Flora Catullum. Et *rursum:*

Qualēcunq; potest, quales ego uel Cluui –vv enus.

Vnum notatur à Grammaticis. Iuuerna *uidelicet, quod loci nomen est, apud eundem poëtam in eadem satyra, ut:*

Arma quid ultra
Littora Iuuer –– næ promouimus, et modo captas Orcadas?

Y, in primis syllabis.

Y, psilon in primis syllabis ante B, *corripitur, ut* Cybele, Cybium, Sybaris, Tyberis *&c.* Virg. 3. Æneid.

Hinc mater cultrix Cybe –vv le, Corybantiaque æra &c. Martialis *libro* 11.

Vel duo frusta rogat Cybi – v v i, tenuemq; lacertum. Ouidius 2. Tristium:

Nec qui composuit nuper Syba – v v ritida fugit &c. Horatius Ode 2. *libro* 1.

Vidimus fla –v–– uum Tyberim –vv– retortis Littore Hetrusco uiolēter undis etc. Sapphica *sunt.*

Atq;

Atque hoc modo ſcribitur nomen hoc à pleriſq; hódie. Apud Dionyſium autem in Periegeſi etiam Thybris Th, aſpirato, ut:

Θύβρις ἐ -υυ ϋρρείτης ποταμῶν βασιλεύ-
τατος ἄλλων.

Contra autem apud Strabonem libro 5. in deſcriptione Italiæ, & in abbreuiationibus eiuſdem, quæ proximis annis Baſileæ editæ ſunt, ubique, quod ipſe uiderim Tiberis, abſque aſpiratione, & per ἰῶτα: quā ſcripturam ut non omnino improbem, facit Tiberij nomen, quod ab illo deductum eſt, quem per riſum aliquando Romani, ut eſt apud Suetonium, Biberium uocarunt, mutata prima tantum litera Nam ſi tum Tyberius per y, pſilon ſcriptum, aut pronunciatum fuiſſet, iocus hic locum non habuiſſet, cum alia pronunciatio, aliusq; ſonus τοῦ Υ, quàm τοῦ ἰῶτα apud ueteres fuerit, id quod teſtantur Sulla ex Sylla factum, Thunnus, ex θύννος, Sus ex ὗς, Muſſo ex μύζειν, & id genus alia. Deinde etiam Tiberias, urbis nomen, quod à Tiberio appellationem ſumpſit, apud Stephanum per ἰῶτα, non per Υ, ſcribitur. Quod hic obiter & quaſi πάρεργως annotandum duxi, ſimul quia locus ipſe occaſionem dedit, ſimul etiam ut ſtudioſos admoneam, ut in ſcribendis uocibus, diligentius paulò ad orthographiam, & quibus unumquodq; uerbum literis ſcribatur, attendere conſueſcant.

Excipitur Hybernus, ab Hyeme dictum, ut uolunt, quod tamen & ipſum ſunt, qui per I, Latinum ſcribe-

re malunt. Virgilius quarto Æneidos:

Qualis ubi Hyber -- nã Lyciã, Xanthiq; fluenta
Deserit &c.

Et Hybrida, (neque enim usquã correptum legi.) Horatius. Martialis libro 8.

Inuitas ad aprum, ponis mihi Gallice porcum
Hybrida -υυ sum, si das Gallice uerba mihi.

Quo pacto & ὕβρις, & quæ inde ueniunt, poni fermè uidemus.

Neque Hyble correptum facile inueniri puto.

Y, ante C.

Y, in primis syllabis ante C, corripitur, ut, Glycere, Glycerium, Glycon, Mycone, Mycene, Mycalessus, Lycus, Lycia, Lyceum, Lycisca, & similia. Ausonius in Epigrammat.

Laidas & Glyce -υυ ras lasciuæ nomina famæ etc.

Horatius 1. Epistola:

Et quia desperes inuicti membra Gly -υυ conis.

Virgilius 3. Æneidos:

Erramem Myco -υυ ne celsa, Gyaroq; reuinxit.

Idem Ecloga 3.

Excipere insidijs multum latrante Ly -υυ cisca etc.

Sic & τύχη, & quæ inde ueniunt, ut, Atyches, Eutychus &c. Vt in Epigrammate illo:

Γαιγνιόῳ ἐσὶ τύχης μεροπων βίΘ, οἰκτρός, ἀλήτης. Et apud Martialem libro 6.

Eutychus -υυ ille tuum Castrice, dulce latus &c.

Exci-

Excipiuntur Lycheus, proprium Siculi cuiusdam. (si modo recte scribitur, & non potius Licheus, legendum, quando & Lichindus per ιῶτα oppidi Siculi nomen est, apud Stephanum.) Silius libro 14.

Voluitur in fluctus Ly -- chei uulnere Cydnus.

Phycus, untis, loci nomen. Lucanus libro 9.

Impulit ac saeuas meritum Phy -- cunta rapinas Sparsit.

Σῦκος, & quae inde ueniunt, ut, Sycomorus, Sycophanta &c. Martialis:

Quadringenta secat, qui dicit syca me - uu rize &c. Aristophanes in Pluto:

Καὶ συκοφάν --υ- ται κὰι πονηροὶ πείθομαι

Senarius purus est.

Item Psyche, & quae inde ueniunt, ut apud Homerum à principio Iliados:

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυ -- χὰς ἄϊδι προΐαψε.

Et Psychos, cũ frigus significat, ut apud eundẽ odys. 10.

Ψύχεος - υυ ἱμέρου καὶ ἐλὲ ξεῖο οἰνοβαρείων etc.

Lycas autem apud Virg. li. 10. ut nunc quidem legitur, utroq; modo ponitur, de diuersis tamen personis, ut:

Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta.

Et rursum:

Protinus Antaeũ et Ly -- cã, prima agmina Turni Persequitur &c. Proinde dubitare quispiam posset, utrum altero loco, ubi uidelicet productum ponitur, Lucas potius legendum foret, quo nomine

mine & Silius utitur libro 10. ut:

Hæc fatus iaculo Lu -- cam, qui maximus æui,
Transadigit &c, aut pro Et, coniunctione Atq;.
Lichas autem, seruus Herculis, per Iῶτα scribitur (ut in commentarijs Sophoclis, et item apud Strabonē li. 9. uidere est, & ipsa quoque nominis etymologia monet) pertinetq; ad regulam eorum, in quibus I, præcedit C, corripit enim priorem, ut, apud Ouid. 9. Metamorph.

Ecce Li - υυ cham trepidum, & latitantem rupe cauata. Et rursum:

Quem quasi sensurum nautæ calcare uerentur,
Appellantq; Li - υυ chan &c. Quod eò hic addo, quòd hoc quoque nomen uulgo per Y, scribitur. Addit Despauterius & Cyce, proprium mulieris apud Ouidium in epistola Herus, ut:

Lucidaq; Alcyone, Cy -- ceq; et Alcmone nata. Ita enim in ueteri æditione legitur, pro quo Aldini codices habent, Lucidaq; Alcyone Ceyceq; et Antone nata. Qui locus ex obscurioribus est, & nondum satis à nostris Grammaticis explicatus. Nisi quod Iphimediam ea periphrasi intelligi uelint, ex qua Neptunus, Otum, & Ephialtem genuit, ut est Odyss. Λ.

Y, ante D.

Y, in primis syllabis ante D, producitur, ut, Lydus, Tydeus &c. Ouidius in Fastis.

Risit amatorem Lyda pu -υυ ella suum.

Sic & quæ à κῦδ⊙ ueniunt, ut κυδάλιμ⊙, Cydianira.

dianira, Cydippus, Cydippe, Pherecydes, & similia. Serenus:

Sed quis non paueat Pherecydis -- fata Tragœdi.

Virgilius 4. Georgicorum:

Nisęq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;
Cydip -- pe, & flaua Lycorias altera uirgo &c.

Excipiuntur Hydaspes, fluuij nomen. Lucan. lib. 6.

Quà rapidus Gāges, et quà Nisæus Hy -uu daspes.

Sydon proprium, apud Valerium libro 6.

Non Rhodalo cū fratre Sy - uu don, Acesinaq; leuo Omine &c.

Et Cydon, urbs Cretæ, à quo Cydonius, a, um. Martia lis in Xenijs:

Si tibi Cecropia saturata Cy -uu donia melle
Ponentur, dicas hæc melimela licet.

Sic & Cydon canis nomen, apud Silium libro 2. ut:

Gesáq; latratorq; Cy -uu don, tectumq; ſociq;.

At proprium uiri, Cydon tam longa, quàm breui Y, positum reperitur, longa, ut apud Virgilium 10. Æneid.

Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydō --

Et apud Statium Thebaid. 9.

Et male dilectum miseræ Cy -- dona sorori.

Breui autem, ut apud eundem Thebaid. 5.

Quid te flaue Cy -uu don? quid te per colla refusis
Intactum Crenæe comis? &c.

Quod fortaßis propter diuersitatem originis sit, nam ὁ κῦδος, & κύδος apud Græcos scribitur, alterū, quo

quo gloriam significat: alterum, quo conuiciū & maledicta. Tametsi Seruius, in 10. Æneidos Cydon, inquit, cùm proprium est, Y, longum habet, cum autem appellatiuum, corripitur, quæ regula quàm certa atq; perpetua sit, ex exemplis satis apparet.

Hydor autem, cum ijs quæ ab eo nascuntur, quod Despauterius superioribus hisce addit, apud Homerū producitur, ut in Batrachomyomachia:

ὕδατι – υυ τερπομενός μελιηδέϊ &c.

Et rursum:

Κεῖνος δ' ὡς ἀφέθη πέσεν ὕπτιος εὐθὺς ἐς ὕδωρ – –. Quo pacto & Hydrus apud eundem legitur in eodem carmine:

ὕδρος – – δ' ἐξ ἀπίνης ἀνεφλίνετο λιμνόμ ὄρχημα &c. Quanquam de hoc nihil pronunciem, quando & accentu acuto scribitur, & hoc loco etiam positione correptum uideri potest.

Deinde non negem & ipsum primitiuum ὕδωρ alicubi etiam breui Y, reperiri. Vt apud Apollonium libro secundo Argonaut.

ὄφρ' ἐμὰς ἱμερ τοῖσιν ἀναψύχει ὕδατι – υυ τεοῖσιν.

Sed Homeri authoritas, contemni non debet. Et aliàs quoque multa licentia Græci utuntur, quæ non facilè in exemplum trahenda est.

Y, ante G.

Y, ante G, in primis syllabis corripitur, ut, Stygius, Phrygius, Hygea &c. Virgilius:

O uerae Phrygi –υυ ae, neq; enim Phryges, –υυ ite per alta &c. Martialis libro 11.

Quod sanare Criton, nō quod Hy – υυ gaea potest.

Excipiuntur Gygaea lacus Lydiae, à quo, Gygaeus, a, um. Propertius libro 3.

Lydia Gyge –– o tincta puella lacu.

Et Gyges proprium, ut Aeneidos 9.

Principio Phalarim & succiso poplite Gygen ––

Excipit &c. At Gigas per I, breuem penultimam habet. Vt in Batrachmoyomachia;

Γηγενέων ἀνδρῶν μιμούμενοι ἔργα γι – υυ γάντων. Quo pacto fortaßis etiā apud Oui. 4. Fastorum scribendum, nam & illic priore breui ponitur, ut:

Quid grauius uictore Gi – υυ ge captiua tulissem.

Nam apud Statium secundo Thebaidos, quem locum item citat Despauterius, non Gygen, sed Gyan, in posteriore aeditione legitur, ut:

Dircaeumq; Gy – υυ an & Echioniū Lycophontē etc.

Pygae, & quae inde ueniunt, ut, Pygargus, Depygis, Orrhopygium &c. Iuuenalis satyra 11.

Sumine cū magno lepus atq; aper & Py –– gargus.

Y, ante L.

Y, psilon ante L, in primis syllabis, secundum superiorem regulam Despauterij, producitur, ut, φυλὴ, φῦλον, & quae inde ueniunt, Phyleus, Allophylus, Eriphyle, Pamphyle, à qua Pamphylia, ut Stephanus docet &c. Statius 12. Thebaid.

Fer-

Ferrum consumpsit pectore Phyleus --

Ore momordit Helops &c. Ita enim scribendum uidetur, non ut uulgo legitur Pholeus. Est enim idem nomen & apud Homerum Iliados O, ut:

Τόν ποτε φυλεὺς --

ἤγαγεν ἐξ ἐφύρης ποταμόν ἀπό σελλήέντος.

Virgilius libro sexto:

His Phædram, Procrimq́; locis, mœstumq́; Eriphylen --. Lucanus libro 8.

Medio pelago Pamphylia -υυ puppi
Occurrit tellus &c.

Et hoc modo idem nomen à cæteris quoq́; Latinis communiter ponitur. Apud Dionysium autem in Periegesi, etiam corripi semel uidetur, ut:

Παμφυλί-υυ ων ἢ μέχρι, κεάγον δὲ ἐφημίζουσι, quod uel per synecphonesin fieri putemus licet, uel Græcorum licentiæ tribuamus. Nam aliâs & ipse eandem syllabam producit, ut:

Τοῦ μὲν ἐπὶ προβολῇ παμφύλιοι -υυ ἀμφινέμονται. Et rursum:

Ἄλλαι δ' ἑξείης παμφυλίδες - υυ εἰσι πόληες &c. Quæ in hunc locum distuli, quoniam hic aliâs de primitiuo dicendum erat.

Sic & Hyla, quando pro sylua siue materia ponitur, ut Iliados penultimo:

αὐτὰρ ἐπεὶ πάντη παρακάββαλον ἄσπετον ὕλην --. Et rursum:

Οἱ δ' ἴσαρ ὕλοτό -υυ μους πελέκεας γ' χερ σὶν ἔχοντες. Et Iliados Φ.

Ἴδ' ης γ' κνημοῖσι πολυπτύχου ὕλη -- ἔσαξε.

Ad quem modũ & Hylæa, pro gente Sarmatica, à Flac co ponitur libro 6, ut:

Mouit & Hylæ -- a supplex cum gente Syenem:

Et quæ à uerbo συλάω ueniunt, ut, Sylo, Asylus, Asy lum &c. Catullus:

Aut sodes mihi redde decem sestertia Sylo -- &c.

Ad quorum exemplũ & Syla, quod montis nomen est apud Virgilium ponitur 12. Æneidos, ut:

Ac ueluti ingenti Sy -- la, summoue Taburno.

Ita enim apud omnes scriptum reperio, siue hoc ex ὕλη conuersum, siue etiam aliunde deriuatum est. Tametsi Sila, loci nomen, apud Strabonem in descriptione Italiæ per Iῶτα scriptum legatur.

Eodem autem pacto et σκῦλον, quod spoliũ, siue exuuias Græcis significat, uidetur poni posse cum propter accentum circumflexum, quo ferè notatur, tum etiam exemplo epigrãmatis eius, quod à Suida citatur, ut:

Εσπερίου μάρκελλ☉ ἀνερχόμεν☉ πολέμοιο

Σκυλοφό -υυ ρ☉ τανᾶης τόρμα παρ' Ιταλίης. Quanquam ibidem etiam ex Aristophane quædam citantur, in quibus eadem syllaba corripi uidetur. Sed hoc apud Græcos magis usurpatur, q̃ Latinos, quare de eo non est, quòd anxiè laboremus.

Atq; hæc ferè sunt, quæ longum Y, ante L, habent, com

maniora utiq;, si non omnia. Nam Thyle, insulæ nomẽ, quod quidã adijciunt, pro Thule ponitur, quod à Græcis Geographis per ου, diphthongum scribitur.

Cætera uerò, quorum multo maior copia est, pleraque breue Y, ante L, habent, ut, Cylindrus. Virgilius primo Georg.

Area cum primis ingenti æquanda Cy –υυ lindro.

Hylas proprium. Idem Ecloga 6.

Clamassent ut littus Hy –υυ la Hyla –υυ omne sonaret.

Hylactor, canis nomen ab ὑλάξαι. Ouid. 3. Metamor.

Labros, et Aglaodos, et acutæ uocis Hy –υυ lactor.

Hyle oppidum. Statius:

Qui breue littus Hy –υυ les &c.

Et Homerus Iliados quinto:

ὅς ῥ' ἐν ὕ –υυ λῃ ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς. Quanquam idem etiam producta priore nomen hoc posuit, ut in catalogo.

οἵτ' ἐλεῶν' εἶχον, ἠδ' ὕλην –– & πετεῶνα, sed poëtice, ut inquit Strabo libro 9.

Pylos, loci nomen. Ouidius libro 1. de Ponto:

Crede mihi Py –υυ lio Nestore maior ero.

Pylades proprium. Apud Martialem:

Disperream Pyla –υυ di si tu præstare matellam Dignus:

Pylæ, & quæcunq; ab eodem ueniunt, ut, Hypsipylæ, Thermopylæ & similia. Homerus Iliados 3.

φεῦγε μάλ' εἴδιθυμὸς ἐ – υυ πέπυσται &c.

Virgilius 1. Georg.

Strymoni – υυ eq; grues, et amaris Intyba fibris &c. Ouidius in Epistola Herus.

Si neq; Amymo – – ne, nec laudatißima forma
Criminis est Tyro, fabula uana tui &c.

Et Homerius Odyß. λ.

ἣ φάτο Σαλμωνῆ῀Θ ἀμύμονος – υυ ἔκγονΘ εἶναι. Virgilius primo Æneidos.

Cymotho – υυ e, simul & Triton &c. Et Æn. 5.

Nisæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodo – υυ ceq; &c.

Quo pacto & Cyma, pro tenuiore caule, siue braßicæ parte ponitur, ut apud Columellam libro 10.

Frigoribus caules, & ueri cymata – υυ mittit:

Et eandem quantitatem etiam cætera uerbalia Græca in MA, pleraque habere puto, ut sunt, φῦμα, θῦμα, λῦμα, & similia. Nam & accentus hoc indicat, circumflexus, qui syllabis breuibus non inscribitur, et quædam exemplis etiam probantur, ut,

οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔ – υυ βαλλων. Iliados primo. Et,

τὰ θύματ' ὦν υ – υ – δ' ἔρ' ἐστι πλὴν γλῶττα καὶ κέρατα. Quod exemplum ex Aristoph. citat Suidas. Deinde & φύω, cuius uerbalia cætera, ut, φύσις & φυτὸν, licet penult. corripiant, in præterito tamẽ, à quo tẽpore, ea quæ in MA, desinũt, deriuari necesse est, eandẽ uocalem longã habet; ut apud Eurip. in Medea.

Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διειδέναι.
Οὐδεὶς χαρα – – υ – κτὴρ ἐμπέφυ – – υ – κε σώματι. Et rurſum:
σοφὴ πέφυ υ – υ – κας τῶν κακῶν πολλῶν ἴδρις.

Excipiuntur, Hymen, quod uariatur. Vt in illo Catulli:

Hymen – – ô Hymenæe hy – υυ men ades ô Hymenæe. Cuius tamen deriuatum (ut uolunt eſſe) Hymenæos perpetuò corripitur, ut Æneidos 3.

Ledæā Hermionē, Lacedæmonioſq; Hyme – υυ næos.

Thymum. Idem 1. Æneidos:

Feruet opus, redolentque Thy – υυ mo fragrantia mella &c.

In dictionibus autem, quæ plures quàm duas ſyllabas habent, Y, pſilon ante M, in prima corripitur, ut, Hymettus, Hymenæus, & ſi qua ſunt ſimilia. Statius libro 12.

Venit atrox Hylæus, & olentis arator Hy – υυ metti &c.

Excipitur Symæthus, Græce σύμαιθος, ut apud Strabonem & cæteros ſcribitur, fluuius Siciliæ. Virgilius 9. Æneidos.

Genitor quem miſerat Arcens
Eductum Martis luco Sy – – mæthia circum
Flumina &c.

Y, ante N.

In primis ſyllabis Y, pſilon, ante N, producitur, ut ne,

Phryne, Phrynichus, Plynius, ut à quibusdã scribitur, & similia. Propertius libro secundo.

Phryne -- tam multis facta beata uiris.

Aristophanes in Ranis.

Ηνπερ ποιήσω μηδὲν ὧνπερ φρύνιχος --, υυ.

Et rursum.

Κεῖτις ἥμαρτε σφαλέστι φρυνίχου πα -υ-υ

λαισμάτωρ &c. Troch. Tetram. Catalect. est.

Plynij exemplum suprà habes.

Synnada autem, ut à Stephano & Strabone appellatur, uel Synnas, ut apud Statium, etiam positione producitur. Fuit enim à principio, ut tradit Stephanus, Synnæa à cohabitãdo dictum, mox corrupto nomine, Synnada, oppidum Phrygiæ est, à quo & marmor Synnadicum appellatur. Exemplum habes apud Statium li. 1. Sylu. in descriptione balnei Hetrusci, ut.

Phrygiæ quam Synnados -υυ antro,

Ipse cruentauit maculis lucentibus Atys.

Excipiuntur γυνὴ, & quæ inde ueniunt, ut Gynæceum, Gynomanes, Androgynus &c. Ausoni. in Epigr.

Vidit nubentem Plinius Androgy -υυ num.

Euripides in Medea.

Ἀλλὰ κτανεῖν σου' σπέρμα τολμήσεις γύναι;

--υ. Senarius est.

δύναμαι, & quæ inde fiunt, ut Dynatos, Adynatos, quæ apud Græcos, à quibus potissimum usurpantur, nota sunt.

Et (quod Despauterius addit) Tynichus, propriū, quo Marullus usus est in Epigrammatis, ut

At non sic Tyni – υυ chusq; pater, Spartanaq; mater. Quod tamen utrum rectè, an non legitur, nescio. Præterea, si qua à consonantibus illis puris incipiant, de quibus suprà in regula eorum, quæ I, ante N, habent, dicitur, quæ sunt C, M, & S. Ex quibus κυνὸς est, & quæ ab eo proficiscuntur, ut Cynicus, Cynosarges, Cynocephalus, & similia. Homerus Iliad. primo.

Οἰνοβαρὲς κυνὸς – υυ ὄμματ᾽ ἔχων, κραδίην δ᾽ ἐλάφοιο &c. Persius sat. prima.

Si Cyni – υυ co barbam petulans Nonaria uellat.

Et quæ cum præpositione σὺν, componuntur, de qua suprà libro secundo dictum est.

Y, ante P.

Y, psilon ante P, in primis syllabis corripitur, ut Clypeus cuius exempla nota sunt. Scyphus, Cyprus, Cyperus, Cyparissus. Ouid. lib. 10. Metam.

Hunc puer imprudens iaculo Cnpa – υυ rissus acuto
Fixit &c. Theocritus Idyll. 1.

Ἕρπε ποτ᾽ ἀγχίστην τηνεὶ δρύες, ὧδε κυ – υυ παίρῳ. Et Martialis lib. 8.

A pistore – –, – υ Cypere non υ – υ – recedis.

Hendecasyllabum est. Ouid. 10. Metam.

Telluris Cypri – υυ æ pars optima, quā mihi prisci
Sacrauere senes &c. Martial. lib. eodem.

Hic Scyphus – υυ est, in quo misceri iussit amicis.

Larg

Largus Æacides, & bibit ipse merum &c.

Neq; producitur hoc, aut etiã superiora, ut de quibus nonnulli malè senserunt.

Eandem autem rationem sequuntur, & quæ à præpositione Hypo, uel Hyper, ueniunt, ut sunt: Hypocrita, hypocaustum &c. de quibus libro secũdo dictũ est. Et quæ à τρυφή, uel τρυφὸς, ut Tryphon, Trypherus &c. Iuuenalis Sat. 11.

Pergula, discipulus Tryphe -υυ ri doctoris, apud quem &c. Et quæ à τύπος, ueniunt, ut Typographus, Archetypus &c. Idem.

Et iubet archety -υυ pos Pluteum seruare Cleantes. Item Hypatus, & quæ similis formæ sunt, ut apud Homerum.

Ὦ πάτερ ἡμέτερε κρονίδη ὕπα -υυ τε κρειόντων.

Item Hypæpa, oppidum Lydiæ. Ouid. 6. Metam.

Paruis habitabat Hy -υυ pæpis.

Hypanis fluuij nomen, aliaque complura. Quorum omnium exemplo motus Despauterius, etiam Rypas, populi Achaici nomen, & quæ inde ueniunt, corripiendum censet, cui opinioni neq; ipse repugno.

Excipitur Typhon, onis, Gigantis nomen, & nomen procellæ, seu turbinis impetuosi, & ignoti. Ouidius secundo Fastorum.

Terribilem quondam fugiens Ty -- phona Dione.

Et

Et Manilius libro quarto.

Qꝰum fugeret Ty -- phona Venus, subsedit in undis. Et pro uento, Lucanus libro septimo.

Et trabibus mixtis auidas Ty -- phonas aquarum
Detulit &c. Quare Martiani exemplum in imitationem haudquaquam trahendum, apud quem libro secundo idem nomen correpta prima legitur.

Typhoeus autem, quod ipsum quoq; gigantis nomen est, prima breui à poëtis usurpatur, cuius exemplum habes Æneidos nono.

Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq́; cubile
Inarime, Iouis imperijs imposta Ty - uu phoeó.

Y, ante R.

Y, in primis syllabis ante R, si dictio sit disyllaba, ex regula superiori producitur, ut Cyrus. Tibullus lib. 4.

Profluit, aut rapidus Cy -- ri dementia Gnidés.
Tyro, filia Salmonei. Propertius lib. 1.

Vobiscum est Iope, uobiscum candida Tyro --.
Sic enim & apud Homerum scribitur, Odyss. λ.
Tyrus, quod caseum significat Græcis, à quo butyrum deriuari uolunt, cuius exempla libro secundo citauimus, circa ea, quæ in Rum, exeunt.
Tyro, nouus miles, & quod inde uenit, tyrocinium.
Manilius libro primo.

Nec ty -- rocinio peccet, circumq́; feratur
Scyrus, insulæ nomen, à quo Scyrius, a, um. Virgilius.
Armiger Automedon, unà omnes Scyria - uu pubes

Suc

Succedunt tecto &c.

Gyrus, idem quod ambitus. Virgil. 5. Æneid.

Septem ingens gy -- ros, septena uolumina traxit,

Aliaq; his similia.

Excipiuntur, lyra. Ouidius 11. Metam.

Flebile nescio quid queritur, lyra - ∪∪ flebile lingua.

Lyris, proprium mulieris, apud Martial. lib. 2. ut

Quid faciat uult scire Ly - ∪∪ ris, quod sobria stelat. Myron, proprium statuarij Stat. 1. Sylu.

Quicquid & argento primum, uel in ære My - ∪∪ ronis Lusit &c. Et Ausonius.

Bucula sum cœlo genitoris facta My - ∪∪ ronis.

Μύρον, & quæ inde ueniunt, ut Myropola, myropolium &c. Plautus in Trinummo.

Holitores, myro ∪∪ -, - ∪∪ polæ, aucupes, confit cito &c. Senarius est.

Pyra, & quæ alia ab eadem uoce πυρός, ueniunt, ut Pyrois, equus solis, Pyropus, gemma, Pyracmon, Dipyrus, & similia. Ouidius primo Metam.

Interea uolucres Pyro - ∪∪ is, Eous, & Æthon &cæt. Idem.

Clara micante auro, flammasq; imitante Py - ∪∪ ropo. Virgilius octauo Æneid.

Brontesque, Steropesq;, & nudus membra Pyr - ∪∪ acmon. Idem Æneidos undecimo.

Innumeras struxere py - ∪∪ ras, & corpora partim

Multa uirûm terræ infodiunt &c. Martialis.

Quid

Quid tibi uis Dipy – *uu* ron, qui Phaëtonta facis?
Notantur tamen ex his: Pyramus, proprium, & Pyramis, quo nomine turres Ægyptiacæ illæ appellatæ fuerunt, quæ inter memorabilia orbis referuntur.
Ouidius quarto Metam.

Pyramus – *uu* & Thysbe, iuuenum pulcherrimus alter. Martialis libro primo.

Barbara Pyrami – *uu* dum sileat miracula Mēphis.
Syrus, Syria, ut & Assyrius, Aßyria. Iuuenalis satyra sexta,

Quàm quæ longorum uehitur ceruice Sy – *uu* rorum. Catullus.

Hoc misso in Syri – *uu* am requierant omnibus aures. Virgilius Ecloga quarta.

Occidet Assyri – *uu* um, uulgò nascetur amomum.
Styrax, aromatis, siue unguenti genus.
Virgilius in Ciri.

Non styra – *uu* ce Idæo fragrantes picta capillos.
Tyros, urbs, à quo Tyrius, a, um. Tibullus lib. 1.

Prima ratem uentis credere docta Ty – *uu* ros.
Et Virgilius primo Æneidos.

Vrbs antiqua fuit, Tyri – *uu* i tenuere coloni.
Tyra, loci nomen, apud Flaccum lib. 6. Argonaut. ut

Linquitur abruptus pelago Tyra – *uu* linquitur & mons Embolus &c.
Tyres, proprium. Virgilius Æneid. 9.

Te fugiens, fratremq; Ty – *uu* ren, currusq; uolutus &c.

Tyras

Tyras,fluuij nomen,apud Ouid.4.de Ponto.

Labitur & nullo tardior amne Ty-υυ ras.

In polysyllabis autem Y psilon ante R, à principio ferè corripitur,ut tyrannus, tyrannis, myrica, Pyrenæus, proprium uiri. Virgilius Ecloga quarta.

Non omnes arbusta iuuant,humilesq; my-υυ ricæ.

Ita autem & apud Theocritum scriptum inuenias, Idyllio primo. Ouidius quinto Metam.

Impetus ire fuit,claudit sua tecta Py-υυ reneus.

Cætera nota sunt.

Excipe Cyrinus propriū,& quæ alia à κύριος, uel κῦρος,fiunt,ut Cyriacus,Acyros,Acyrologia &c. Martialis libro octauo.

Sic tua Cyri -- ni promas epigrammata uulgo etc.

Ita enim & Despauterius hoc nomen scribendum cēset. Μυρίον, & si qua inde ueniunt,ut Iliad.1.

Ουλομένην,ἣ μυρί' ἀ-υυ χαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.

Pyrine,Græcum,quod nucleum seu granū significat, à quo poma Apyrina dicuntur, quo nomine granata intelliguntur,quæ grana minora,siue molliora habent,ac dulcia. Martialis in Xenijs.

Lecta suburbanis mittuntur Apyrina -υυ ramis.

Pyramus,fluuij nomen,& uiri proprium. At uiri quidem exemplum illud est,quod suprà posuimus. Fluuij autem hoc,quod apud Strabonem citatur ex oraculo.

Εσσεται ἐσσομένοις ὅτε πύραμος -υυ εὐρυδίνης.

Hinc

Ἠιόνα προχέων ἱερὴν ὡς κύπρον ἱκνεῖται.
Tametsi idem nomen, pro fluuio, etiam breui prima apud Dionysium ponatur, ut
Τηλόθεν ἐρχομένων πυρὰ – υυ μοιοῖς, ἠδὲ πινάροιο.

Ad quem modum & Pyrene, montis nomen, qui Hispaniam à Gallia diuidit, uariatum reperias. Silius libro decimo quarto.

Pyre -- ne misit populos, qui nomen amore &c.
Et Lucanus libro primo.

Nubiferos colles, atq; aëriam Py -- renen.
Item Tibullus libro primo.

Non sine me est tibi partus bonos, tua bella Py -- υυ rene, Testis & Oceani littora Santonici &c.
Et Cyrene, loci nomen, à quo Cyrenaicus, a, um, &c.
Lucanus libro nono.

Africa Cyre -- nis etiam tunc bruma rigebat.
Silius libro quarto.

Nec non Cyre -- ne Pelopæi stirpe nepotis.
Et rursum Catullus.

Quàm magnus numerus Lybissæ arenæ
Laserpiciferis iacet Cyrenis υ--. Hendecasyllaba sunt. Est tamen in his productio frequentior, ut & in Cyrene, cum nymphæ proprium est, quod Despauterius breui prima poni omnino negat. Exempla habes apud Virgilium 4. Georgic. ut

Mater Cyre -- ne, mater quæ fluminis huius. Et
At non Cyre -- ne, namq; ultro affata timentem.

Et

Etiam Myræna eiusdẽ quantitatis est, quod Latini Murænam dicunt, de quo suprà dictum est.

Myrhites autem, & Pyrites, lapidum nomina, quæ à Despauterio hoc loco adduntur, apud Fannium, unde ab illo allegantur, duplici rr, Pyrrhites, & Myrrhites scribuntur.

Y, ante S.

Ypsilon ante S, in primis syllabis producitur, ut Chrysis, Chryses, Chryseis, & quæ ab eadem origine ueniunt, Chrysostomus, Chrysippus, Chrysogonus &c. Terentius in Andria.

Quæ sit rogo – – υ –, sororem esse a υ –, – – iunt Chrysidis – – υυ. Senarius est.

Iuuenalis satyra septima.

Chrysogo – υυ nus quanti doceat, uel Pollio quanti.

Persius satyra ultima.

Inuentus Chry – – sippe, tui finitor acerui &c.

Sic & Mysis, ancillæ nomen, apud Terentium, ut hodie scribi uidemus, nam in superioribus æditionibus, quibusdam etiam Misis, per I, legebatur, quomodo & apud Suidam, Μίσις, μίσιδος, proprium, annotatur. Quanquam de eo non attinet adeò curiosum hic esse, quando utrobiq; eadem, ut quidem ego sentio, & ipsæ regulæ etiam monent, quantitas est.

Terentius in Andria.

Memor essem? O My υυ –, – – sis, Mysis eti – –, υυ am nunc mihi – – υυ.

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.

Et Nysa, multarum urbium nomen, à quo Niseus, a um. Propertius.

Indica Nyse -- is arma fugata choris.

Et quae alia à νύσαι, ut placet Etymologicis, ueniunt, ut Dionysus, Dionysius &c. ut in Epigram. Graeco.

Τίς; πόθεν εἰς Διό - υυ νυσε. μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα βάκχον, οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω.

Et apud Nicandrum.

Σειληνοὶ κεραοῖο Δι - υυ ονύσοιο τιθηνοί &c.

Vbi secunda syllaba per ectasin producta est.

Item quae à λύσις, ueniunt pleraque, ut Lysippus, Lysicrates, Lysomelia. Propertius lib. 3.

Gloria Lysip -- po est, animosa effingere signa.

Aristophanes in Auibus.

Οὐδ' ἀνεσήκει υυ-, -- τὸν Λυσικράτη --, υυ- τηρῶν ὅτι δωροδοκοίη. Versus est Anapaesticus Tetram. Catal. Et Theocritus in Gratijs.

Εἴληχας μέγα ἄστυ παρ' ὕδασι λυσιμε -υυ λείας. Quod Eobanus noster uertens, sic reddidit;

Hic ubi Lysime - υυ lea uagis sonat icta procellis.

Quare & caetera ab eadem origine descendentia eodẽ modo poni posse existimo, ut Lysis proprium, Lysias, Lysander, Lysimachus, Lysistrata, & similia.

Habet enim & primitiuum λύσω, siue ἔλυσα, quod à themate λύω, uenit, & diuersam à praesenti quantitatem habet, ut Theodorus docet, eandem uocalem longam, ut Iliad, 9.

Ος δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κα -υυ ρῆνα.
Et Iliados quinto.

Ενθ᾽ ἵππους ἔστησε ποδήνεμος ὠκέα ἶρις
λύσα -- σ᾽ ἐξ ὀχέων &c. Tametsi contrà Arator libro secundo posuerit.

Comperit hæc Lysi -υυ as Pauli uulgante propinquo. Sed huius authoritas tăti, ut puto, non facienda.

Notantur autem uerbalia quædam, φύσις, cum ijs, quæ ab eo ueniunt, Physicus, physiologus, physiognomonicus &c. quod quanquam primitiuum eius φύω, præsertim in præteritis, ubi κ, sequitur υ, penultimam longam habet, id quod suprà circa uocem φῦμα, ostendimus, ipsum tamen eadem, tam apud Græcos, quàm apud Latinos correpta inuenitur, ut apud Ausoniū de numero Ternario. In Physi -υυ cis tria prima, deus mundus, data forma. Et in Epigrammate Græco.

Εκφρονα τὴν βάκχην οὐχ ἡ φύσις -υυ ἀλλ᾽ ἡ τέχνη Θήκατο &c. Item in Ænigmate Antiphanis, ut citatur apud Athenæum lib. 10.

Εσι φύ -υυ σις θήλεα, βρέφη σώζουσ᾽ ὑπὸ κολποις. Αυτῆς, ταῦτα δ᾽ ἄφωνα βοὴν ἵστησι γεγωνόν. Καὶ διὰ πόντιον οἶδμα καὶ ἤπειρον διὰ πάσης. Οἷς ἐθέλει θνητῶν, τοῖς δ᾽ οὐ παρεοῦσιν, ἀκούειν Εξεστιν, κωφὴν τ᾽ ἀκοῆς αἴσθησιν ἔχουσι.

Quem Griphum hic totum adijcere libuit, delectationis gratia, ut eo lectorem reficeremus. Significat autem epistolam, ut ipse postea soluit, dicens:

Θήλεια μὲν οὖν ἐστὶ φύσις ἐπισολὴ &c.
Sic & phyfis, à φύω, ut quidem Defpauterio placet. Nam ipfe exemplum non habeo.

Et δύσις, à δύω, quod occafum fignificat. Nam et δυτός, eandem quantitatem habet, ut fuprà circa uocem Adytum, aliquoties docuimus. Quanquam rurfum hæc analogia fortaßis non multum probauerit, propterea, quòd & λύτος, à λύω, Y, breue habet, ut in Hippolytus, & fimilibus apparet, & tamen λύσις, quæq; ab eo ueniunt, eandem uocalem producunt, ut paulò antè exemplis demonftratum eft. Sed huius tamen exemplũ habes apud Aratum, ut Ἧχί περ ἄκραι Μίσγονται δύσι–υυ ἐσ καὶ ἀνατολαὶ ἀλλήλοισι. In quo uerfu & ἀνὰ, præpofitio, quæ in ἀνατολὴ, eft, alteram fyllabam per ἔκτασιν producit.

Additur autem fuperioribus & Hyfopus, herbæ nomen, à Defpauterio, quod ipfe apud Latinos alterum S, abijcere, primamq; corripere dicit, licet idem nomen apud Græcos duplici ß, fcribatur, adducto ad hoc exemplo Alani cuiufdam, hoc uidelicet:

Se cœlũ terræ conformat, Cedrus Hy – υυ fopo.
Quod qui uolet, fequi poterit, ego aũt à græca quantitate non difcedam, donec uetuftioris alicuius exemplum repercro &c.

Y, ante T.

Ypfilon, ante T, in primis fyllabis corripitur, ut Scythia, Cythera, Cytherea &c. quæ nota funt, Rhy-

tum, et Rhytiū, per diminutionem, poculi genus, quod ut Athenæus docet libro undecimo, antea κέρας, quoq; à similitudine uidelicet appellatum fuit, & à Philadelpho primum inuentum, ut esset gestamen Arsinoës, quale imagines, & simulachra illius sinistra manu, tanquā copiæ cornu aliquod, ut idē inquit, gestare fingebantur. Martialis libro secundo.

Cum sint crura tibi, simulent quæ cornua Lunæ,
In Rhyti – υυ o poteras Phœbe lauare pedes.

Falsus autem est Perottus qui hoc loco, pro in Rhytio, Imbricio legendum censet.

Prytanis, tam appellatiuū, quàm propriū. Vir. 10. Aen.
Alcandrumq;, Haliūq;, Noëmonaq;, Pryta – υυ nimq;.
Qui uersus ad uerbum ex Homero translatus est.
Et Aristophanes in Vespis.

Πρυτανεῖα μεταλ υυ–, υυ– λ' ἀγορὰσ, λιμένασ, μισθοὺσ, ϗ δημιόπρατα. Est enim πρυτανεῖον, à πρύτανισ, deriuatum.

Et uerbalia pleraq; in τοσ, ut λυτοσ, à quo Hippolytus, Paralytus &c. Virgilius 7. Æneid.

Ibat & Hippoly – υυ ti proles, pulcherrima bello,
Virbius &c.

Κλυτόσ, & quæ inde ueniunt, ut Clytus, Clytius, Clytie, Inclytus, & similia. Martialis lib. 8.

Vt poscas Cly – –, – υ te munus, exigasq;
Vno nasceris octies in anno Virgil. 10. Æneid.
Nec Clyti – υυ o genitore minor, nec fratre Mnestheo.

Ouid. 4. Met.

Inuidit Clyti – υυ e, neq; enim moderatus in illam
Solis amor fuerat. Virgil. 2. Æneid.
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta – υυ fama
Gloria &c.

Αὐτός, à quo adytum, cuius exemplum suprà aliquoties positum reperias.

φυτός, & quæ inde nascũtur, ut Neophytus, φυτεύω, & similia, ut in illo Nicandri de Attalo.

Ἡρῳ πελοπηΐς
Ἱπποδάμειαφύ – υυ τευσεν ὅτ' ἄποδος ἦεν ἄκρο τιμήν.

Excipiuntur, μῦθος, & quæ inde ueniunt, ut Echemytus, Eugastrimythus, & similia, quorum omnium ratio ex primitiui quantitate pendet, cuius exempla passim apud Græcos habes, ut Iliad. 1.

Ὣς ἔφατ' ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων καὶ ἐπείθετο μύθῳ – –. Mytilus piscis nomen, apud Martialem lib. 5.

Ostrea tu sumis, stagno saturata Lucrino,
Sumitur inciso Mytilus – υυ ore mihi.

Hoc nomine Gaza ferè exponit eũ, qui Aristoteli μῦς dicitur. Pytho, et quæ inde fiunt, Python, serpentis nomen, Pythius, Pythias &c. Ouid. 1. Metam.

Strauimus innumeris tumidum Py – – thona sagittis. Horatius in Arte.

Abstinuit Venere & uino, qui Pythia – υυ cantat
Tibicen &c. Idem.
Pythias – υυ emuncto lucrata Simone talentum.

Quanquam hoc nomen etiã per I, Latinè scriptum inue nias. Sic & Pythagoras, ita enim & apud Suidam, & cæteros scribitur, per y psilon uidelicet, cuius exẽpla nota sunt, ut Littera Pythago – uu ræ discrimine secta bicorni. Et pytisma, quod apud Iuuenalem legitur, à πυτίζειν, *ut ipse etiam Politianus postremo admittit, Epist. 6. lib. 11. quanquam idem antè, non pytisma, sed pi tylisma legendum esse contenderat, ut est uidere in Miscell. 38. Versus est satyra undecima.*

Qui Lacedæmonium py – – tismate lubricat orbẽ.
Scyton, siue Scython, proprium, apud Ouid. 4. Metam.
Nec loquar, ut quondam naturæ iure nouato.
Ambiguus fuerit modo uir, modo fœmina Scyton – –.

Zytus, οἶνος ἀπὸ κριθῆς γενόμενος, *ut inquit Suidas, quod alij Zythum, dicunt, neutro genere. Colu mella libro decimo.*

Sectaq; præbetur madido sociata lupino,
Vt Pelusiaci proritet pocula Zythi – –.

Et si qua alia fuerint, quæ M, uel R, ante Y, habent, præ ter iam dicta, ut hoc quoque loco superioris exceptionis, quæ à Despauterio circa regulam eorum, quæ I, an te T, habent, lectorem commonefaciamus.

Additur autem à Despauterio & θυτὸς, *à* θύω, *& quæ inde nascuntur, ut Idolothytes, Idolothytum, & cæt. De quibus quando exemplum non habeo, cer tum aliquid affirmare non possum. Nam etiamsi uer bum ipsum* θύω, *(id quod fortaßis Despauterium, ac*

runt. Nam licet, Græci quædam ita uariarint, ut nunc correptis, nunc productis ijsdem syllabis usi fuerint. Ego tamen nemini cuiquam author fuerim, ut in Latino carmine, similibus, aut etiam ijsdem illis, eodem modo uariandis, ubi non certum aliquod exemplum, certamue rationem habuerit, quam sequatur, liberius aliquid audeat atque conetur. Atq; hactenus de uerbalibus. Porrò notatur hoc loco & Catamytus, quod & ipsum penultima longa poni solet. Vt apud Ausonium in Epigrammat.

Aut Iouis Elysij tu Catamytus e – υυ ris &c.

Siue hoc à μισθός, ut quibusdam placet, deriuatum, & propterea per I, Latinum Catamithus, quasi κατάμισθος scribendum est, siue à μύτης, uel μύω descendit, & inter ea, quæ per Y, scribuntur, potius referendum est. Atque hactenus de primis syllabis.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Medias syllabas, ut dixi uocant, Grammatici, omnes eas, quæ inter primam & ultimam sunt, quare maxima omnium diuersitas atque uarietas harum est, Alia enim similitudine penultimæ, alia antepenultimæ inter se respondent. Deinde & alia compositorum, alia cæterorum deriuatorum ratio est. Quæ quia sub uno nomine atque in genere tractarunt superiores, magna quoque difficultas, atq; perplexitas in ijs tradendis pariter, &

comprehendendis fuit. Sed nos nonnihil, ut puto, lucis, huic rei afferentes, deriuata atque composita ab his separauimus. Deriuatorũ penultimas et antepenultimas, quæ analogia aliqua inter se iunguntur, libro secundo persecuti. Compositorum autem partibus, quatenus quidem integræ sunt, unaquaq; ad caput & originẽ suam relatis: quatenus uerò corruptæ in compositionem ueniunt, certis quibusdam regulis, de ipsis quoque eodem libro præstitutis.

Proinde quod ad præsentia attinet, eæ proprie hoc loco mediæ syllabæ inquirendæ erunt, quæ uel simplicium ac primitiuorum sunt, uel etiamsi deriuatorum fuerint, nulla tamen cum alijs certa terminationis similitudine comparari possunt. Quod hic in uniuersum atque in genere lectorem admonitum uolumus, ne per singulas deinceps uocales & consonantes, eadem res iterum atque iterum repetenda nobis sit. Quanquam rursum hoc ipsum quoque ita temperauimus, ut subinde summatim, & quasi extremo, quod aiunt digito, quæ alibi plenius tractata essent, circa suum quicque locum indicaremus, idque iuniorum potißimum caussa, quibus in hoc inseruiendum esse putauimus. Sed iam ad institutum ueniamus.

A, ante B, in medijs syllabis.

In medijs syllabis, A, ante B, corripitur, ut, Cannabis, Cantaber &c. Lucanus libro 6.

Cantaber – u u exiguis, aut longis Teutonus armis.

Per-

Persius satyra quinta:

Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro? &c.

Excipiuntur *Atabulus, uentus Apuliæ peculiaris.* *Horatius satyra 5.*

Incipit ex illo montes Appulia notos (&c.
Ostentare mihi, quos torret Atabulus – uu *et quos*

Velabrum, uicus Romæ, à quo Velabrēsis possessiuum, siue gentile, apud Martialem libro 11.

Et Velabren – – *si massa recocta foco.*

Candelabrum. Idem in *Apoph.*

Nisi serues lumina fiet
De candela – – *bro magna lucerna tibi.*

Et cætera deriuata, quæ in BRVM, BILIS, BVLVM, BVNDVS, *a, um, desinunt. Vt sunt, Ventilabrum, Volutabrum, Dolabra, Amabilis, Affabilis, Venabulum, Acetabulum, Vitabundus, Errabundus, & similia, paucis quibusdam demptis, de quibus omnibus libro superiore abunde, ut puto, satis dictum est.*

Ad hoc exemplū etiam Barabam, Syriacum nomē, posuerunt recentiores, quod tamē exceptione opus non habebat, quoniā per duplex bb, Barabbas, ppriè scribendum est. Neq; *Amabo, cum pro interiectione ponitur, notatione aliqua opus habet. Nam qui corripiunt in comediam, indoctiores sunt, quàm quibus ulla præceptione doctrinæ subueniri debeat aut possit. Habes tamen exemplum eiusdem apud Catullum, ut:*

Ama-

Amabo me u--u *a dulcis Ipsithilla.* Qui uersus Antispasticus Phalæcius est, habens primo loco Antispastum. Et apud Martialem libro 8.

Dic uerum mi ---u *hi Marce dic* u-u- *amabo* u-u, eiusdē rationis, sed Epitritū à principio habens.

A, ante C.

A, ante C, in medijs syllabis corripitur, ut, Acinces, Omphacias, Scylaceum, quæ duo ex deriuatione nota quoq; sunt. Dyrrhachium oppidum, quod à Græcorū quibusdam etiam Dysrachium, & alio nomine Epidamnus dicitur, quod ex δὺσ & ῥαχία compositum uidetur. Tametsi Stephanus à Dyrrhachio Neptuni filio appellatum dicat. Et his similia. Exempla habes, Acinacis, apud Horatium libro 1. Carm. Ode 27. ut:

Viue, & Lucer --u- *nis Medus A* -uu *cinaces* -u- *Immane quantum discrepet, impium &c.*
Epionici sunt, Alcaïci.

Omphaciæ, apud Aristophanem in Acharnen.

Δεινὸν γὰρ οὖ --u- τωσ ὀμφακίαν --uu- πεφυκέναι. *Dyrrachij autem, apud Stephanum ex Alexandro quodam, ut ab ipso citatur:*

Δυσραχί -uu ουτ' ἐπί δαμνθ- ἐπ' ἀγιάλου χθονὸσ ἀκτῆσ &c. *Scylaceum notum est,*

Et hoc modo etiam propria pleraq; ponuntur, ut, Æacus, Spartacus, Assaracus, & apud recentiores Isacus quoque, & similia.

Et adiectiua possessiua, ut, Cypriacus, Demoniacus, Cyriacus.

riacus, & quæ similem formam habent.

Item composita à μάχη, βραχὺ, ἄκρον, μακρον, & similibus: ut, Antimachus, Telemachus, Tribrachus, Trimaria, Amphimacer, & id genus alia. De quibus omnibus suprà quoque mentio facta est.

Excipiuntur Anchaces, populi nomen, apud Valerium Flaccum libro 6 ut:

Doctus & Ancha -- ces patulò uaga uincula Cyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas etc.

Benacus, cuius exemplum libro 2. habes inter Analoga in CVS. Cloaca, ut:

Pinguis torrente cloaca --, Apud Iuue. saty. 3.

Cui similia Cochlaca limaca, quæ à Despauterio annumerantur, Portulaca, Pastinaca, &c. quorum exempla itidem in superiore libro nonnulla inuenies.

Hippaco uerbum, quod animam celeriter, ut Festus ait, ducere significat, Authoribus Calepino & Despauterio, nam ipse exemplum non habeo.

Meracus, a, um, ut apud Persium:

Anticyras melior scelere Meracas --

Neque enim audiendi sunt, qui nomen hoc media etiam correpta poni dicunt. Nam exemplum quod ipsi ex priapeis allegant, uidelicet:

Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Constitui, mera -uu cas edidiciq; notas &c.

Corruptè allegatur. Legendum enim est in posteriore uersu:

Con-

Constituiq; meras edidiciq; notas.
Et sic emendatiores libri habent.
Huic simile est & Opacus. Vt apud Virgil. in Bucoli.
Frigus captabis opacum -u. Sed de his quoque superiori libro dictum est.
Otacilius proprium, apud Martialem lib. 10. ut:
Torquatus nitidas uario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Otacili -uu us.
Sarracum, cuius exemplum etiam ipsum, suprà aliquoties habes, ex Iuuenale citatum.
Syracusæ, urbs Siciliæ. Virgilius in Bucolicis:
Prima Syracusi -uu o dignata est ludere uersu.
Et Silius libro 14.
Ipsa Syracu -- sæ patulos urbs inclyta muros.
Ausonius tamen idem nomen A, ante C, breui posuit, in Catalogo urbium, hoc uersu:
Quis catinam sileat? quis quadruplices Syra -uu cusas? quod non facilè apud ueteres eodem modo pósitum inuenias, quanquam ob id syllabam hanc communem faciat Despauterius.
Excipiuntur & Deriuata in CEVS, uel CIVS, a, um, desinentia, qualia sunt, Herbaceus, Mustaceus, Vinacea, Petacius, Gallinacius, Phæacius, Pyctacium, & similia.
Et in CVLVS, & CVNDVS, a, um, terminata, ut, Bibaculus, Audaculus, Vernaculus. Author Priá.
Hæc quæcunq; tibi posui uernacula -uu poma.

Tomaculum, Habitaculum, Nouacula, Iracundus. Horatius in arte:

Impiger, ira -- cundus, inexorabilis, acer &c. & id genus alia.

Et quæ in CRVM, exeunt, ut, Simulacrum, & siqua alia eius formæ sunt.

Cum quibus & propria, Numacius, Pediacia, uel ut alij Pedacia, & similia iungas. Quorum omnium exempla & notiones superiori libro tractauimus.

Illa quoq;, quæ ex Barbaris, ac Peregrinis, deriuata, Latinorum formam in VS, uel VM, præcedente C, assumunt, eodem modo ut superiora, pleraq; efferuntur, ut sunt, Vualacus, Gerlacus, Eboracum, Cameracum, Andernacum, & similia. De quibus item eodem libro meminimus. At quæ Primitiua magis sunt, & à uetustioribus quoque usurpata, ut sunt, quæ in CES, desinunt, ea regulam ferè sequuntur, penultimamq; breuẽ seruant, præsertim si M, uel S, ante C, habuerint. Qualia sunt, Arsáces, Maces, Saces, & similia. Quæ quanquam ad primas syllabas proprie pertinebant, quia tamen supra illorum mentionem non fecimus, non incommodum putaui, quæ illic præterita atq; omissa essent, hoc loco supplere atque sarcire. Exempla habes, apud Martialem libro 9.

Scis quid in Arsaci -υυ a Pacorus deliberet aula.

Silius libro 2.

Cinyphiumq; Ma -υυ cen, & iniquo sole calentes

Ba-

Battiadas &c. Et apud Claudia. de bell. Getico:
Hic crine decorus
Armenius, hic picta Sa – uu ces, fucataq; Medus etc.

Quorum analogia & Daces fortaßis, de quo suprà in primis syllabis disputauimus, defendi poterat. Quanquam alij nominatiuum huius singularem, Daca faciūt. Et nos eodem locō ex Strabone ostenderimus, apud Virgilium, & Lucanum, Dahæ, & Dahas potius, quàm Dacas legendum esse. Quod tamen ita assertum à nobis accipi debet, ut ne cuiquam ob id uideamur, ea quæ semel apprehenderimus, pertinaciter, ac mordicus adeò tenere atque defendere uelle.

A, ante D.

A, in medijs syllabis ante D, corripitur, ut, Academia, quod & Ecademia apud Græcos scriptum reperitur, Celadon proprium, & similia. Neque enim ita multa huius generis inueniuntur. Ouidius 12. Metamorph.

Illisit fronti Lapithæ Cela – uu dontis & ossa &c.

Academiæ exempla habes circa regulam uocalium. Hoc autem pacto & patronumyca in DES, quæ A, ante D, habent, ponuntur, ut sunt, Hippotades, Æneades, Atlantiades &c. Et quæ patronymicorum formam habent, ut Carneades & similia, de quibus inter Patronymica diximus.

Excipiuntur Ageladas, sculptoris nomen, apud Columellam libro 10, ut:

Nec

Nec Polycletea, uel Phragmonis, aut Ageladæ --
Arte laboretur &c.

Demades, ut Priscianus author est, qui illud ex Demeades per contractionem factum esse ait.
Iader, fluuij nomen. Lucanus libro 4.

Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader - u.

Et Cicada. Virgilius 3. Georg.

Et cantu querulæ rumpent arbusta Cicadæ --.

Et hoc modo etiam propria illa peregrina, ut sunt, Conradus, Menradus &c. à recentioribus ponuntur.

A, ante F.

A, ante F, in medijs syllabis non facilè reperitur. Volunt tamen breue esse, sicubi inueniatur, quod equidem credamus tantisper, dũ exemplũ aliquod afferatur. Venafrum certe producitur, et quæ ab eodem ueniunt, ut, Venafranus, a, um. Martialis in Xenijs:

Hoc tibi campani sudauit bacca Venafri --.

Sed hoc etiam per ph, apud Calepinum scriptum reperies, propter Etymologiam nominis, puto, quam ipse affert.

A, ante G.

A, in medijs syllabis ante G, producitur, ut, Comagene, Comagenus, &c. Iuuenalis satyra 6.

Calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius uel Coma -- genus haruspex
Pectora rimatur &c.

Sic & Coagulum, Repagulum, Quadragınta, Sexagin

ta, & similia. Ouidius 5. Metamorph.

Raptaq; de dextro robusta repagula -uu poste.

Tibullus libro 2.

Et miscere nouo docuisse coagula -uu lacte.

Martialis:

Mutua quod nobis ter quinqua -- gena dedisti.

Et rursum libro 12.

Sexa -- gena teras cum limina mane senator.

Est enim eadē ratio syllabæ secundæ, siue Sexagena, siue Sexaginta, ut uetus lectio habet, legatur. Atq; hæc exempla, quanquam aliàs ad deriuata atque composita magis pertinent, eò tamen hic pluribus recensui, quòd cum ipsa quoque analogiam inter se certam habeant, suprà libro 2. per incuriam præterita fuere.

Eodem autem modo & quæ in Go, uel Ges, desinunt, pleraq; sese habent, ut sunt, Virago, Cartago, Plantago, Compages, Ambages, Indages, & similia, quorum exempla inter Analoga suprà citauimus.

Et quæ à Barbaris uenerūt in GVM, locorū nomina, ut Breucomagū, Nouomagū, et similia, de quib. itē suprà meminimus. Quorū exemplū extat in Mosel. Auso. ut:

Nouoma uu - gum diui castra inclyta Constantini.

Ita enim ipse uersum hunc metior, ut sit Anapæstus, pro Spondæo à principio, propter duas breues syllabas, NOVO. Idq; tantisper dum certius aliquod exemplū harum uocum inuenero. Neque enim ignoro in multis alijs huius generis peregrinis, eandem uocalem ante G, corri-

corripi, ut sunt, Aruiragus, Vesagus, & similia, de quibus mox infrà sequetur, sed ego suprà in primis syllabis rationem, quæ me mouet, exposui.

Excipiuntur Acragas, propr. montis. Virg. li. 3. Æn.

Arduus inde Acra -uu gas ostentat maxima lõge
Mœnia &c.

Astyages, auus Cyri. Ouidius 5. Metamorph.

Quem ratus Astya -uu ges etiã nunc uiuere longo
Ense ferit &c.

Attagen, auis ionica. Martialis in Xenijs:

Inter sapores fertur alitum primus
Ionica u-u- rũ gustus At --u- tagenarũ u--u

Scazõtes sunt, in quibus necesse est penultimo loco iambum esse. Sic & Horatius in Epodis Carm. 2.

Non Attagen --u- Ionicus u-u- &c.

Lalage proprium, quod tamen ex deriuatione quoque cognosci poterat, Martialis libro 2.

Desine iam Lala -uu ge tristes ornare capillos.

Pelagus, quod notum est, & ad Analogica quoque pertinet, & quæ inde fiunt, ut, Pelagius proprium, Pelagius, a, um &c.

Pantagias, fluuij nomen. Virgilius 3. Æneid.

Pantagi -uu æ, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacentẽ.

Paphlagon, Paphlagonia &c. Huius exempla suprà in primis syllabis habes.

Massageta, Thyrsageta, quæ composita uidentur, ex Massa, Thyrsa & Geta, eoq; etiam ex compositorum re-

gula iudicari poterant. Sed tamen exempla eorum inter Analoga in ES, *citata inuenies.*

Addit autem *Despauterius etiam Cartilago, authores ut ipse allegat,* Calepinum *&* Ebelium *secutus, quibus tamen ipse, propter cæterorum in Go, analogiam, accedere non possum, nisi exemplum aliquod idoneum ac certum uideam.*

Addit *&* Abdenago *peregrinum, atque Syriacum nomen.* Sulpitij *in hoc authoritatem secutus. Sed ego in hoc & similibus, quorum* Etymologia, *ac deriuatio obscura est,* Prisciani *regulam, ualere puto, ut pro commodo scribentis ponantur, dum tamen non nimis ab analogia recedatur.*

Præter hæc notentur & illa, quæ à uerbis, secundi indefiniti temporis, formantur, ut sunt, Hypallage, Enallage, *& similia.*

Item composita, ut Onager, Ocager, Meleager, Podagra, Chiragra, Mandragora, *ut apud* Columellam *libro* 10.

Quamuis semihominis uæsano gramine fœta

Mandrago – *u u ræ pariat flores, mœstamq; cicutã.*

Mandragoras *proprium apud* Martialem. Hermagoras, Pythagoras, Anaxagoras, *& similia.*

Et quæ à uerbis, ἄγω, *&* φάγω, *ueniunt, ut,* Pamphagus, Buphagus, Anthropophagus, Ichthyophagus, Demagogus, Pædagogus, Isagoge, Paragoge, Apage, Apage te, *&c. Postremò, & alia pleraq; in* AGVS

secun

ſecundæ declinationis propria, ut Lucagus, Vertagus, Harpagus, (quod tamen et ipſum ex deriuatione quoq; notũ eſt, à quo Harpagides, Aruiragus, apud Iuue. ſaty. 4. Veſagus apud Siliũ, & id genus alia, quorũ omnium exempla & analogias, partim libro ſecundo, partim etiam paulò ſuprà in primis ſyllabis perſecuti ſumus.

A, ante L.

A, ante L, in medijs ſyllabis corripitur, ut, Italus, Tantalus, Dædalus, Cephalus, Chryſalus proprium, apud Plautum in Bacchidib. ut:

Haud dormitandum eſt, opus eſt χρύσῳ Chryſalo –uu. Senarius eſt.

Pardalis, ut apud Homeruum Iliados φ.

ἠΰτε πάρδαλις – uu ἐισι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο.

Et quæ his ſimilia ſunt.

De Græcis in Αλεός, *et Aliũ, ut ſunt,* Αργαλέος, Κερδαλέος, *Sandalium, Coralium & c. lib. 2. dictum eſt.*

Excipiuntur, Cephalenes, Cephalenia, inſulæ nomen, de quo Strabo libro 9. Quãquam hoc nomen natura magis, quàm ἐκτάσει *producitur apud Homerum, cuius exemplum cæteri ſecuti ſunt, ut Iliados 2.*

Αυτὰρ ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλῆ –– νας μεγαθύμους. *Et Silius libro 15.*

Saxa Cephale –– num & ſcopuloſis Neriton aruis. Proinde & duplice ll, à quibuſdam ſcribi uideas, ut apud ipſum Strabonem, quemadmodum nunc uulgo habetur. Nam Cephalus utiq;, primitiuum eius.

à quo dictam banc Insulam idem author tradit, uocalem eam breuem habet. Vt apud Ouid. 7. Metamorph.

Agnouere tamen Cepha -- lum, dextrasq; dedere runt. Et rursum:

Imò ita sit Cepha - uu lus, crescat tua ciuibus opto
Vrbs ait &c.

Ialysus, oppidum Rhodi insulæ, à quo Ialysius, a, um. Idem eodem libro:

Phœbeumq; Rhodon & Ialysi - uu os Telchinas.

Apud Homerum etiam per η, in secunda scribitur, ut Iliados 2.

Λίνδον Ἰήλυσ -- σόν τε καὶ ἀργινόεντα κάμειρον. Vt ex eo appareat etiam in hac uoce, ad productionem eius syllabæ figuram magis, quàm naturam ualuisse, perinde ut & tertia syllaba in eodem exemplo positione extenta est.

Messala, uiri proprium, à quo Messalinus, a, um. Ouidius 1. de Ponto:

Littera pro uerbis tibi Messa -- line salutem.

Et Persius satyra 2.

Non poßit magni Messalæ -- lippa propago.

Omphale, regna Lydiæ, ab Hercule amata. Exemplum habes suprà circa Analoga in LVS.

Omphalus autem appellatiuum ad regulam pertinet. Vt in Epigrammate illo quod à Suida citatur.

Ζηνί τόδ᾽ ὀμφάλ - υυ ον σύκεος τρύφος,
ὁ ἐπι λαιδὴ.

Εχει

Ἔχεν ἀριστεύων ἄνθεος Νικαγόρας &c. Latinum exemplum etiam apud Ausoniū alicubi inuenies. Pharsalus, Stymphalus, Sardanapalus, & Ceramalus, proprium, quo Sidonius usus est. Horum exempla libro 2. habes, de Analogis in LVS.

Et præterea omnia deriuata in LIS, & LE, ut, Animalis, Aqualis, Matalis, Æqualis, Focale, quo fasciam qua fauces præligantur, & item ferrum, quo crines crispātur, significatur, cuius exemplum in primis syllabis reperies, circa ea quæ O, ante C, habent. De reliquis autem, uide libro secundo.

His adde & Canalis, & Sodalis, & Punica illa, Magalia, & Mapalia, quæ itidem A, ante L, longum habent, ut 3. Georg.

Currentem ilignis potare canalibus –uu undam.

Et apud Martialem:

Nulli te facias – – – u nimis u–u– sodalem u–u, ut supra. Item Æneidos quarto:

Vt primum alatis tetigit Magalia –uu plantis.

Et Georg. 3.

Prosequar, & raris habitata Mapalia tectis &c. Annumerat his Despauterius & Absalon proprium, ex sententia Nestoris, & Ascalon, quod et Ascalonium dicitur, ex Sulpitij authoritate. Sed quia exempla non habemus, licet idē in his, quod in cæteris proprijs sequamur. Nisi quod, quantū ad posterius attinet, analogiæ propium est, ut breui A, ponatur. Nam ut Stephanus ait,

Ascalon, ab Ascalo quodam, fratre Tantali, filio Himenæi, condita atque appellata fuit. Quæ igitur quantitas, ac ratio est, τοῦ Tantali, eadem etiam, τοῦ Ascali, atque exinde τοῦ Ascalonis, siue Ascalonij, ex deriuatione erit.

A, ante M.

A, in medijs syllabis ante M, corripitur, ut, Calamus, Thalamus, Pyramus, Pyramis, Salamis & cæte. Virgilius 8. Æneidos:

Laomedontiadem Pria-vv mum Sala-vv mina petentem. *Pyrami & Pyramidis exempla, suprà habes in primis syllabis. Cætera nota sunt.*

Excipiuntur, Dictamus, Dictamū. Virg. 12. Æneid.

Dicta -- mum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Quod tamen sunt, qui Dictamnum potius per Mn, scribendum putant, idq; etiam Marcellus, qui in Dioscoridem annotauit, approbat.

Contamino, & siquod aliud eiusdem compositionis est. Martialis libro 1. ad Fidentinum:

Sic interpositu uilis contaminat -vv uncto.

Vrbica lingonicus Tyrianthina burdocucullus etc:

Et quæ in AMEN, *et* AMENTVM, *desinunt, ut, Examen, Solamen, Leuamen, Saliamentum, Fūdamentum, Iuramentum, Sacramentum, & similia de quibus superiori libro dictum est.*

Philammon proprium, quod Despauterius addit, per duplex Mm, scribitur.

Et Thymiama, ad uerbalia pertinet, non enim à Thymo est, ut ipse ex Sulpitij opinione sentire uidetur. Barbara quoq;, ut sunt Adamus, Abrahamus, & similia produci solent. Sed de his quoq; libro 2. diximus.

A, ante N.

A, in medijs syllabis ante N, corripitur, ut Galbanum, Lasanum, Laganum, Popanum, Balanus, Myrobalanus, & similia. Martialis.

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus.
Hoc ex unguento constat, & ex Bala – uu no.

Horatius lib. 3. Carm. Ode 29.

Pressa tu – uu is Bala – uu nus capillis. Dactylicum Logaœdicum est. Iuuenalis.

Scilicet & tenui popa – uu no corruptus Osiris.

Horatius lib. 1. Serm. Saty. 6.

Ad porri & ciceris refero Laga – uu niq; catinum.

Et rursum eadem satyra.

Te pueri Lasa – uu num portantes, Oenophorumq;.

Galbani exemplum suprà habes circa dictionem, Scutum in primis syllabis, V, ante T

Excipiuntur primo, omnia deriuata in Anus, Anius, & Aneus, ut Phasianus, Virgilianus, Titanius, Extraneus, & similia, de quibus suprà diximus, lib. 2. Quorum exemplum & Araneus, & Aranea sequuntur, siue ea inter primitiua, siue inter deriuata recensenda sunt. Ouidius sexto Metam.

Stamen & antiquas exercet aranea – uu telas &c.

Et Sathanas, ut quidem Despauterio placet. Nam et hoc inter deriuata idem recenseri uult, à Sathan, uidelicet, deductum. Sed tamen exempla desideramur.

Præterea, quæ in Anis, exeunt, ut immanis, manis, &c. Virgilius decimo Æneid.

Exanimum, rapiens immania –uu– pondera balthei &c. Persius satyra prima.

O curas hominum, ó quantum est in rebus inane –u.

Et propria pleraq́;, quæ in Anor, uel in Anus, aut Anius exeunt, nisi eadem ex deriuatione A, breue secum trahant, ut Alcanor, Bianor, Nicanor &c. quorum exempla suprà habes libro secundo.

Numanus, Vomanus, Bolanus, quæ paßim apud Silium reperies, Garganus. Lucanus libro quinto.

Appulus Adriacas exit Garganus in undas &c.

Toranius, Veianius, Meuania, Lecania, apud Horatiū. Laletania, apud Martialem libro primo, ut

Apricas repetes Tarraconis littora,

Tuamq́; La u– u– letaniam – –uu. Iambica sunt. Sic & Theano, apud Virgilium libro decimo.

Vna quem nocte Theano ––

In lucem genitori Amyco dedit &c.

Item gentilia eiusdem formæ, ut sunt: Hispanus, Germanus, Alanus, Alemanus, & similia, quorum exempla habes item libro secundo.

Notato tamen inter hæc, Marcomanus, quod à Statio libro tertio Syluarum, A, ante N, breui ponitur, exemplum

plum uide eodem loco. Et Hebromanus, quod Ausonius A, breui posuit, ad Paulinum epistol. 3. ut

Hebroma – uu ni iã tecta subit, iam prædia fratris.

Tolluntur tamen hinc, Ascanius, fluuij proprium, & filij Æneæ, ut Æneid. 1.

Omnis in Ascani – uu o chari stat cura parentis.

Cyane, fontis nomen, de quo in regula uocaliũ diximus.
Capaneus, proprium, ut Thebaid. 4.

Quattuor indomitis Capa – uu neus erepta iuuencis
Terga &c.

Catane, oppidum Siciliæ, quod & Catina scribitur, cuius exemplum suprà habes in uoce Syracusæ &c.
Ceranus, proprium, cuius exemplum habes lib. 2. inter ea, quæ in Nus, exeunt.
Caranus, proprium regis Macedonum. Ausonius ad Paulinum.

Et Cara – uu num pellæa dedit qui nomina regum.

Duranus, loci nomen, apud eun lem in Mosella.

Concedet gelido Dura – uu ni de monte uolutus.

Euganeus, Cyaneus, & quæ his similia sunt.
Virgilius libro septimo.

Eugane – uu o (si uera fides memorantibus) augur.
Colle sedens &c. Cyanei exẽpla uide in uocaliũ regula. Ecbatana, loci nomen, cuius exemplum libro secundo citauimus, ex Aristoph circa ea, quæ in Na, exeunt. Libanus, montis nomen, cuius exẽplũ eodem libro habes, circa ea, quæ in Nus, terminantur.

Illibanus

nes,Theophanes &c. Tisimanes,Astyanax,Pausanias, Lysanias,& simila. De quibus in primis syllabis mentio facta est. Item quae in Danus exeunt,ut Apidanus,Eridanus,Dardanus,Iordanis & similia.

Ad quorum formam quaedam,ut Iordanis,fluuij nomē, ponere malunt,quanquam Prudentius,Iuuencus,& Sedulius A, longa idem nomen plerumq; posuerint,ut libro secundo ostendimus.

Et quae ex appellatiuis propria fiunt, aut aliàs ex deriuatione A,breue habent,ut sunt pleraq;, quae à uerbis descendunt,ut Drepanum, Tympanum,Litanus,serui nomen,apud Plautum.Stephanus,Vranus, à quo Vranie,& id genus alia. De quibus superiore quoq; libro, mentionem fecimus. Virgilius 3. Æneid.

Hinc Drepa – uu ni me portus,& illetabilis ora.

Et in Georgicis.

Hinc radijs triuere rotis,hinc tympana – uu plaustris.

Plaut. in Asina. Omnes paren – – u tes Litane li – uu, u – beris suis. Et ibidem.

Modo pol perce uu – , – – pi Litane,quid i uu, u – rum sit loci. Stephani exemplum habes libro 2. de Analogis in Nus. Vrani autem paßim apud poëtas Graecos ut Iliados primo.

Ηερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανον – υυ οὔλυμπόν τε. *Quibus addit Despauterius,& Arare,& Abana, fluuij nomen,& Conchani,populi nomen,ut uidetur. Quae quoniam rara adeò,atq; inusitata sunt, neq; ipse*

illos

illorum exempla ulla subijcit, ego quoq; non ita anxie de illis laborandum mihi esse putaui. Ananias autem, et Bethania, quæ ab eodem annumerantur, apud Aratorem alterum, alterum apud Sedulium ponuntur.

Arator libro primo.

Exemplum dedit alma fides, Ana – vv nia furorem
Excutit &c. Sedulius lib. 3.
Bethan – vv æq; solum repetens, intrarat, ibiq;.

Eodemq; pacto etiam Cananæus, ab eodem poëta positum legitur, ut eodem lib. Quam spiritus atrox
Vexabat stimulis, mulier Cana – vv næa rogabat.

Quibus fortaßis etiam alia complura similia reperies, quæ tamen ad regulam magis, quam ad exceptionem referenda erunt.

Pelicanus aũt, quod idem Despauterius superioribus addit, Sulpitij sententiam in hoc secutus, ego producendum magis puto. Est enim à Pelican, cuius genitiuus Pelicanos, factum, perinde ut Titanus, à Titan, Acarnanus, ab Acarnan, & similia, quæ omnia A, longum, ante N, habent. Sed tamen si quis idoneo exemplo diuersum probarit, lubens concedam. Mentio auis huius fit apud Aristophanem in Auib. & apud Aristotel. lib. 8. de Animalib. Scribitur Græcè πελεκάν, & πελεκᾶς Atticè, à quo genitiuus est πελεκάντος, & datiuus πελεκάντι, quo Aristophanes usus est. Gaza platean uertit, Cicero plataleã uocat lib. 2. de Nat. Deor.

A, ante P.

A, ante

A, ante P, in medio dictionis, corripitur, ut Iapetus Menapij, Gargaphie &c. Martial. in Xen.

De Mena - uu pis, lauti de petasone uorent.

Ouidius tertio Metam.

Nomine Gargaphi - uu e succincta cura Dianæ.

Excipiuntur: Anapus. Ouidius secundo de Ponto.

Quaq; suis Cyanen miscet Anapus a - uu quis.

Cynapes fluuij nomen. Idem 4. de Ponto.

Partheniusq; rapax, & uoluens saxa Cynapes - -.

Iapis, Iapidis, apud Virgilium Æneid. 11. Et item lib. tertio Georgicorum.

Castella in tumulis, & Iapidis - uu arua Timaui.

Iapyx, ygis, & Iapygia. Ouidius 15. Metam.

Thurinosque sinus, Temesen, & Iapygis arua.

Et rursum eodem libro:

Linquit Iapygi - uu am, leuibusq; Amphrysia remis Saxa fugit &c. Sic & cum pro uento ponitur.

Iapetides, de quo libro secundo de Deriuatis uide. Iapetus autem, Promethei patris nomen, A, breue habet, ut.

Quā satus Iape - uu to mixtā fluuialib. undis, Ouid. Metam. 1. Mesapus. Virgilius.

At Mesapus e - uu quum domitor, Neptunia proles. Ab hoc Mesapia, Apulia aliquando dicta fuit.

Priapus, quod notum est.

Serapis, & quod inde deriuatur, Serapion, proprium. Martialis libro nono.

Non illum mille Catastæ

Vince

Vincebant, nec quæ turba Serapin a – uu mat.

Capella tamen etiam correpta penultima, idem nomen posuit, ut libro secundo, hoc uersu.

Te Sera – uu pin Nilus, Memphis ueneratur Osirin.

Sed huius authoritas tanta non est, ut uetustiorum exem plis opponi debeat.

Sinapi. Columella libro decimo.

Seq; lacessenti fletum fictura sinapis – uu.

His addunt, Calepinus quidē, Isapis fluuij nomen, quod alij Isaps, nominatiuo casu dicūt, cuius mentio fit apud Strabonem libro quinto. Sed tamen absq; exemplo. Despauterius autem et Caiaphas, pro Caiphas, quo quosdam usos ait, tametsi neq; ipse exemplum addat. Neapolis autem, ad composita pertinet, secundamq; ex regula producit, quoniam integram partem priorem compositi habet, perinde ut & Timagenes & similia. Martialis libro quinto.

Et quos docta – – – u Neapolis u – u – creauit.

Et Statius libro 4. syluarum, ad Iul. Menecr.

Nec solum festas secreta Neapolis – uu aras
Ambiat &c.

Ponitur autem & prosapia eo modo apud Plautum, ut possis iure dicere A, longa positum uideri, ut in Curculione.

De coelitū – – u – prosapia – – u – te esse arbitror.

Est enim Senarius Iambicus. Sed quia nemo alius huius meminit, neq; ego anxiè pro eo contendam.

A, ante

A, ante Q.

A, in medio dictionis ante Q, corripitur, ut Tanaquil. Iuuenalis satyra sexta.

Antè tamen de te Tana – ◡ ◡ quil tua, quando sororem Efferat &c.

Composita per se nota sunt, ut quâq; , utrâq; , nequâquam, & similia.

A, ante R.

A, ante R, in medijs syllabis corripitur, ut Barbarus, Tartarus, Hilaris, Supparum, & similia. Lucan.

Suppara – ◡ ◡ nudatos cingunt angusta lacertos.

Sic & propria pleraq; huius formæ, tam Græca, quàm peregrina, ut Tenarus, Icarus, Pindarus, Pandarus, Aesarus, Silarus, fluuij nomen, apud Silium. Ismarus, Deiotarus, Viridomarus &c. De quibus libro secundo inter Analoga in Rus, diximus.

Et composita à χαρὰ, uel χάρις, ut Demochares, Timochares &c. de quibus in primis syllabis.

Excipiuntur primo, Amaracus, à quo Amaricinus, a, um. Virgilius primo Æneid.

Dea tollit in altos
Idalæ lucos ubi mollis Amaracus – ◡ ◡ illum
Floribus & dulci &c.

Auaricus. Silius libro quinto.

Terga dabat leuibus diffisus Auaricus – ◡ ◡ armis.

Caphareus. Virgilius undecimo Æneid.

Sidus, & Euboïcæ cautes, ultorq; Caphareus – –.

Longarenus, proprium, apud Horatium satyra 2. ut

Exclusus fore, cum Longare -- nus foret intus.

Margarita, sic enim & Erasmus alibi usus est, ut hoc Iambico Dimetro puro.

Placet pudo υ-υ- re Margari υ-υ- ta lacteo υ-υ-

Et analogia quoq; suadet. Proinde nec Prudentium imitandum censeo, neq; Aratorem, quorum alter in Psychomachia dixit:

Margari - υυ tum ingens, opibusq; & uirib. arte

Adductis &c. Alter autem lib. 2.

In margari -- tas uertant contagia porci.

Tiara, uel Tiaras. Virgilius 7. Æneid.

Hoc priami gestamen erat, cum iura uocatis

More daret populis, sceptrumq; sacerq; Tiaras --.

Excipiuntur & deriuata in Aris, & Are, ut sunt, molaris, Apollinaris, cochleare, altare, & similia. Quorum rationem et Baleares, insulæ nomen, sequitur, à quo Balearicus, a, um, & Balearis, re. Virgilius primo Georgicorum.

Stupea torquentem Balearis -- uerbera fundæ.

Item pleraque adiectiua, secundæ declinationis Latina in Arus, ut amarus, auarus &c. Quorum, ut & superiorum in Aris, exempla libro secundo de Analogis aliquot citauimus.

Postremo, & quæ in Arius, a, um, desinunt, deriuata Latina, ut Denarius, Aquarius, Causarius, Stlataria,

Panarium, Mortarium, & similia, quorum exempla et notiones eodem libro suprà tractauimus.

His similia sunt, Pinarius, ut Æneid. 8.

Et domus Herculei custos Pinaria -∪∪ sacri.

Et Phalarica, ut apud eundem libro nono,

Sed magnum stridens contorta Phalarica -∪∪ uenit. Quorum exemplo & Hilarion, apud Sidoniũ A, longa positum est, in Eucharistico, quem uersum suprà citatum habes, circa regulam uocalium. Sed tamen utrum hoc rectè ab illo factum, an secus, ipse uiderit. Hilaris certè, et hilarus, à quo deriuatum illud uidetur, A, breue habent. Iuuenalis satyra duodecima,

Pensa manu ducunt hila -∪∪ res, & staminis albi.

Angaria quoq;, inquit Despauterius, ex Christianis esse, qui produxerint, quod tamen quia peregrinum est, ut Suidas indicat (significat autẽ Persica lingua ἄγγαρος, seruum, siue operarium) puto non multum in eo positum esse. Quanquam ipse ad Græcam analogiam referre mallem, ut Angarus diceretur, quemadmodum Ismarus, Tyndarus, Tartarus, & similia.

Addit idem & Zodoara, ex Sulpitij traditione, quod tamen puto Zoara scribendum esse, quo nomine Persica quædam ciuitas, & item pagus quidam Palestinæ, appellatur, ut Stephanus author est. Sed exemplum tamen desideratur.

A, ante S.

A, ante S, in medijs syllabis corripitur, ut Parrhasi-

us, Parrhasia, Iasius, Iasides, Gymnasium, Gymnasiae. Gelasius, Gelasinus, & quae alia à uerbis in εζω, ueniunt. Ouidius secundo Metam.

Parrhasis –uu erubuit, cunctae uelamina ponunt.

Virgilius quinto Æneid.

Iasi –uu de Palinure &c. Et Æneid. 12.

Iasi –uu des acri quondam cui captus amore &c.

Martialis libro tertio.

Gymnasi –uu um thermae, stadiũ est hac parte, recede. Lucanus lib. 7. Graijs delecta iuuentus

Gymnasi –uu is aderit &c. Gelasini exemplum suprà aliquoties habes.

Sic & Ocbasus, proprium, apud Valer. lib. 6. Oribasus canis nomen, apud Ouidium. Oribasius, Protasius, & caetera composita à uerbalibus A, breue habentibus, de quibus libro secundo dictum est.

Excipiuntur Agaso, Persius satyr. 5.

Vertigo facit, hic Dama est, non Tresis agaso ––.

Amasis, proprium regis Aegypti. Lucan. lib. 1.

Non mihi Pyramidum tumulis euulsus Amasis –u.

ason. Ouid. 7. Metam.

Pelle morã tibi se semper debebit Iason ––.

Quo exemplo Mantuanus etiam Naason posuit, regis Israëlitici nomen, ut

Eromusq; Aram genuit, Salmona Naason ––.

Omasum. Horat. Epist. 16.

Patinas coenabat omasi

vitis & agnini &c.

Parnasus, quod Stephanus & Suidas duplice ß, scribunt, apud Strabonem autem simplice, legitur. Ouidius primo Metam.

Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parna -- sus &c.

Et propria quædam in Asius, & Asia, ut Viridasius, Pascasius, Caprasius &c. Item Colocasia, herbæ nomen, quorum exempla suprà lib. 1. recensuimus. Quibus Despauterius addit et Albumasar, nullo tamen exemplo, quod quia Barbarum est, suæ linguæ relinquamus. De Oribasius, Protasius, & similibus suprà dictum est.

A, ante T.

A, in medijs syllabis ante T, corripitur, ut Cyathus, Calatus, Barathrum, Marathum (Sic enim & apud Nicandrum scribi uideo, tametsi uulgò μάραθρον, cū ρ ω̃ scriptum, etiam Dioscoridis exempla habeant) Emathij Nabatæi, & similia. Ouid. 1. Metam.

Eurus ad auroram Naba - υυ tæáq; regna recessit.

Lucanus libro sexto.

Emathis - υυ æquorei regnū Pharsalus Achilli.

Ouidius, seu quisquis fuit, de medicamine faciei.

Profuit & Mara - υυ thos bene olentibus addere myrrhis. Reliqua non ita obscura, aut ignota sunt, ut longa probatione opus habeant.

Huc pertinent & gentilia illa, Dalmata, Galata, Sarmata, Sauromata, & si qua alia eius formæ sunt, dum apertè deriuata non sint. Lucan. lib. 5.

Dalmati –υυ co Boreæ, Calabroq; obnoxius Austro &c. Reliquorum exempla habes lib. 2.

Excipiuntur: Aratus, propr. Germanicus in Arato.

A Ioue principium magnus deduxit Aratus –υ.

Tametsi ex deriuatione quoq; notum uideri poterat. Ceratus, fluuij nomen, cuius exemplum suprà in primis syllabis inuenies, circa ea, quæ habent E, ante R. Cicatrix, quod positione quoq; producitur, sed negant correptum inueniri. Ouidius primo de Ponto.

Tempore ducetur longo fortasse cicatrix –– &c.

Fabrateria, loci nomen, apud Iuuenalem satyra 3.

Aut Fabrateri –υυ æ domus, aut Frusinone paratur &c. Grabatus. Virgilius in Moreto.

Membra leuat sensim, uili demissa grabato.

Et Martialis libro secundo.

Ibat tripes ––υ– grabatus, & υ–υ– bipes mensa υ––υ. Scazon est.

Palatum. Ouid. 12. Metam.

Acta retro naris, medioq; est fixa palato. –– &c.

Reate, oppidum Vmbriæ. Silius lib. 8.

Magnæ Reate di –υυ catum
Cœlicolûm matri &c.

Tiphata, mons prope Capuam. Idem lib. 12.

Arduus ipse

Tipha -- ta inuadit propior &c. ut suprà.

Theatrum, quod ex deriuatione A, longum habere uidetur, est enim à θεᾶσθαι. Exemplũ habes Horatij suprà lib. 2. & hoc Aristoph. in Nubib.

ὦ σοφώτατοι -υ-υ τοὶ θεαταὶ -υ-- δεῦρο τὸν νοῦν προσέχετε. Tetramet. Catalect. Trochaicus est. Sic cætera, quæ ab eodem uerbo ueniunt.

Et ueratrum, cuius exemplum itidem suprà ex Persio allegauimus, quod quanquam positione produci uideatur, exemplum tamen correptionis certum, nusquam etiam inuentum est.

Excipiuntur etiam deriuata in Atus, a, um, ut Senatus, Magistratus, Pilatus, tunicatus, togata, palliata, lupatum foliatum &c. Et quæ in Atius, & Aticus, a, um, desinunt, ut Horatius, Curiatius, Bullatius, Trebatius, Pedatia, siue Pedacia, Collatia, Egnatia, Solatium, Palatiũ &c. Aquaticus, Lunaticus, Lymphaticus, Fanaticus, Viaticus, & similia.

Præterea, quæ in Atilis, Ator, & Atim, terminantur, ut Fluuiatilis, Ferratilis, Saxatilis, Amator, arator, aleator, uicatim, generatim, articulatim, ut apud Lucretiũ libro quarto.

Plane exaudiri, discerniq; articulatim -υ &c.

Et quæ his similia sunt.

Postremo etiam propria in Ates, ut Achates, Teutates, Niphates, Tiridates, Ægates, &c. Item gentilia pleraq; in Tes, ut Spartiates, Crotoniates, & quæ formam

borum imitantur, peregrina, ut Tolosates, Vasates, & similia. Quorum omnium exempla libro secundo sub sua unumquodq; terminatione inuenies.

Notantur tamē ex his quædam, ut Zalates, Pelates, propria, & Galata, Sarmata, Dalmata, quæ gentilia sunt, quorum item exempla suprà posita habes.

Composita, ut Antiphates, à φατός, Pherecrates, Aristocrates, Isocrates, à κράτος. Sostratus, Herostratus, à στράτος, & similia, ex primis syllabis nota sunt.

Cæterum excipit hoc loco Despauterius & Lapathes, quod ipse uariari dicit, secutus Calepinum, qui apud Serenum legerat Lapathis, pro Palladis, ut suprà indicauimus, & Alexandrum quendam, qui mediam huius nominis longam posuerat. Sed ego Lapathes, corruptè, pro Lapathos scriptum accipio, mediāq; exemplo Columellæ corripio, apud quem in Horto ita legitur:

Lubrica tum Lapa – ∪∪ thos, tum Thamni sponte uirescunt. Herbæ nomen est, quæ à Latinis ferè Rumex appellatur.

A, ante V, consonantem.

A, ante V, consonantē in medio dictionis producitur, ut Octauus, et quæ inde uenīūt, Timauus &c. Lu. li. 4.

Noluit Illyricæ custos Octauius – ∪∪ undæ. Vi. 1. Aen.

Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui – –.

Excipiuntur, Patauium, urbis nomen, quam Antenor condidisse traditur. Virgilius primo Æneid.

Hic tamen ille urbem Pata – ∪∪ ui, sedesq; locauit.

Batauus, & Batauia regio, quæ uariantur. Luca. lib. 1.

Vangiones Bata – υυ uiq; truces &c. Martialis:

Et mutat Latias spuma Bataua co – υυ mas.

Sed de his quoq; inter analoga mentionem fecimus.

E, in medijs syllabis ante B.

E, in medijs syllabis ante B, corripitur, ut, Cerebrũ, Terebra, Vertebra, Muliebris, Fœnebris, Funebris, & similia. Horum exempla habes libro secundo, de ijs quæ in BRIS, uel BRVM, desinunt.

Nota quæ ex longis fiunt, ut Ephebus, aut quæ aliàs ex deriuatione E, longũ habent, ut, Delebilis, et similia.

Et quæ diphthongo scribuntur, ut, Perrhœbe, Thessaliæ oppidum, à quo Perrhœbus, a, um, Amœbus, & Amœbæum, quæ ab ἀμοίβω ueniunt, Corœbus proprium, sponsi Cassandræ apud Virgilium 2. Æneidos, & si qua alia his similia.

Alebas autem, quod Despauterius excipit, & quod uulgo apud Ouidium in Ibin legitur, apud Græcos ubique, quod sciam, Ἀλεύας per V, scribitur, ut apud Suidam & Theocritum in Gratijs

E, ante C.

E, in medijs syllabis ante C, producitur, ut, Verecundus, Imbecillis, de quo suprà in primis syllabis, diximus, & similia. Martialis libro 8.

Disce uerecun – – do sanctius ore loqui.

Sic & diminutiua quædam Græca, ut, Pithecium, Myrothecium, Myrmeciũ, & similia, de quibus li. 2. dictũ.

Et quæ diphthongo scribuntur, ut, Gynæceum, Piræchmes, Chamæcissus, et quæ alia à χάμαι ueniunt composita. Itē quæ ab οἶκος ueniūt, ut, Monœcus, Menœcius, Parœcus, Parœcia, Diœcesis &c. Et quæ à σοῖχος nascuntur ut, Antistœchus, & id genus alia, quæ ex regula diphthongorum nota sunt.

Excipiuntur, Berecyntus, urbis Phrygiæ nomen, à quo Berecyntius, a, um, absq; aspiratione, ut quidem apud Suidam, Strabonem & Stephanum scriptum legitur. Persius satyra prima:

Claudere sic uersum didicit Bere -υυ cyntius Atys.

Seneca. Iuuenalis satyra 8.

Quis tam

Perditus, ut dubitet Sene -υυ cā præferre Neroni.

Et ad hoc exemplum etiam, Senecio, ponendum esse existimant, quoniam & ipsum à Senex deriuatum sit.

Suffecius. Catullus:

Tito & Suffe --υ ciosemi υ-υ- recocto.

Antispasticum Phalæcium est.

Telecoon, quod tamen ex compositione notum quoque est. Nam à τῆλε compositum uidetur. Exemplum habes apud Valerium Flaccum libro 3.

Sternit, & elatæ propius succedere dextræ

Teleco -υυ onta finit.

Sic & cætera huius formæ, quæ priorem compositi partem corruptam, in E, finiunt, ut sunt, Acersecomes, apud Iuuenalem satyra 6. ut:

Si ne-

Si nemo tribunal

Vẽdit Acerſeco – uu mes ſi nullũ in cõiuge crimẽ etc.

Pherecles, Pherecydes, Pherecrates, & ſimilia.

Addit Deſpauterius & Hebraicum Ezechias, quod ex recentioribus Mantuanum correpta E, ante C, poſuiſſe dicit, et Romechium, loci nomen, quod apud Ouidium 15. Metamo. uulgo legitur, pro quo ex commentatoribus quidam Rumentum ſcribendum cenſebat, uerbũ nihilo planius futurum quàm alterum illud. Verſus Ouidij eſt:

Romechiumq; legit, Caulonaq;, Naryciamq; &c.

E, ante D.

E, ante D, in medijs ſyllabis producitur, ut, Sarpedon, cuius exempla nota ſunt. Aëdon, cuius exemplum habes circa regulam uocalium. Chalcedon, Anthedon, urbium nomina. Fannius in Dionyſ.

Sunt Chalcedoni – u u i primi poſt hoſtia ponti.

Ouidius 13. Metamorph.

Nuper in Euboica uerſis Anthedone – uu membris

Glaucus adeſt &c. Caledon, ſyluæ nomen, ut uolunt Grammatici, in Britannis, quod uulgo quidam per I, Calidon ſcribunt. Lucanus libro 6.

Vnda Caledoni – uu os fallit turbata Britannos.

Et his ſimilia.

Sic & quæ in Edo, exeunt, deriuata, ut, Acredo, Dulcedo &c. Ouidius:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine – uu cunctos

Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et quæ in Edula, desinunt, superiorum, quasi quædam diminutiua, ut, Monedula, Acredula, cuius exemplum est in Philomela, ut:

Vere calente nouos componit Acredula -uu cantus. Et quæ his similia sunt.

Et ad hunc modum etiam propria illa Barbarorum, ut sunt, Rofredus, Ganfredus, & similia, poni solent, de quibus libro 2. diximus.

Excipiuntur, Empedocles, & si qua alia ab eodem nomine ἔμπεδος deducuntur. Horatius in arte:

Deus immortalis haberi
Dū cupit Empedo -uu cles, ardentē frigidus Ætnā
Insiluit &c.

Essedum. Silius:

Aut molli pacata celer trahit esseda -uu collo.

Et Martialis:

Turpes esse ---u da quod trahunt bisontes &c.

Lebedus, oppidi nomen. Horatius epistola 11.

Scis Lebe -uu dus quàm sit Gabijs desertior, atq;
Fidenis uicis &c.

Macedo. Claudia. de bello Getico:

Nubibus intactum Mace -uu do miratur Olympum. Et Silius libro 15.

Feruebat Mace -uu dûm subitis perculsa carinis.

Ouidius tamen 12. Metamorph. eandem syllabam in deriuato Macedonius, longam posuit, propter continuas breues, ut opinor, necessitate compulsus, ut:

Qui clypeo, gladioq́; Macedoni -vu aq́; sarissa
Conspicuus &c.

Peucedanum, herbæ nomen. Lucanus libro 9.

Peuceda -vu nūq́; sonat flammis, Erycinaq́; tapsus.

Remedium, quod notum est, & ex primitiui quantitate etiam manifestum.

Tenedos, insulæ nomen. Virglius 2. Æneidos:

Est in conspectu Tene - v v dos, notissima fama.

Vagedrusa, flumen Siciliæ. Silius libro 14.

Qui fontes Vage -vu drusa tuos, et pauperis aluei
Hypaten &c.

Et Velleda, uirg. fatidicæ nomen apud Bructeros, Germaniæ populum, cuius meminit Tacitus lib. 20. Statius libro primo syluarum, in Soteria Rutilij Galli:

Captiuæq́; preces Vele -vu dæ, et quæ maxima nuper
Gloria &c.

Quibus addūt Despauterius & Nebrissensis, etiam Vnedonis nomen, quia ex unum et Edo compositū uideatur.

Ficedula autem, auis nomen, uariatur. Iuuena. satyra 14.

Mergere ficedu -vu las didicit nebulone parente.

Martialis in Xenijs:

Cærea quæ patulo lucet Ficedula -vu lumbo,
Cum tibi fortè datur, si sapis, adde piper.

Quemadmodum & Zebedæus proprium, apud recentiores, cuius exempla habes circa regulam uocalium de medijs E, ante V.

Porrò retentur & composita, ut sunt, Alcimedon.

Thera

Theromedon, Cyromedon, Amphimedon, Automedon, Laomedon, Alcimede. Andromede et similia, quæ à μέδω ueniunt, Cathedra, quod ab ἕδρα uenit, Lacedæmon quod ex λάχος, & δαίμων compositum est, ut alibi indicauimus, & si qua sunt similia.

Ad quod genus & Melchisedech, referas licet, quod ipsum quoque Baptista E, breui ante D, posuit, ut:

Pectore sacrifici Melchise – υυ decis erat.

Sed de hoc & similibus, non ita anxie laborandum.

Democedes autem medici nomen, qui Darium, & uxorem Atossam, Cyri filiam, ut Suidas tradit, à morbis curauit, ex δῆμος, & κήδομαι, factum uidetur, eoq; penultimam, non ut Calepinus, & post eum Despauterius putabat, breuem habet, sed productam.

Quemadmodum & Diomedes, Lycomedes, & similia, quæ non à μέδω ueniunt, sed à μήδομαι, siue μῆδος, quod curam, & cogitationem, siue consilium significat.

Et quæ diphthongo scribuntur, ut, Cinædus, Cauædium, Verædus, ut quibusdam placet, (uideo enim & absque diphthongo scribi, idq; frequentius) à quo Veredarius, Huius exemplum habes suprà, in primis syllabis. Obædio, quod ipsum quoque absque diphthongo scriptum reperies, & quæ ab ᾠδὴ Græco ueniunt, ut, Comœdia, tragœdia, et quæ ab ὁδός, siue ὁδοῖ, ut, Hodœdocus, quo nomine uiarum obsessor significatur, ut Festus Pompeius docet, & similia. Quanquam de

bis

bis non attinebat sollicitum hoc loco esse, quando uel cō posita pleraque sunt, uel alioqui sub regulam cadunt.

E, ante F.

E, ante F, corripitur in medijs syllabis, si modo usquam reperitur. Nam *Elephas per Ph. rectius scribitur.* Est *enim* Græcum.

De *compositis autem. ut sunt,* Frigefacio, Calefacio, Madefacio, *& similibus libro secundo dictum est.* Vt *& de nomine* Venefica, *à quo* Veneficium *&c. cuius exemplum est in* Epistolis Ouidij, *ut:*

Barbara narratur uenisse uenefica -uu tecum.

E, ante G.

E, in medijs syllabis ante G, *corripitur, ut,* Elegus, Elegia *&c.* Horatius *in arte:*

Quis tamen exiguos Ele-uu gos emiserit author &c.

Excipe Cethegum. Iuuenalis *satyra* 2.

Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum -uu.

Et quæ ex longis componuntur, uel aliàs deriuantur, ut sunt, Naupegus, *à πήγνυμι,* Symplegas, *à πληγή,* Collega, *& quod inde fit.* Collegium, *à* Lego, *as, ut placet* Etymologicis. *Quanquam & horum exempla suprà citata, habes quædam libro secundo, quædam in primis syllabis. Ad quæ* Panegyris *pertinet, quòd ex πᾶν, & ἀγύρω, siue ut alij uolunt, ἄγυρις compositum.* A, *primitiui in* N, *mutat, & πανήγυρις Græce scribitur.* De *quo item suprà meminimus.*

M

Et Cynægirus proprium, eius qui in pugna Marathonia, nauem hostium solus retinuit, dum cæteri à tergo superuenirent, quod Græcè γυναίγειρος *cum diphthongo scribitur.*

E, ante L.

E, in medijs syllabis ante L, producitur, ut, Camelus, *quod Græce* κάμηλος *scribitur.* Horatius *libro 2. epist. 1.*

Diuersum confusa genus Panthera camelo —.

Phaselus, quod quidam per F, Faselus, quidam etiam duplici ll, Phasellus, scribunt. Virgilius Georg. 4.

Et circum pictis uehitur sua rura Phaselis —.

Sic & Phaselis loci nomen. Carmelus, mons.

Opelicus proprium, apud Martialem lib 12.

Famelicus, ut apud Iuuenalem satyra 14.

Nocte boues macri, lassóq; famelica –υυ collo
Armenta &c.

Contumelia, ut apud Horat. *in* Epodis. Ode 11.

Vnde expedire non amicorum queant
Libera –υυ cōsili–υυ a–, nec contume ––υ–
liæ graues υ–υ–. Metrum Archilochium est, *siue ut alij, uocant* Sapphicum, *ex* Penthemimere Dactylica, *et* Iambico Dimetro Acatalectico *compositum &c.* *Sic & propria in* ELIVS, *ut,* Cornelius, Aurelius, Cerelia *&c.* *Et deriuata in* ELA, *ut,* Querela, Candela, Medela, Suadela, Tutela, Luela, Sutela, *& quæ similis formæ Latina sunt.*

Et

Et quæ in LIS, *præcedente* E, *desinunt, ut, Fidelis, Crudelis, Patruelis, Carduelis &c. quorum omnium exempla suprà libro secundo citata inuenies.*

Item Græca quædã, ut quæ à μῆλον, uel μέλος, cũ per extensionem E, *longũ habet, deriuantur, ceu sunt Eumelus, Melimelum, Philomela, & id genus alia.*

Nam quæ diphthongum ante L, *habent, per se nota sunt, ut, Chamæleon, quod ipsum quoq; compositum est. Et quod ex Calepino addit Despaute. Mantæliũ, quod alij quidẽ, ut Perottus, sine diphthongo, Manteliũ scribũt, apud Plautũ autem, ut nunc habetur, etiam Mantellum, pro Mantelio, siue Mantælo, ut Calepino placet, qui illud ab hoc deducit, scriptum legitur, ut in Captiuis:*

Nec sycophãtijs, nec fucis ullũ mantellũ obui'est etc.

Quare dubitare quispiã posset, utrum à Mantile Mãtilium, & per mutationem uocalis, Mantelium, atq; exinde Mantellum factũ foret. Sed de eo non attinet hic disputare, quando non Etymologiam, sed Prosodiã tractamus.

Excipiuntur primo, Agelades, cuius exemplum paulò suprà habes, circa ea quæ A, *ante* D, *in medijs syllabis habent.*

Achelous. Virgilius 1. Georg.

Poculáq; inuentis Ache –υυ loia miscuit uuis.

Arelas & Arelates. Auson. ad Paulinum epistola 1.

Vtq; duplex Are –υυ las Alpinæ tecta Viennæ.

Narbonemq; pari spatio sibi conserit &c.

Ardelio. Martialis libro 2.

Vis dicam quid sis, magnus es Ardeli –uu o.
Auelis proprium, Barbari cuiusdam apud Ausonium ad Pont. Paulin. de regibus ex Trãquillo collectis: ut
Illibanũ, Numidumq; Aue –uu lim, Parthũq; Vononẽ.
Eleleus, Bacchi nomen, ab ululatu Bacchantium tractum. Ouidius 4. Metamorph.
Nictiliusq; Ele –uu leusq; pater &c. ut suprà.
Enceladus, gigantis nomen, quod ex compositione quoque notum est. Nam à κελαδεῖν, à quo & Celadontis nomen superius uenit, siue à κέλαδος potius, quod clamorem & tumultum significat, descendit. Virgilius 3. Æneidos:
Fama est Encela –uu di semiustum fulmine corpus.
Quanquam sunt qui Encheladum cum aspiratione scribant, ab ἔγχελυς fortasse, sed mihi superior etymologia magis placet.
Enchelıæ, loci nomen. Lucanus libro 3.
Encheli –uu æ uersi testantes funera Cadmi.
Ficeliæ, siue ut quidam legendum esse contendunt, Fregeliæ, apud Martialem, ut:
Incolis & ueteres tu quoq; Fice –uu lias,
Nyctelius, Bacchi cognomentum, à νυκτελός, siue à νυκτελεῖν potius, quod noctu peragere ac celebrare significat. Exemplũ suprà habes in Eleleus. Sunt qui Nyctylius scribũt, cuius scripturæ rationẽ ipse non uideo.
Penelope, quod & Penelopea à poëtis dicitur. Ouidius in Epistolis:

Hanc

Hanc tua Penelo – ∪ ∪ pe lēto tibi mittit Vlysse etc.
Quod tamē ex compositorum regula notum quoq; est. Fit enim à πῆνος, quod πηνόμενον siue πηνιζόμενον hoc est, texturā significat, πηνελὸς, ut à σῖφος, σιφαλὸς &c. ex quo & ὄψ, ὀπὸς, corrupta priore cōpositi parte, fit πηνελόπη, quasi quae semper texturam, siue texendi negociū prae se ferat. Quod ad fabulā pertinet, qua illa traditur, procos suos delusisse eo pacto, ut diceret tū demum se nupturam, cum telam inchoatam absoluisset. Eandem rationem & Penelops auis nomen, sequitur, uidetur enim ab eadem origine proficisci.
Pterelas. Ouidius 3. Metamorph.

Et pedibus Pte – ∪ ∪ relas, & naribus utilis aegre.

Vbi canis nomen nomen est, sed eadem ratio huius est, etiam cum uiri nomen est.
Sepelio uerbum. Ouidius in epistol. Hyperm.

Et sepe – ∪ ∪ li lacbrymis perfusa fidelibus ossa

Vindelicus. Martialis libro 9. ad Norbanum:

Me tibi Vindeli – ∪ ∪ cis raptum narrabat in oris.

II. Excipiuntur Graeca pleraq; in LVS, uel LE, desinentia, trisyllaba, ut sunt.
Angelus, & quae inde ueniunt, Archangelus, Euangelus, Euangelium &c. quae nota sunt.
Ampelus, et quae inde fiunt, ut, Ampelius, Ampelinus, Xerampelinus &c. Ouidius 3 Fastor.

Ampelon – ∪ ∪ intonsum, satyro, nymphaq; creatū.

Cybelus, Cybele, & quae inde nascuntur. Martialis:

Hinc uiduæ Cybe – ∪∪ les illinc sacraria Vestæ etc.

Nam quoties idē nomen E, longa ponitur, per ἔκτασιν producitur, quod in his syllabis, in quibus uocalem breuem, liquida L, uel R, sequitur, familiariter fieri solet. De qua re libro secundo nonnihil diximus.

Cypselus, Corinthi rex, à quo Cypselidæ. Vir. in Ciri.

Cypseli – ∪∪ dæ magni, florentia regna Corinthi.

Præterit &c.

Icelus, apud Ouidium libro 11. Metamorph. cuius exempla suprà habes in primis syllabis.

Menelus, canis nomen, apud eundem 3. Metamorph. ut:

Harpalus et Mene – ∪∪ lus, hirsutaq; corpore Lachne.

Nephele, et quæ inde fiunt, Nepheleius, Nepheleas &c. Lucanus libro 9.

Qua pelago nomen Nephe – ∪∪ leias abstulit Helle.

Obelus, à quo Obeliscus, ut in carmine de Rosis, quod inter Virgiliana circumfertur, à quibusdam autem Ausonio ascribitur.

Hæc aperit primi fastigia celsa Obe – ∪∪ lisci.

Semele, Semeleius &c. Ouidius 3. Metamorph.

Limen adit Seme – ∪∪ les, nec nubes ante remouit &c. Et sexto Fastorum Idem:

Lucus erat, dubium, Seme – ∪∪ le Stime – ∪∪ lē ne uocetur &c.

Stimele, ut in proximo exemplo.

Sthenelus. Virgilius 10. Æneidos:

Hinc Sthene – ∪∪ lū petit et Rhœti de gente uetusta

Anche

Anchemolum &c. Stiphelus, centauri nomen, apud Ouidium 12. Metamorph. ut:

Quinque neci Cæneus dederat Stiphe -υυ lumq́; Bromumq́; &c.

Sicelus, à quo Sicelis & Sicelicus. Hæc enim Etymologia potior uidetur mihi, quàm ut à Siculo, Latino, Sicelis deriuemus, ut uulgo faciunt, quanquam etiam ipse libro secundo eandem opinionem secutus fuerim. Virgilius in Bucolicis:

Siceli -υυ des Musæ paulò maiora canamus.

Et Theocritus idyllio 19.

Αρχετε Σικελι -υυ καὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε μοῖσαι &c.

Trapelus, à quo Eutrapelus, ut apud Martial. libro 7.

Eutrape -υυ lus tonsor dum circuit ora luperci

Thymele, à quo Thymelici. Iuuenalis:

Diues & à trepido Thyme -υυ le suppostia Latino. Et Ausonius de Bissula ad lectorem:

Seria contractis expende poëmata rugis

Nos Thyme -υυ len sequimur.

Composita uel ex regula sua iudicentur, ut: Menelaus, Sthenelaus, Penelaus, quod à Virgilio secundo Æneidos, attico more Peneleos dicitur, ab Etymologicis autem, à πένεσθαι περὶ λαὸν, mutata ε, in ητα deriuatum traditur, & his similia, uel ex primis syllabis petantur, ut, Hedymeles, Ameletus, à μέλος & μέλειν &c.

absq; I, scribūt, et Vindemitor quo Ouidius, alijq; multi usi sunt, ut in Fastis:

At non effugit uindemitor – uu hoc quoq; caussam &c.

Et quæ ex Barbaris in Latinam terminationem transeunt, ut Bohemus, Tritemius &c. de quibus & suprà meminimus.

Et uerbalia Græca, quæq; ab ijs deriuantur, ut, Diadema, Erotema, Diastema, Eleemosyna, ab ἐλέημα &c. de quibus ut & de ijs quæ ex uerbalibus excipiuntur, libro secundo tractauimus.

Item quæ à φήμη ueniunt, ut Euphemia, Polyphemus, & id genus alia.

Et ab ἡμέρα, ut Ephemeris &c, cuius exemplum apud Propertium libro 3. ut:

Et ponit duras inter Ephemeri – uu das &c.

Et id genus alia.

Huc pertinent & illa, quæ diphthongo scribuntur, ut, Achæmenes, Achemenides, ab ἄχαια, ut placet etymologicis, Andræmon, ita enim & à Suida scribitur, Palæmon, Euæmon, Lacedæmon, Cacodæmon, et quæ alia ab eodē nomine ueniunt, quæ tamen ad composita propriè pertinent, ut et Chamæmelū, herbæ genus, quam uulgò Chamomillā dicunt, Græcè autem etiam ἄνθεμις. Pylæmenes, &c. Itē, quæ per œ, scribuntur, Parœmia, Prooemium, Philipœmen, dux Achiuorum (sic enim & à Suida nominatiuo casu dicitur, & id genus alia: quæ iuniorum & adhuc rudium causa, hic addo, quando com

posita pleraq; sunt, & ex eo per se satis nota.

Excipiuntur, Alemanus, Alemania &c. Claudianus in 4. consulat. Honorij:

Imploratq; tuum supplex Alemania nomen.

Anemos, et quæ inde fiũt, ut Anemoria, loci nomẽ, apud Statium, cuius exemplum habes circa regulam uocalium I, ante A, in medijs. Anthemon, Anthemis, Anthemius, & quæ ab eadem origine ueniunt.

Artemis, Diana Græce, à quo Artemisia, Artemidorus, & similia. Martialis libro 7.

Cũ uinceret Artemi -uu dorus. Finis Hexame. est.

Quanquam etiam hoc ex deriuatione notum esse poterat. Volunt enim Αρτεμιν dici, quasi ἀερότομον, hoc est, quæ äerem secet, à τέμνω uidelicet.

Elementum. Ouidius 1. Metamorph.

Densior his tellus, ele -uu mentaq; grandia traxit.

Polemon proprium, apud Horatium satyra 3.

Quæro, Facias ne, quod olim

Mutatus Pole -uu mon, ponas insignia morbi.

Et quæ alia à Polemos, uel πολεμεῖν descendunt, ut, Ptolemæus, per E, non ut Despauterius citat, Ptolomæus, Triptolemus, Tlepolemus, Philopolemus, Neoptolemæus, & similia. Exempla nota sunt, ut Æneid. 2.

Degeneremq; Neoptole -uu mũ narrare memento.

Solemus proprium, apud Ouidium 4. Fastor. ut:

Huius erat Sole -uu mus Phrygia comes unus ab Ida

A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Pro quo tamen sunt, qui Solymus, per Y scribant, ut apud Silium postremæ æditionis lib. 9. uidere est.

Telemus, uatis nomen. Idem 13. Metam.

Telemus – υυ, Eurymides, quem nulla fefellerat ales.

Væhemens adiectiuum, & quæ inde fiunt, quod tamen per Synecphonesin plerunq; ponitur, prima & secunda pro una syllaba in scansione numeratis, ut apud Horatium epistola ultima, lib. 2.

Vehemens –– & liquidus, puroq; simillimus amni &c. Quanquam hoc etiam ad ea, quæ cum Væ, componuntur, uideri queat. Idq; aliquot locis docet Gellius.

His addit Despauterius & Syriacum, Getsemani: quod eodem modo ab ijs, qui sacra tractarunt, quo superiora illa, positum dicit.

Et Ploxemum, quod apud Quintilianum Ploxenũ scribitur per N, quo Catullus usus est de Æmylio, hoc uersu: Gingiuas uero Plexeni ha – υυ bet ueteris.

Cõposita autem, ut suprà, uel ex regula sua, uel ex simplicibus spectanda sunt, ut Anchemolus, Archemorus, Telemachus &c. quæ à τῆλε, ueniunt. Chrysothemis, quod à Themis. Anathema, quod à uerbali θέμα uenit, & id genus alia. Quanquam in hoc postremo Prudentius, atq; alij quidam, licentia quadam usi sunt, & E longa quoq; idem nomen posuerunt, ut in hoc uersu:

Dum uetitis anathema le – υυ gens, anathema fi – υυ uillis &c. Sed huius authoritas, præsertim quod ad Græca attinet, in exemplum non trahenda.

E, ante N.

E, ante N. in medijs syllabis producitur, ut Serenus Galenus, Silenus, Euenus, & similia. Propertius libro primo.

Non Idæ, & cupido quondam discordia Phœbo
Eue-- ni patrijs filia littoribus. Virg. Ecl. 6.
Sile-- num pueri somno uidêre iacentem.

Quo pacto pom solent & propria Græcorũ in Enor, ut Agenor, Elpenor, Antenor &c.

Et in Enus, & Enius, desinentia Latina, deriuata, propria atq; gentilia, ut alienus, septenus, centenus, quinquagenus, Labienus, Longarenus, Calenus, Agarenus, Menenius, Vulpenius &c.

Et quæ in Ena, exeunt, substantiua, ut lagena, crumena, Cantilena, cathena, Capena &c. De quibus supra libro secundo diximus.

Quam rationem & Græca quædam sequuntur, ut Sagena, Messena, Athenæ, Mycenæ, Mytilene, Dindymenæ, quo nomine Cybele appellatur, à monte Dyndimo, in quo eius sacra peragebantur, et id genus alia complura. Nam quæ dipthongo scribuntur, per se nota sunt, ut Balæna, Celæno, Celenæ, oppidum Phrygiæ. Dracæna, Leæna, Hyæna, Muræna, & quæ à καινός, & αἶνος, deriuantur, ut Encænia, Philænis, Parænesis, & si quã sunt similia.

Et quæ per Oe, scribuntur, ut Amœnus: ita enim plerique scribũt. Camœna, Apœninus. Nam hoc quoque sunt

sunt, qui per œ, scribere malunt, quàm per nn, duplex. Et quæ à σχοῖνος, οἶνος, κοῖνος, & similib. ueniunt, ut Oxyschœnus, Holoschœnus, Philœnus, & quod quidam addunt lagœna, Epicœnus, & id genus alia. Excipiuntur: Armenus, à quo Armenia &c. Statius libro primo syluarum.

Armeni –υυ a, & patiés Latij iam pontis Araxes.

De hoc suprà quoq; meminimus.

Ambenus proprium, apud Valerium Flac. lib. 6. ut

Nec fragmina curat
Ambenus –υυ & trunco medium subit Otrea ligno.

Alimenus, Cytharœdi nomen, apud Statium libro decimo Thebaidos, ut

Traxerat insomnis cythara, ludoq; suprema
Sidera, tam nullos uisurus Alimenus –υυ ortus.

Quod tamen etiam inter composita recenseri poterat. Berenice (quod et Beronice scribitur) quod ipsum quoque compositum uideri queat. Iuuenalis satyra sexta.

Myrrhina, deinde Adamas notißimus, & Bere –υυ nices In digito factus precio sior &c.

Sic & Berenicis loci nomen, apud Silium lib. 3.

Affuit undosa cretus Bere –υυ nicide miles &c.

Carmenon proprium, apud Martialem lib. 10. ut

Ne te Carme –––υ nion uocem sororem &c.

Hebenus, &, num. Virg. Georg. 2.

Sola India nigrum
Fert Hebe –υυ num, solis est thurea uirga Sabæis.

Helenus

Helenus, Helene. Virgilius tertio Æneid.

Præterea si qua est Hele – uu no prudentia uati &c.

Et alibi:

Ornatus Argiuæ Hele – uu næ, quos illa Mycenis.

Iuuenis, Iuuenilis &c. Quæ nota sunt.

Ingenium, ingenuus, a, um, &c. Ouid.

Ingeni – uu um quondam fuerat preciosius auro.

Et quæ ab eadem origine ueniunt, composita, ut sunt: alienigena, terrigena, Troiugena, Graiugena, & similia, quæ nec ipsa exemplis opus habent.

Olenus, Olenius. a. um. &c. ut apud Ouid. 10. Metam.

Voluitq; uideri

Olenus – uu esse nocens, tuq; ô confisa figura &c.

Ormenus, & Ormenis patronymicum, ut apud Statium libro 10. Cadit intra mœnia Graius

Ormenus – uu & pronas tendentis Amyntoris ulnas. Parmeno. Terentius in Eunucho.

Nam incommoda ali – –, uuu a sunt dicen u –, – – da Parmeno u – u –. Et rursum.

Ituran' Tha u –, – – is quopiam es – –, u –. Hem Parmeno – –, u –. Senarij sunt. Sic & Parmenio, quod huius diminutiuum uidetur esse.

Pœmenis, canis nomen, apud Ouidium 3. Metam.

Pœmenis – uu & natis comitata Harpya duobus etc.

Parthenus, Parthenice, Parthenius, & quæ alia hinc fiunt. Ouid. 4. de Ponto.

Partheni – uu usq; rapax, & uoluens saxa Cynapes.

Vbi

vbi fluuij nomen est. Sed eadem ratio est & cæterorũ. Ploxenus, cuius exemplum suprà citauimus, uide Ploxemus, E, ante M.

Porsena. Martialis libro primo.

Hanc spectare manum Porsena – υ υ non potuit.

Virgilius autem etiam media longa dixit Porsena: Æneidos octauo, hoc uersu:

Nec non Tarquinium eiectum Porsena iu – υ υ bebat &c. Sed de hac re suprà libro 2. diximus.

Præterea quæcunq; formam, siue ἔγκλισιν Græcorum participiorum habent, ut Clymenus, Periclymenus, Clymene &c. Ouid. 5. Metam.

Ense iacet Clyme – υ υ ni, Protenora percutit Hypseus. Idem Metam. 1.

Et tulit ad Clyme – υ υ nen Epaphi conuicia matrẽ.

Clazomenæ, loci nomen. Horat. saty. 7.

Clazome – υ υ nis, & iam lites cum rege molestas.

Diadumenus. Martialis lib. 3.

Hoc tua sæua puer Diadumene – υ υ basia fragrant.

Eurymenæ, loci nomen. apud Flaccum lib. 2. ut

Inde salutant

Euryme – υ υ nas, recipit uelumq;, fretũq; reuersus.

Melpomene, Musæ unius proprium, cuius exempla nota sunt. Misumenus, apud Martial. in Apoph. ut

Non erit in turba quisquam Misumenus – υ υ ista.

Nyctimene, propr. puellæ, apud Ouidium 2. Meta. ut

Criminæ Nyctime – υ υ ne nostro successit honori.

Orcho-

Orchomenus,& quæ inde ueniunt. Ouid. 5. Metà,
" Vsq; sub Orchome – ∪∪ non &c. ut suprà.

Nota autem & ea, quæ ex breuibus composita sunt, ut Diogenes, Origenes, Hermogenes Archigenes, Antigenes, Timagenes, Eugenius, Eugenia, Amphigenia, Iphigenia, & similia, quæ à γένος ueniunt.
Aristomenes, Hippomenes, Achæmenes, Alcamenes, Ariasmenus, Idasmenus, Eumenes, Eumenius, Eumenides Idomeneus &c. quæ à μένος, uel μενεῖν, deriuantur.
Demosthenes, Antisthenes, Callisthenes, Boristhenes, Plisthenes, & similia, quæ à σθένος, descendunt
Philoxenus, Austoxenus, Axenus, Polyxena &c. quæ à ξένος, procreantur. Et quod ex ἔχειν, & ναῦς, cōponitur, Echeneis, piscis nomen, cuius exemplum alibi posuimus. Et quo Ausonius usus est Catenantion, quod ex Græcis κατὰ, & ἐναντίον, compositum est. Versus Ausonij est:

Nobiscum inuenies Cate – ∪∪ nantia, si libet uti,
Non Pœna, sed Græca fide &c.

Quibus omnibus addit Despauterius, Herenius, ex Belij testimonio, quod ego tamē per geminum nn, Herennius, scribi uideo.
Item Ceteneus, uiri, ut ipse ait, proprium, & Barbara, Asenech, & Abdenago, quæ ipse in medio relinquo, quando & de scriptura quorundam dubito.

B, ante

E, ante P.

E, in medijs syllabis ante P, corripitur, ut Elephas, & similia. Virgil. Æneid. 3.

Dona dehinc auro grauia, sectoq; Ele – vv phanto.

Sic & compositum, Telephus, quod ut cætera à τῆλε uenientia, ex primitiuo E, breue habet.

Excipiuntur: Æsepus, fluuij nomen, à quo Æsepius, a, um. Valerius libro tertio.

Ampycides petit aduersis Æsepia – vv syluis
Flumina &c.

Neq; de prima disputandum est, utrum per diphthongum, an secus scribatur. Nam & apud Apollonium eodem modo scriptum legitur, ut libro primo.

Ἠδὲ κολώνας
Μυσίαιεν δ' ἑτέρης ποταμοῦ ῥόος Αἰσή – –
ποιο. Asclepius, proprium medici, scribitur enim Græcè Ἀσκλήπιος. Hinc Asclepiades Patronymicum, & Asclepiodorus, eadem quantitate.

Iosephus, quod regulam sequitur, quam suprà tradidimus, de ijs, quæ ex Barbaris Latinam terminationem assumunt. Tametsi & hoc Græcè Ἰώσηπος, apud Suidã & cæteros scribitur.

Et quæ diphthongo Æ, scribuntur, ut Hypæpæ, loci nomen. Præsepe & cæt. Et quæ per Oe, ut Hodœporus, Hodœporicon, Synalœpha, & similia, quæ tamen pleraq; composita quoq; sunt, & ob id ex primitiuis suis spectanda.

E, ante Q.

E, ante Q, in medijs syllabis corripitur, sicubi tamen inuenitur. Nam exempla, quæ à Despauterio *afferuntur, composita omnia sunt, ut* Diequinti, diequarti, *& similia, quæ ille ex* Gellij *authoritate corripiēda censet. Nam is libro decimo, capite 24. Sed Marci Tullij ætate (inquit) ac supra eam, non, opinor, ita dixerunt:* Diequinte *enim, &* Diequinti, *pro aduerbio copulatè dictum est, & secunda in ea syllaba correpta &c.*

E, ante R.

E, in medijs syllabis ante R, *corripitur, ut superus, inferus, posterus, hedera, cremera, patera, & similia.* Propertius *libro quarto.*

Lucus erat felix hede – vv roso conditus antro etc.

Silius *libro secundo.*

Patricio creme – vv ræ maculauit sanguine ripas.

Virgilius *primo Æneid.*

Impleuitq; mero pate – vv ram, quā Belus *& oēs*

A Beli *soliti &c.* Reliqua *nota sunt.*

Sic & in Erius, *a, um, deriuata ac propria pleraque, ut* Valerius, Tiberius, Nuceria, Egeria, *quod diphthongo scribit à principio* Despauterius, *magisterium, ministerium & similia.*

Et quæ à κέρας, *composita ueniunt, ut* Ægoceros, *monoceros, rhinoceros &c.*

Et quæ ab ἔρως, *uel* ἔρωτος, *ut* Philerotis, *apud* Terentium *in* Hecyra, Nicerotes, *à quo* Nicerotiana *unguenta*

ta, apud Martialem dici uolunt, ut lib. 10.

Nimbis ebri – – – υ a Nicero υ – υ – tianis &c.

Niceratos, apud Terentium in And.

Dicebant, aut – –, – – Niceratum, nam hi – υυ, – – tres tum simul &c. Pæderastes, Anteros & si milia. Item Bucerus, Quercerus, & id genus alia. De quibus omnibus superiore libro inter analoga diximus.

Excipiuntur à Despauterio, primum, quæ propria sunt, ut Homerus, Iberus, cythera, orum. Cythere, pro ipsa Venere, ut apud Ausonium, in Epigrammatis.

Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere – –.

Tametsi contrà, Cytherea, denominatiuum E, ante R, breue habeat, ut Æneid. 1.

At Cythe – υυ ræa nouas artes, noua pectore uersat Consilia &c. Abdera, loci nomen. Mar. lib. 10.

Abde – – ritanæ pectora plebis habes &c.

Acheras, apud Silium lib. 3. ut

Hasbytes nuper cæsæ germanus Acheras – –.

Si modo rectè scribitur, & non potius per æ, Achæras, scribendum. Et his similia.

Quo modo & Asuerus, quod ex Syriaco factum est, licebit ponere, & si qua alia eius formæ erunt.

Tolluntur tamen ab exceptione hac, rursum non pauciora, quæ E, breue habent, quàm quæ producuntur, ut sunt primo pleraq; Latina in Erius, cum primitiuis suis, si quæ habent, uelut Tiberius, à Tiberis: Valerius, à Valerus, Sigerius, Laberius, Egerius, cuius Suidas quo

que meminit, Staberius, & similia.

Quorum rationem & fœminina sequuntur, eiusdē formæ, ut Valeria, Egeria, Luceria, Nuceria, Fabrateria &c. Horum exempla, quantum ad analogiam comprobandam satis est, libro secundo citata habes.

II. Tolluntur Græca in Rus, quæ ex denominatiuis propria facta sunt, aut aliàs ex deriuatione E, breue habent, unà cum ijs, quæ ab illis nascuntur, ut Bellerus, à quo Bellerophon, quem Græci Bellerophontem dicūt. Propertius libro tertio.

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,

Bellero – ∪∪ phontei qua fluit humor equi &c.

Himerus, Himera, quorum exemplum in primis syllabis I, ante M, reperies.

Mermerus, proprium centauri, apud Ouid. 12. Meta. ut

Mermerus – ∪∪ accepto tum uulnere tardius ibat.

Glycerus, Glycere, Glycerium &c. Quorum exemplum & suprà habes in primis syllabis, Y, ante C, ex Ausonio citatum, & apud Terentium in Andria passim inuenies.

Trypherus, ut apud Iuuenalem satyra septima.

Pergula, discipulus Triphe – ∪∪ ri doctoris &c.

Quibus similia sunt, Hierus, à quo Hieron, Hieronymus, Hierosolyma &c. Vt apud Theocritum Idyllio decimoseptimo.

Ευδ' αὐσεῖς ἱε – ∪∪ ρωμ, προτέροις ἴσος ἡρώεσσι

Quod Hessus noster uertit.

Quos

Quos inter, ueteres, Hie – u u ron, Heroas & ipsos
Semideos uultu referens &c. Et Silius lib. 14.
Hic mitis Hie – u u ronis opes, hic sancta uetustas.
Hiera autem, nymphæ nomen, ut & Hieras, ad exceptionem pertinet, mediamq; producit, ut Æneid 9.
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera – u.
Pierus, à quo Pierium antrum, & Pierides &c. ut apud Ouidium 5. Metam.
Pierus – u u has genuit, Pellæis diues in aruis.
Cerberus, quod notum est.
Peteron, loci nomen, ut uidetur, apud Martialem lib. 1.
Et textis Pe – – – u teron rosis u – u – rubentem.
Pro quo apud Despauterium proteron legitur.
Et Bructerus, populi Germanici nomen, quod Despauterius addit, Sidonij exemplo, quod suprà habes, in dictione Velicer, E, ante L. Quod si rectè ab illo positum est, cætera quoq; eius formæ, ut Tencterus, & similia, eodem modo poni poterunt, sed dubito tamen, propter Iberus, & id genus alia, de quib. in prima exceptione dicitur. Postremo tollumtur et hæc, cõposita partim, partim deriuata. Acheron, fluuij nomen. Lucan lib. 1.
Præparat innumeras puppes Ache – u u rontis adusti
Portitor &c. Eucherius, apud Claud. li. 1. de lau. Sti.
Nec stetit Eucheri – u u i dum carperet oscula saltem.
Asterie, Asterion &c. ab ἀστὴρ, ἀστέρος, à quo & Asteriscus &c. Horat. Ode 7. lib. 3.
Quid fles Aste – – – u rie, quem tibi candidi.

Primo restituent Vere Fauonij &c. Asclepiadei sunt.
Eleutherius, ab ἐλευθερὸς &c.

Et ad hunc modum etiam peregrina quædam ponuntur, ut Marcomeres, apud Claudianum libro primo de laudibus Stiliconis.

Marcome – υυ res Sompnoq; docent, quorũ alter Hetruscum Pertulit exiliũ etc. Ita enim uulgò legitur. Item Hiericus, loci nomen, quod in sacris literis Hierichonominatur, apud Baptistam in Eclogis, ut

Vnda coït rursum tandem Hieri – υυ cunte relicta.

Et Hieremias, prophetæ nomen, apud Iuuencum, ut

Hieremi – υυ am dixere alij, pars esse prophetam.

In quibus tamen duobus Despauterius synecphonesin, siue synæresin, fieri uult, quia duæ primæ uocales, pro una syllaba in scansione leguntur, quod ut in posteriore hoc fieri concedam, ita in priore, Hiericus puta, nihil uideo, cur non seorsim singulæ uocales legi debeant, cũ ἱερὸρ, ad cuius analogiam hoc ponitur, apud Græcos, tam longa, quàm breui I, positũ reperiatur, quemadmodum lib. 2. circa uocalium regulam ostendimus. Atque hæc de prima exceptione.

Secundo excipiuntur à regula, adiectiua pleraq; secundæ declinat, Latina, ut seuerus, syncerus, procerus, austerus &c. de quibus item libro secundo dictum est. Quibus adde & Cyperus, cuius exemplum habes suprà in primis syllabis, Y, ante P. Quanquam & hoc inter propria recenseri quoq; poterat.

Et Galerus, capitis tegmen. Iuuenal. saty. 6.

Et nigrum flauo crinem abscondente galero – –.

Item Græca hæc: Arteria, quod & Arterium neutro genere à Lucretio dicitur, lib. 4. ut

Præterea radit uox fauces, sæpe, facitq;

Asperiora foris gradiens arteria – υυ clamor &c.

Mysterium. Ausonius ad Theonem.

Accipe congestas mysteria – υυ friuola, nugas.

Et quæ alia in τήριον, siue τηρία, Græcè desinunt, ut Niceterium, cœmiterium, psalterium, phrontisterium, Clysterium, baptisterium, cauteriū, soteria, et similia. Quibus & Latinum dicteriū, respondet, ut apud Martialem libro sexto.

Omnibus arrides, dicteria – υυ dicis in omnes &c.

Præterea quæ à casibus E, longum habentibus, deriuantur, ut Panthera, à θηρός, Statera, à σατῆρος, Cratera, à κρατῆρος, &c.

Et compositum Trieteris, à quo Trieterica, sacra Bacchi, ut Æneid. 4.

Thyas, ubi audito stimulant Trieterica – υυ Baccho. Vt & Trieres, à quo Trierarchus, & Poderes, quo nomine uestis ad talos demissa significatur, quæ tamen Græcis magis, quàm Latinis familiaria. Et si qua his similia.

Notentur autem, & quæ diphthongo scribuntur, ut Chimæra, Megæra, Machæra, Neæra, Citheron, & quæ ab αἱροῦμαι, ueniunt, ut Aphæresis, Epaphære-

sis & similia. Quibus addit Despauterius, & Arcæra, quod ipse tamen nusquam diphthōgo scriptum reperio. Et Pomœrium, quo locus post mœnia, ubi ædificare nō licet, significatur. Lucanus.

Longa per extremos pomœria – υυ iungere fines.

E, ante S.

E, in medijs syllabis ante S, corripitur, ut Vogesus, Campesus, Nemesis, Temese, Tiresias, Acesines &c. Valerius libro sexto.

Campesus – υυ impacta latus inter & ilia quercu. Tibullus libro secundo.

Spes facilem Neme – υυ sim spondet mihi, sed negat illa. Ouidius 15. Metam.

Thurinosq; sinus, Teme – υυ senq; et Iapygis arua. Fannius in Dionysij Periegesi.

Hic ubi præcipitem scopuli fundunt Ace – υυ sinen. Reliquorum exempla suprà citata habes lib. 2. His similia sunt et composita, quæ ab ἕσις, θέσις, αἵρεσις, & similibus ueniunt, ut Ephesus, urbs. Aphesas, montis nomen apud Stat. 3. Theb. ut

Nomine Lernæi memorant Aphe – υυ santa coloni &c. Prosthesis, Epenthesis: Aphæresis, Epaphæresis, et id genus alia, de quibus eodem libro suprà inter uerbalia uide.

Excipiuntur: Arcesius. Ouidius 13. Metamorph.

Nam mihi Laertes pater est, Arcesius – υυ illi.

Carchesium, poculi genus. Valerius lib. 1.

Ipse

Ipse ter æquoreo libans Carchesia – uu patri,
Sic ait &c. Etesiæ. Seneca in Thyeste.

Æstas ueli – – – u feris soluit u – – u Etesijs u – u –.

Asclepiadeum est.

Megalesia. Ouidius quarto Fastorum.

Institeram, quare primi Megalesia – uu ludi
Vrbe forent nostra &c.

Milesius, et quæ alia huius formæ, à Græcis in Es, Esus uel Etus, ueniunt, ut Marpesius, Magnesius, Lyrnesius, Mindesius, & similia, de quibus libro secundo inter analoga dictum est. Virgilius lib. tertio Georg.

Nec minor usus erit, quamuis Milesia – uu magno
Vellera mutentur.

Excipiuntur & in Esus, desinentia pleraq; præsertim Græca, quæ uel hominum, uel fluuiorum, uel locorum propria sunt, ut Galesus, Halesus, proprium, & fons Siciliæ, quem Dionysius Halesinum uocat. Herbesus, Siciliæ oppidum, cuius meminit Silius lib. 15.

Lyrnesus, Marpesus, Mycalesus, Monesus, proprium, apud Silium lib. 7. Mindesus, Odesus, Telmesus, Teumesus Vagesus, Tartesus, Titaresus, & similia, quorum tamen multa etiam per geminum ß, scribuntur apud Græcos. Exempla habes & horum suprà lib. 2.

Pleraq; autem addidi hic, propter peregrina illa, Vogesus montis nomen, & Campesus, proprium uiri, quæ suprà inter exempla regulæ posuimus, & si qua illis similia alicubi reperientur.

Porrò superioribus similia sunt, Iesus, quod Græcè Ἰησοῦς, scribitur, cuius exempla apud recentiores passim obuia sunt.

Mouses, proprium, apud Valeriũ lib. 6. Et item apud Horatium lib. 3. Carm. Ode 6. ut

Iam bis Mone – – υ – ses, & Paco – υυ ri manus – υ –. Epionicum Alcaicum est.

Et Latina participia in Esus, ut Obesus, ambesus, exesus, &c. Quæ ex regula sua generali cognoscuntur. Virgilius tertio Georg.

Tußis anhela sues, & faucibus angit obesis.

Et quæ in Esimus, exeunt, deriuata à nominibus, ut Vigesimus, tricesimus, centesimus, millesimus. De quibus inter Analoga uide lib. 2.

Quo loco & de uerbalibus Græcis in Esis, tractatum est, quæ ipsa quoque generaliter E, longum ante S, habent, ut sunt: Catachresis, diœcesis, diaporesis, Mathesis, poësis, synteresis, synœcesis, theoresis, & quæ à talibus ueniunt, Onesimus, Ecclesia, & similia.

Quæ diphthõgo scribuntur, nulla adeò traduntur, præter gentile Masæsylus, cuius exemplum est in Periegesi Dionysij. Cætera uel positione, ut Palæstra, Hephæstio, uel ex deriuatione quoq;, ut cæsus, læsus, & cæt. nota sunt.

E, ante T.

E, ante T, in medijs syllabis producitur, ut Bretum, ícmetum, Lucretius, Lucretilis, Sebethus, Pepare

thus

thus, insulæ nomen, Hymetus, Lycabetus, quæ tamen Græce per duplex Tt, scribuntur, Piletus, Achetus, & similia. Silius libro 14.

Et Nethum, & Micite, pubesq; liquētis Acheti – –
Sidonia &c. Statius libro 2. syl.
Pone precor, quæstus, alium tibi fata Pileton – u
Forsan & ipse dabit &c. Idem lib. 12. Thebaid.
Vitibus & pingui melior Lycabetus o – uu liua.

Et ibidem:

Venit atrox Ileus, & olentis arator Hymeti – –.

Sed hæc exempla sufficiunt.

Sic omnia deriuata Latina, in TVS, a, um, ut Facetus, Secretus, Moneta, Rubeta, Rosetum, Myrtetum, & similia.

Et uerbalia Græca in TAS, uel in TES, quæ per A, Latine pleraque efferuntur, ut, Philetas, poëtæ nomen, Ietas proprium, apud Silium lib. 14. Athleta, Propheta, Cometa &c.

Et quæ in TER, uel TVS, A, VM, exeunt, ut, Physeter, Boëtus, Paracletus, Diatreta, apud Martialem libro 12. & similia.

Et quæ ab utrisque descendunt, ut, Poëticus, Boëtius, Poetice, Athletice, Prophetia, &c.

Et quæ ex declinatione E, longum habent, ut, Magnetes, Curetes, & id genus alia. Neq; enim usquam Curetes, E, breui inuenies, ut neque Paracletus, de quibus tamen inter superioris ætatis Grammaticos magna ali-

quando contentio atque altercatio fuit. Exempla singu-larum terminationum suprà habes libro secundo.

Vbi & illa, quæ ex uerbalibus Græcis excipiuntur, ut sunt, αἱρετὸς à quo Hæreticus, θετὸς, à quo Synthetum, Antithetum etc. δετὸς, à quo Chrysendetum, ἀρετὸς, à quo Panaretus, & similia inuenies.

Notanda autem hoc loco etiam sunt, quæ diphthongum ante T, habent, ut, Diæta, locus ubi communiter uersamur, uel degimus. Cymætha, capellæ nomen, Neæthus, fluuij nomen, Symæthus, de quo suprà diximus. Damœtas, Menœtius, Propœtides, Timœtes, & similia composita, ut, Panætius, Panætolium, Melanchætes, Polipœtes &c. ex simplicibus iudicemur. Vt & illa quæ nulla diphthongo scribuntur, ceu sunt, Ortigometra, Tettigometra, & id genus alia.

Excipiuntur, Aetos, quòd Græcè ἀετὸς scribitur, & quæ inde fiunt, ut Aëtius, Aëtites &c.
Arete, quum idem quod uirtus significat, & quæcunque ab eo deriuantur, ut, Anaxarete, Panaretus, Arctologus &c. quorum exempla suprà posuimus.
Archetius proprium. Æneidos 12.
Archeti – ∪∪ū Mnestheus, epulonē obtrūcat Achates.
Cui similia sunt Calpetius, à quo Calpetianus, apud Martialem libro 6.

Ponuntur semper Chrysendeta calpeti – ∪∪ ano.
Lucetius. Virgilius Æneidos 9.

Luceti – ∪∪ um portæ subeuntem &c. ut suprà.

Suffe-

Suffetius, quod quidam per C, scribunt, cuius exemplum habes suprà E, ame C.
Lampetie fœmininum. Propertius libro 3.
Pauerat hos Phœbo filia Lampeti -υυ e.
Et Gemilia Pometij, Peucetij, Cercetij, Heluetij, et similia, quorum exempla inter Analoga citauimus.
Chaletos proprium. Statius libro 9. Thebaidos, ut:
Surgentē dextra Chale -υυ tū, uulnusq; minantē &c.
Dercetis. Ouidius 4. Metamorph.
Derceti -υυ quam uersa, squamis uelantibus artus,
Stagna Palæstini credunt coluisse figura &c.
Eteretes, iidem ij Cretenses apud Silium libro 14. ut:
Duxerat Etere -υυ tū non fausta ad bella cohortes.
Feretrius, cognomentum Iouis. Propertius libro 4.
Hinc Fere -υυ trì dicta est ara superba Iouis.
Feretrum, quod & Pheretrum scribitur. Vir. 11. Æne.
Sed uenit in medium, fere -υυ tro Pallanta reposto &c.
Quam quantitatem & cætera huius formæ Græca sequuntur, ut, Pyrethrum, Olethros, et si quæ his similia.
Magetes, & quæ alia à Geta siue Getes denominantur.
Statius libro 2. Achilleid.
Quo Mage -υυ tæ sua gesta citent, quo turbine cæstū Sauromates &c.
Reliquorum exempla suprà habes libro 2.
Oretæ, populi quidam Scythici. Fannius in Dionys.
Post hos Cercetij iuxta quos Axenus altis
Fluctuat

Fluctuat æquoribus, nec non Ore – υυ teq; feroces
Et qui Troiani &c. Græce sic:
Κερκέζοιτ' ὀρέται τε, καὶ ἀλκήεντες ἀχαιοί.
Penetro, Penetrabile, Penetralia &c. Virg. 4. Æneid.
At regina pyra pene – υυ trali in sede sub auras
Ingenti erecta &c.
Pharetra, quod notum est. Ouidius 2. Metamorph.
Et pictam posita phare – υυ trā ceruice premebat.
Taygetus, Taygetæ. Lucanus libro 5.
Gelidiq; inculta iuuentus
Tayge – υυ ti. Et Ouidius 4. Fastorum:
Maian & Electram Tayge – υυ tenq; Ioui.
Vegetus, a, um, quod notum est.
Venetus, quod ex Græco ἐνετός deductum est, à quo
Venetiæ &c. Lucanus libro 4.
Sic Vene – υυ tus stagnante pado, fusoq; Britānus.
Nauigat Oceano &c.
Et Vietus, quod utroq; modo usurpatur, cuius exempla libro 2. habes, de Analogis in TVS.

Excipiuntur item deriuata in TAS, Latina, ut, Pietas, Medietas, Varietas, Satietas, & similia, de quibus inter Analoga dictum est.

Et quæ in TVS, exeunt, præcedēte P, propria, & item appellatiua quædam, ut, Calpetus apud Ouid. 4. Fastor.
Capetus, apud eundem 14. Metamor.
Herpetus, quod Græce ἑρπετὸς scribitur.
Iapetus, pater Promethei, & his similia.

Et in TAON, uel TION, propria, Græca, ut, Icetaon, apud Virgilium Æneid. 9. Hypetaon, apud Valerium Flaccum libro 6. Chremetaon apud Statium Thebaid. 7. Eetion, apud Ouidium 4. Fastorum &c. ut:

Iasius Imbrasides, Ice –υυ taoniusq; Timetes. Et:

Et nūc magnanimos Hype – υυ taona, Gesothouq;. Et:

Phylea falcato, Chromin, & Chremetaona – υυ cum rn etc. Eetionis exemplum habes in regula uocalium E, ante E, & item in Incrementis.

Et quæ in THON, uel THVSA, desinentia, participiorum Græcorum speciem referunt, ut, Phaethon, Phlegethon, Phaethusa, Arethusa, Telethusa, & similia. Martialis libro 8.

Si Tele –υυ thusa uenit, promissaq; gaudia portat. Cætera exemplis non egent.

Item uerbalia hæc, quæ à supinis penultimam breuem habentibus formantur, Meretrix, & Obstetrix, quorum alterum notum est, alterius autem exemplum extat apud Horatium in Epodis, Ode 17. ut:

Cruore ru υ–υ– bros obstetrix ––υ– pannos lauit. Senarius Iambicus purus est.

Composita autem ex primitiuorum quantitate æstimanda partim sunt, ut, Dimetrum, Trimetrum &c. ex μέτρον, Syntheton, ex θετὸν, Aschetus, quod equi nomen apud Statium est, ex χετός, Amethystus, ex μεθύω, Chrysendetum, ex δετὸν. Trieteris, ex ἔτος. Triquetra, ex triquetius, quod idem, quod triangularis est, ut

ut Despauterio placet, uel ex Tri, numerali particula, & quadra, quemadmodum ex Tri, & gemini, Trigeminus &c. Hoc nomine Sicilia dicta est. Vt apud Silium libro quinto:

Huc Ætnea cohors, trique – u u tris quam misce rat oris. & id genus alia ex alijs. Partim etiam ex regula generali, ut, Archetypus, & quæ huic sunt similia.

Eodemq; modo & Deriuata, ad orignem unumquodq; suam referenda erunt, ut, Impetus, & quæ inde fiunt, ad Peto, Pedetentim, ad Pes Pedis &c.

Addit autem superioribus Despauterius & Nemeta, fontis nomen, apud Martialem libro 1. pro quo cæteræ editiones Nemea legunt, hoc uersu:

Auidam rigens Dircenna sedabit sitim,
Et Nemea, quæ – uu u – uincit niues &c.

Et Acænetus, pædagogi nomen apud Iuuenalem, pro quo Aldinus codex habet Acænitus per I, scriptum, ut satyra 7.

Discipuli custos præmordet Acænitus – uu ipse eto.

E, ante V, consonantem.

E, in medijs syllabis ante V, consonantem producitur, ut, Aleuas, Sueuus, quando τρισυλλαβικῶς ponitur. Ouidius in ibin:

Quosq; putas fidos ut Larissæus Aleuas ––
Sanguine non fidos experiare tuo &c.

Atque hoc modo scribendum est, non per B, in ultima

syllaba, Id quod tum ex Suida, tum ex Theocriti Gratijs apparet.

Parasceue autem, quod Despauterius pro exemplo allegat, compositum est, ut & Anasceue, Catasceue, et similia, quare ad primitiui quantitatem reuocandum est, quod tamen ipsum quoq; ex diphthongo primam lõgam habet, ut omnia quæ Græce per ευ, scribuntur. Beneuentum autem oppidi nomen, ut & Maleuentum, ad compositorum regulam pertinet.

I, in medijs syllabis ante B.

I, ante B, in medijs syllabis corripitur, ut, Mulciber, Hannibal, Thargibulus, Indibilis, Nisibus, loci proprium, & similia. Ouidius 2. Metamorph.

Materiã superabat opus, nã Mulciber – ∪ illic ete.

Quanquam hoc etiam inter composita referri poterat, perinde ut Celtiberorum nomen, quando à mulcẽdo ferro dictum est. Iuuenalis satyra 6.

Hannibal – ∪∪ & stantes Collina in turre mariti.

Claudianus in Eutrop. libro 2.

Thargibi – ∪∪ lum tumidũ, desertoresq; Gothunnos.

Ad quam rationem etiam cætera posse poni existimo, tametsi omnium exempla in promptu non habeam.

Atq; hoc pacto etiã pleraq; deriuata ponuntur, quæ uel in BILIS, uel in BVNDVS, uel in BVLVM quoq; desinunt, ut sunt, Credibilis, Horribilis, Terribilis, Pudibundus, Furibundus, Moribundus, Vestibulum, Prostibulum, Latibulum & similia, Catullus de Aty.

Et omnia e $\cup - \cup\cup$ arum adirem $- \cup - -$ furibun da $\cup\cup - \cup$ latibula $\cup\cup\cup\cup$. Metrum est Ionicum à minore, Galliambicum, in quo à principio Paean secundus, pro tertio positus est.

Demptis tamen hinc, quæ à supinis penultimam longam habentibus formantur, ut, Scibilis à scitum. Sitibundus à Sititum, ut placet Aldo, (Nam Priscianus nonnihil diuersum ab hac opinione tradit) & quæ his similia sunt. De quibus libro 2. abunde ut puto, diximus.

Composita, ex sua regula iudicanda sunt, ut, Sosibius, quod I, ante B, breue habet, scribitur enim, per Iῶτα, in eadem syllaba Græce. Oribasus, quod eandem uocalem apud Latinos producit, scribitur enim per ει, ex contractione factam. Sosibij exemplum habes apud Martialem libro 1.

E seruo scis te genetum, blandeq; fateris,
Cum dicis dominum Sosibi $- \cup\cup$ ane patrem.

Oribasi autem, apud Ouidium 3. Metamorph. quod suprà aliquoties citauimus.

Bilibris, Trilibris, & similia, primitiuorum quantitatem sequuntur.

I, ante C.

In medijs syllabis I, ante C, corripitur, ut, Helice, Helicon, Helicaon, Oricus, Noricus, Illyricus, Vtica, Scutica, Vomica, Alica, Tunica, Manica, Pedica, & similia. Virgilius 1. Georg.

Tunc gruibus pedi $- \cup\cup$ cas, & retia ponere ceruis.

Idem

Idem libro nono Æneidos:

Et tuni –uu cæmani – uu cas & habent redimicula mitræ. Iuuenalis saty. 12.

Mittebat um – – u – ber aliculam uuu, u – mihi pauper,

Nunc mittit Ali – –, uuu cam, factus est enim diues. Scazonies sunt. Iuuenalis satyra 13.

Et Pthisis & Vomi –uu cæ putres &c. ut suprà. Quæ exempla eò potißimum hoc loco, ne quis putet illa solum corripi, quæ suprà lib. 2. inter ea, quæ in CA, desinunt, excepta fuerunt, sed contra potius nulla produci, præter ea quæ ibi allegata sunt.

Pertinent autem ad regulam hanc, omnia Deriuatiua in CVS, siue ea Possessiua, siue Denominatiua, siue Gentilia, siue etiam Verbalia fuerint, ut, Vrbicus, Stoicus, Atticus, Persicus, Medicus, Lubricus &c.

Item propria ex denominatiuis Gentilibus, aut alijs appellatiuis facta, ut, Gallicus, Rusticus, Ponticus, Melichus, Dominicus, Germanicus, & similia.

Et diminutiua, & eorum formam habentia, in CVLVS, a, um, ut, Vtriculus, Ventriculus, Aqualiculus, Ædicula, Apicula, Acicula &c.

Et quæ in ICIVS, a, um, desinunt, ut, Fabricius, Patricius, Gentilicius, Natalicius & similia.

Et uerba pleraq; in CO, ut, Albico, Candico, Nigrico, Lubrico, Vellico, Vendico, & id genus alia, quorum omnium exempla & notiones, suprà li. 2. tractauimus.

Excipiuntur autem à regula, principio, omnia propria in CVS, *ex Barbaris ac peregrinis, in Latinam terminationem assumpta, ut, Henricus, Fridericus, Gensericus, Alaricus. Vt apud Claud. de bello Getico:*

Quis tibi tūc Alarice do –vv lor, cum Marte perirēt &c. *Quibus ex Graecis & Latinis similia. Caicus, Labicus, Mauricus, Vaicus, Triuicus et Vaepicus, quae tamen posteriora duo etiam composita uideri possent. Nam de Palicus, quod compositum sit, nemo dubitat. Exemplum quaere inter Analoga libro secundo. Huc referas licet & Bellicanus, quod piscis, ut puto, nomen est, apud Ausonium ad Theonem, ut:*

Et iacula & fundas, & nomina Belli –– cani. Sed de obscurioribus istis nihil attinet sollicitum adeò esse. De Pelicano aue, alibi diximus.

II. *Ex ijs, quae in* CA, *desinunt, sūbstātiua, excipe haec: Formica, Lorica, Lectica, Marica, Myrica, Nasica, propriū, Rubrica, Vrtica, Vesica & Vstica, mons in Sabinis, ut à Despaut. additur. Nam ex uersu Horatij, quem idem pro exemplo citat, tam breue, quàm longū censeri potest. Est autem hic ex Oda 17. libro 1. Carm.*

Valles & V ––v– sticae cuban –v– tis. Est enim Dimeter Iamb. Hypercatal. qui tertio loco tam Iambum, quàm Spondaeum habere potest. Ac Iambum quidem etiam proprie, alterum autem non nisi pro Iambo assumptum. Rubricae exemplum, & Vesicae, suprà habes libro 2. Reliquorum autem sunt haec.

Horatius satyra prima, libro primo:

Paruula nam exemplo est, magni formica -uu laboris. Martialis libro 7.

Dū uacat huic Cæsar, poterit lorica uo -uu cari.
Pectore cum sacro sederit Ægis erit.

Horatius satyra 2. libro 1. Serm.

Custodes lectica, ci -uu niflones, parasitæ &c.

Virgilius Æneidos 7.

Nunc Fauno, et nympha genitū Laurente Marica --

Idem in Bucolicis:

Non omnes arbusta iuuant, humilesq; Myricæ.

Horatius satyra 15.

Filia Nasi -- cæ metuētis reddere soldū. Pers. saty. 6.

Mihi festa luce coquatur
Vrti -- ca, & fissā fumosum synciput aure &c.

III. Ex appellatiuis in CVS, hæc partim adiectiua, ut, Amicus, Apricus, Anticus, Mendicus, Pudicus, Posticus, & Petricus, à quo Petricosus in usu mansit. Vt apud Martialem libro 3.

Res petri -- cosa est Cottile bellus homo: Pers. saty. 1.

Occipiti cæco posticæ oc -- curite sannæ.

Horatius epist. 6. libro 1.

Quicquid sub terra est in Apricum -- proferet ætas. Horatius satyra 2. libro 1. Serm.

Mendi -- ci, mimæ, balatrones, hoc genus omne etc.

Cætera nota sunt. Partim substantiua, ut, Lumbricus, & Vmbilicus. Plautus in Casina:

Aut quasi lumbri -uu,-- cus terrã, quòd tu postules. Senarius est Iambicus. Martialis:

Iam peruent ---u mus usque ad um u-u,- bilicos u--.

Caprificus autem, quod eòdem pertinet compositũ est. Persius saty. 1 Et quæ semel intus

Innata est, rupto iecore exierit caprificus -u.

IIII. Ex diminutiuis & eorum formam habentibus, hæc, Craticula, Canicula, Clauicula, apud Germanicũ, in Caßiopea, Cuticula, Febricula, à quo Febriculosus, & Febricitor, Siticula, Viticula, & ut quibusdam uidetur etiam Tegeticula. Quorum omnium exempla ex libro 2. de Diminutiuis, require.

Item Pediculus, à quo Pediculosus, Somniculus, à quo Somniculosus, quorum exempla eodem loco citata habes.

Æquicolus, & Equicolus, Gentile, & proprium, de quibus in primis syllabis quæ Æ, ante Q, habet uide.

Cuniculus. Martialis:

Gaudet in effoßis habitare cuniculus antris.

Saticulus, gentile. Virgilius Æneidos 7.

Accola Vulturni, pariterq; Saticulus -uu asper.

Periculum, & Redimiculum, quæ ex deriuatione nota quoque sunt, formantur enim à Perire, & Redimire. Iuuenalis:

Paulatim qui longa domi redimicula -uu sumũt.

Periculum notius est, quàm ut exemplis egeat.

V. Ex

V. Ex ijs quæ in ICIVS, exeunt, Apicius propriũ, Aricia, loci nomen, à quo Aricinus, a, um. Conuicium, quod tamen compositum uolunt esse, Laserpiciũ, quod & Laser dicitur. Multicium, uestis genus, quod & per T, scriptũ reperias, Nouicius, Numicius. Quod, tamen et breui I, apud Hor. epist. 19. positũ legitur hoc uersu.

Brundusium Numi – υ υ ci melius uia ducat, an Appi. & Titiuilicium.

Quorum exempla suprà inter Analoga sub sua unumquodq; terminatione, citata habes.

VI. Ex uerbis in CO, Pædico, à quo Pædico, onis nomen, quod tamen ex Græca quadam origine compositum uidetur, quare etiam suprà inter Analoga huius non meminimus. Martialis libro 11.

De cathedra quoties surgis, iam sæpe notaui,
Pædi – – cant miseram Lesbia, te tunicæ &c.

Postremò excipiuntur, & Ceruical, quod ex deriuatione notum est. Febricito, quod ut Febricula, I, longum habet. Martialis eodem libro:

Febricitan υ – υ – tem basiabit, et flentẽ. Scazon est.

Quibus addit Despauterius Iunices, quod ex declinatione I, producit, est enim à nominatiuo Iunix, quo Plautus in Milite usus est.

Et Vaticanus, quod utroque modo ponitur, ut apud Iuuenalem satyra 6.

Et Vatica – – no fragiles de monte patellas.

Et apud Horatium libro Carm. 1. Ode 20.

Redderet lau –υ–– des tibi Va –υυ– ticani –υ–
Mentis imago. Sapphicum est cum Adonio.

Nam Cuticus, & Embricus, et Phericus, quæ idem addit, superioribus ego nusquam etiamnum legi, neq; ipse eorum exempla adducit.

Composita autem, ut sunt, Polynices, Thessalonice, quibus simile & Berenice, cuius exempla paulò suprà, inter ea, quæ E, ante N, habent, posuimus, Caprificus, Matricida, de quo in compositorum regula diximus, Palicus, Prodicus, quod I, breue habet. Orichalcum, quod contra Græcam scripturam corripitur Vt apud Horatium in Arte:

Tibia non, ut nunc, ori –υυ chalco uincta, tubæq;.

Nam Græce per ει, ὀρείχαλκος, ut, ὀρείβασος scribitur. Vt & in Epigrammate illo uidere est, quod à Suida citatur:

Ταῦτάγ ὀρειχάλ –– κου λάλα νύμβαλκ, καὶ μυρόεντα Βόστρυχόμ &c.

Hæc & similia uel ex primitiuis suis, uel ex regula compositorum iudicanda sunt.

I, ante D.

I, ante D, in medijs syllabis corripitur, ut, Myrmidõ, populi nomen, Aufidus, fluuij nomen, Crepida, calciamenti genus. Diuido, siue simplex, siue compositũ dicendum est, & si qua sunt similia. Virgilius 2. Æneid.

Myrmido –υυ num, Dolopúmue, aut duri miles Vlyßi. Idem Æneidos 11.

Amnis

Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus -uu un das. Persius satyra 1.

Non hic, qui in crepi -uu das Graiorum ludere gestit. Virgilius 1. Æneidos:

Diuidit -uu & dictis merentia pectora mulcet. Sic omnia Deriuata in DVS, ut, Lepidus, Liquidus, Candidus, Calidus, Tabidus, Squalidus, Roscidus, Herbidus, & similia.

Et quæ in DIVS, exeunt, propria pleraque, ut, Ouidius, Ventidius, Sabidius, Nasidius &c.

Excepto, Vectidius, quod I, longum ante D, habet, siue à Vectius per contractionem factum est, siue aliunde. Et Isidius, quod uulgo apud Ouidiū in Ibin legitur. Exempla suprà habes libro secundo, de Analogis, in DVS, & DIVS, allegata.

Excipiuntur à regula, Acidalia, (sic enim & à Suida dicitur) fons Orchomeni, Veneri sacer, à quo Acidalius, a, um. Martialis libro 9.

Nomē Acidali -uu a meruit quod arūdine pingit etc. Quanquam fortaßis etiam inter deriuata referri queat. Chelidon, quod hirundinem Græce significat, & quæ inde ueniunt, ut, Chelidonia, herbæ nomen &c. Columella in horto:

Purpureæq; Chelidoni -uu æ, pinguesq; mariscæ. Considero, Desidero, Desiderium &c. siue à Siderum contemplatione, ut Calepino uidebatur, siue à Siderando uerbo, siue etiam aliunde fiunt. Horat.

Tu quid ego, & populus, mecum desiderat – υυ *audi.* Et Catullus:

Cum deside – – – υ *rio meo intemui &c.*

Sunt qui per Y, psilon scribere malunt; ego quia causam non uideo, inter hæc rettuli.

Elegidium, ab Elegia, ut puto diminutiuum, cuius exemplum habes libro 2. inter Analoga in Dium, citatum.

Fastidio, Fastidium, Fastidiosus &c. Virgil. Ecloga 2.

Inuenies alium, si te hic fastidit A – υυ *lexis.*

Formido, as, & formido nomen, quæq; inde ueniunt. Idem Æneidos 3.

Et formida – – *tus nautis aperitur Apollo.*

Et Horatius epistola 17.

Tu nihil admittes in te formidine – υυ *pœnæ.*

Pisidæ & Pisides; populi Ciliciæ, qui antea Solymi, ut Stephanus habet, dicti fuere. Dionysius:

Τοῖς δ' ἐπὶ πισιδέ – υυ ων λιπαρὸν πέδον ἤχι πόληες &c. *Tametsi ex eodem Stephano colligitur primam & secundam huius nominis breues esse. Cuius tamen exemplum non habeo*

Excipiuntur & desinentia in IDO, *deriuatiua, Latina, ut, Libido, Cupido, Formido &c. de quibus libro secundo dictum est.*

Et quæ ex Barbaris & Peregrinis, in DVS, *finiuntur, ut, Godefridus, Sigefridus, & similia, de quibus eodem libro 2. meminimus.*

Postremò Patronymica, quæ à nominibus in EVS.

uel Es, ueniunt, aut alioqui ex contractione I, longum habent, ut Coronides, à Coroneus. Tydides, à Tydeus. Pelides, à Peleus. Alcides, ab Alceo auo: Ita enim pater Amphitryonis appellatur, apud Hesiodum in Aspide, ubi de Amphitryone loquens, inquit.

Ἦρχε δ᾽ ἐ τοῖσιν ἐῢς πάϊς Ἀλκαίοιο.

Neoclides, à Neocles. Heraclides, ab ἡρακλῆς. Euclides, ab Εὐκλῆς. Euerides, ab Eueres. Et similia, de quibus sub terminationibus patronymicorum suprà uide, eodem libro secundo.

Patronymicorũ autem horum exempla etiam alia quædam sequuntur, ut Belides, Posides, Lycurgides, quorum exempla eodem loco habentur. Codrides, Lagides, quæ Priscianus superioribus annumerat, quanquam absque exemplis.

Alybides, quo nomine priapum intelligi uolunt, ab Alyba, siue Alybeus, opinor, quo nomine montem alij, alij lacum, alij etiam oppidum in Ponto appellari tradunt, ut in Coppa, quæ inter Virgiliana refertur.

Huc Alybida ue – uu ni, fessus iam sudat asellus.

Et quæ Despauterius addit, Laïdes, à Laius, fortasis, per contractionem, pro Laijdes.

Phasides, cuius neq; ratio, neq; exemplũ aliquod extat, & Dauides, quo in hac forma siue enclisi, Fortunatus usus est, ut

De magno magnus Dauides – – scripta reliquit.

Euripides autem, quod idem inter superiora recenset, I,

breue habet. Est enim ab Euripus, Euripides, ut à Philippus, Philippides &c. Exempla suprà habes libro secundo, ex Aristophane citata.

Postridie, quod ipsum quoq; ab illo huc refertur, ad composita pertinet, ut & meridies. Terent. in And. Venit Chremes – – υ – postridie ad – – υ – me clamitans &c. Senarius est. Alterius exempla libro 2. uide. Et Acidia, ut uulgò loquuntur, Acedia scribendũ est, ab ἀκηδής, quod negligentem, atq; torpentẽ significat.

I, ante F.

I, ante F, in medijs syllabis non reperitur, prȩterquã in compositis, ubi corripitur, ut aurifex, carnifex, opifex, artifex &c. Plautus in Menæchmis.

Menæchme, amare ait te multum Erotium.
Vt hoc nunc u υ –, – – na opera ad aurifi υυυ, – υυ cem deferas. Trimetri Iambici sunt. Reliqua exemplis non egent.

I, ante G.

In medijs syllabis I, ante G, corripitur, ut caliga, à quo caligatus, & caligula &c. Iuuena sat. 16.

Cũ duo crura habeas, offendere tot cali – υυ gatos.
Sic et uerba in Go, deriuata, ut mitigo, litigo, leuigo, clarigo, fumigo, prodigo, corrigo et similia, quæ ex deriuatione nota sunt. Nam ab ago, ut Grãmatici docent, hæc omnia deriuamur. Et ad hunc modum etiam corriga, ponendum esse Despauterius censet, quoniam sit à corrigo, deductum, quanquã idem exemplum eius non addat.

Arator autem contrà I, longa posuit, ut lib. 1.

Neq; soluere summam

Quæ ligat excelsas humilis corrigia – ∪∪ plantas.

Sed huius exemplũ neminem obstringere debet, quo minus uel rationem, uel exempla meliorum sequatur.

Excipe primo hæc, *Auriga*, quod I, longum habet, perinde, ut & *Bigæ*, et *quadrigæ*, de quibus inter composita diximus libro secundo. Ouid. 2. Metam.

Hic situs est Phaëton currus auriga pa – ∪∪ terni.

Caligo, uerbum, & nomen. Virg. 3. Æneid.

Treis adeò incerta cæca caligine – ∪∪ soles.

Et Æneid. secundo.

Cali – – gat, nubem eripiam, tu ne qua parentis
Iussa time &c.

Castigo. Virgilius Æneid. 4.

Casti – – gam q; moras, opere omnis semita feruet.

Sic & *instigo*, *uestigo*, & quæ inde fiunt. Terentius in Andria.

Age, si non in ∪∪ –, – – sanit satis; – –, ∪ – sua sponte, insti – –, – – ga, atq; Ædepol – – ∪. Iamb. est Tetrameter Catalect. Virgilius in Moreto.

Vesti – – gatq; focum, quem læsus, deniq; sensit.

Hinc *uestigium*, de quo lib. 2. inter analoga uide.

Fatigo. Virg. 9. Æne. *Versaq; iuuencûm*

Terga fatiga – – mus hasta &c.

Fastigium. Iuuenalis satyra tertia.

Quales ex humili magna ad fastiga – ∪∪ rerum.

Extollit

Extollit, quoties uoluit fortuna iocari.

Vectigal, de quo etiam libro secundo inter analoga di-ctum est. Horatius lib. Serm. 2. saty. 2.

Iurgatur uerbis, ego uecti -- galia magna.

Diuitiasq; habeo &c.

Quibus addas licet, & præstigiæ, & præstigiator, & si qua alia eiusdem originis sunt. Plaut. in Captiuis.

Operta quæ fuere, aperta sunt, patent præstigiæ,

--υ--. Iambicus Tetram. Acatalecticus est. Idem in Amphitryone.

Nescio quis præ -- stigiator -υ-υ hanc frustra-tur mulierem. Et rursum in eadem fabula.

Aut pol hæc præ -υ-- stigiatrix -υ-- mulier multo maxima est. Troch. Tetra. Catalectici sunt.

Origanum autem, herbæ nomen, de quo inter superiores Grammaticos contentio fuit, compositum est, eodemq; modo se habet, ut Oribasius, &c. ab eadem origine pro fecta. Exemplum habes suprà ex Nicandro citatum, in primis syllabis O, ante R.

Supra hæc iã dicta excipiuntur & illa, quæ in Go, exeunt, siue deriuata, siue primitiua fuerint, ut Origo, rubigo, siligo, porrigo &c. Iuuenal. saty 2.

Sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porrigine -υυ porci.

Idem satyra quinta.

Sed tener, & niueus, molliq; siligine -υυ factus.

Et Martialis libro nono.

Illa siligne – uu is pinguescit adultera cunnis.
Sed de his superuacaneum est hoc loco aliquid repetere, quando suprà lib. 2. abunde de ijsdem dictum est. Notentur & quæ à longis descendunt, ut infligo, affligo, profligo, infrigido, refrigero, & similia.

I, ante L.

I, in medijs syllabis ante L, corripitur, ut Zoilus, Troilus, Similus, Herilus, & similia. Virgilius, Quintilius, Hersilia, Aesquiliæ, quod etiam Exquiliæ scribitur, etc. Mutilo, rutilo, inquilinus, pestilentus, pestilus, sterilis, dapsilis, & id genus alia. Virgil. 1. Æneid.

Parte alia fugiens amißis Troilus – uu armis.

Idem in Moreto.

Similus – uu exigui cultor cum rusticus horti etc.

Idem Æneidos 8.

Et regem hac Heri – uu lum dextra sub tartara misi.

Horatius libro Carm. 1. Ode 24.

Ergo Quinti – – – u lium perpetuus sopor
Vrget &c. Asclepiadeum est. Mart. lib. 10.

Pro pudor Hersili – uu æ ciuis & Egeriæ.

Horatius satyra quinta, lib. 2.

Ventum est Æsquili – uu as, aliena negocia centum &c. Author priapeiorum.

Si pauper mi – – – u hi sit, uel in u – u – quilinus u – u, Terentius in Hecyra.

Quin spolies, muti – uu – uu les, laceres, quenquem nactasis. Plautus in Aulularia.

Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles – ◡ – .
Troch. Tetram. Catalect. est. Reliqua exemplis non egent. Pestilentus etiã ex compositorum analogia notum est. Sic omnia uerbalia in Lis, ut facilis, agilis, fertilis, utilis, sutilis, textilis, fißilis, fusilis, futilis & similia. Et in Bilis, ut habilis, stabilis, amabilis, affabilis, nobilis mobilis, flebilis, delebilis, scibilis, conducibilis, nubilis, uolubilis &c.

Et quæ in Atilis desinunt, ut Hamatilis, saxatilis, aquatilis, fluuiatilis, & similia. De quibus omnibus supra libro secundo dictum est.

Excipiuntur primo hæc: Asilus, insecti genus, quod Græcè οἶστρος, dicitur. Virg Georg. 3.

Est lucos Silari circa, ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Asilo – – .
Romanum est, Oestron Graij uertere uocantes &c.

Quomodo & gentile Asilus, ponitur, apud Silium libro octauo, ut

Queis Æsis regnator erat, fluuioq; reliquit
Nomen, à & sese populos tum dixit Asilos – – .

Et Asilas, & Asilus propria, siue per y psilon, quod ipse magis probo, siue per Iota (utroq; enim modo inuenias) scribantur, ut Æneid. 9.

Troes agunt, princeps turmas inducit Asylas – – .

Et Iuuenalis saty. 6.

Hos habitus? quando ad paliũ gemit uxor Asyli – – .

Acilius, proprium, apud eundem satyra 4.

Pro

Proximus eiusdem properabat Acilius *– uu aevi.* Cuius generis *& haec sunt:* Duilius, Lucilius, Manilius, *& foemininum* Manilia, Masilius, *& quod inde uenit,* Masilianus, *quod tamen sunt, qui ypsilo scribendũ putant.* Pamilius, Petilia, Venilia, *& quae utroq; modo ponuntur,* Seruilius, *&* Rutilius. *Quorum omniũ exempla suprà inter analoga, libro secundo citauimus.* Aufilenus, *&* Aufilena. Catullus.

Aufi – – lena bonae semper laudantur amicae.

Oileus, *à quo patronymicum* Oilides, *apud* Silium *lib. decimo quarto.* Virgilius 1. Æneid.

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei – –

Strobilus, *apud* Aristophanem *in* Pace, *quem uersum suprà citatum habes libro secundo.*

Trochilus autem, auis nomen, quod Calepinus *produci aiebat, apud* Aristophanem *in* Auib. *corripitur.*

Τρέχω παῖ τορῦ υ–, υυυ νηρ, τροχίλος ὅς – υυ υ– νις, οὑτοσί. Et rursum.

Οἶδ' οὖν ὁ δ᾽ ρᾶς – – υ– σου ὦ τροχίλε υ– υυυ τόρ δ᾽ ἐαυτὸ τηρ &c.

Et Sextilus, *apud* Martialem, *quod* Despauterius *addebat, in nostris codicibus per duplex ll,* Sextillus, *scribitur, ut &* Pompillus, *quando producitur. Locus est libro secundo, ut*

Ex istis nihil es, fateor Sextille, *quid – uu ergo es? &c.* Pompilli *autem exemplum lib. 6. ut*

Rem factam Põpillus *ha – uu bet,* Faustine *legetur.*

Nam

Nam aliàs Pompilus, I, breue habet, ut & Popilius. De quâ re libro secundo quoq; diximus.

Excipiuntur porrò & illa, quæ in ILE, *desinunt, ut ouile, bœdile, cubile, sedile, ancile, monile, &c.*

Et quæ in Ilis *desinentia, à nominibus deriuantur, ut Quintilis, Sextilis, seruilis, herilis, puerilis, iuuenilis, & similia.*

Exceptis paucis quibusdam, ut parilis, & humilis, quorum exempla libro secundo citauimus. Nam sterilis, gracilis, & dapsilis, ad regulam pertinent, non enim primitiua nomina habent, ut superiora, à quibus formẽtur. Et *similis, facilis, agilis, inter uerbalia recẽsentur. Sunt tamen superioribus similia, exilis, subtilis, aprilis, ex quibus postremum hoc, ab aperiendo dictum uolũt, ut etiam* Ouidius *innuit, lib.4.* Fast. *ubi inquit.*

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum &c.

Subtilis autẽ Priscianus *ab antiquo* Subtel *deducit, unde minus dubia illius quantitas quoq; est. Tertium aũt à nullo certo primitiuo deducitur, sed tamen quantitas ea, quam diximus, certa est, ut apud* Ouid. 6. Metam.

In latere, exi -- les digiti pro cruribus hærent.

Item festorum nomina, Fœnilia, Palilia, *quæ ipsa quoq; ad deriuatorum analogiam pertinent.*

Et composita, Argiletum, *ut apud* Martial. lib. 1.

Argi -- letanas mauis habitare tabernas. Tametsi sint, qui hoc loco geminum ll, scribunt. Sed Despauterius *censet genitiuum* Argi, *integrum esse, eoq; ipsum* I, *produci*

produci, argumento inde sumpto, quod eodem libro alibi legitur.

Arg nempe — — — υ soles subire lethum &c.

Primipilus, de quo dubium non est, quando & pilus I, *longum habet, ut suprà ostendimus.*

Et *Achilus, quod à* χεῖλος, *factum uolunt.* Et *Crocodilus, quod ipsum quoq; deriuatum magis, quàm simplex uidetur esse, ut apud* Iuuenalem *satyra ultima.*

Ægyptus portenta colit, Crocodilon a — υυ dorat
Pars hæc &cæt.

Et *ad hoc exemplũ, etiam Galilæa à* Iuuenco *ponitur, ut*
Inde Galilæ — — am repetens saluator Iesus &c.

Quanquam idem etiam breuj eadem uocali ab eius ætatis scriptoribus positum inuenias.

I, ante M.

I, *in medijs syllabis ante* M, *corripitur, ut* Ocimum, *de quo suprà diximus.* Animus, *anima, animal, & quæ inde fiunt, ut* Metam. 1.

Pronaq; cum spectent ani — υυ malia cætera terras,
Os homini sublime dedit &c.

Sic omnia superlatiua in Mus, *quæcunq; in penultima consonantem habuerint, ut* tenerrimus, *doctißimus, humillimus, intimus, proximus, infimus &c.*

Excepto primus, ut suprà, de superlatiuis dictum est.

Et *quæ in* Monium, *exeunt, ut matrimonium, patrimonium, de quibus inter analoga diximus.*

Item, quæ in Timus desinunt, deriuata Latina, præcedente I, ut legitimus, finitimus, maritimus &c.
Et in Simus, præcedente E, ut centesimus, millesimus, ultimus, & similia. Quorum exemplo & Græca eiusdem terminationis corripiuntur, ut Stasimus, serui nomen in Trinummo Plauti, Zosimus, Morsimus, poëtæ nomen, apud Aristophanem in Ranis. Enæsimus, & similia, ut

Est ne hoc quod di --, -- co Stasime, cum -uu u- considero. Et rursum.
Saluere Les --u- bonicum, & Stasi u-, -uu mum, dij duint &c,

De uerbalibus in Men, quoniam alia longum, alia breue I, habent, libro secundo uide.

Excipiuntur à regula: Alimenus, proprium, quod tamen inter composita referre malim. Exemplum suprà habes circa E, ante N, ex Statio citatum.
Ariminum loci nomen. Lucanus lib. 1.

Vicinumq; minax inuadit Ariminum, & -uu ignes
Solis lucifero fugiebant astra relicto,

Opimus, & quod inde uenit, Opimius. Horatius satyra tertia, lib. 2.

Pauper Opimius -uu argenti positi intus & auri.

Opimus notum est, & habes exemplum suprà quoq;.
Sic & quadrimus, & similia deriuata, de quibus inter analoga uide, ut & de patrimus, matrimus, quæ si analogiam spectes, producenda uidentur, sin autoritatem

recen

recentiorum, corripientur.

Composita exceptione opus non habent, nam uel ex simplicibus noscuntur, ut Polytimus, Theotimus, Adimantus, Alimon, & similia. In quibus I, longum est, uel ex regula sua iudicantur, ut penthemimeres, à πέντε, ἡμι, & μέρος, compositum. Archimedes, ab ἄρχι, corrupto, & μῆδος, in quibus eadem uocalis breuis est. Neq; enim Capellam imitandum censeo, qui posterius hoc nomen longa I, posuit, lib. 6. hoc uersu:

Archi- - medea astrificante manu. Est enim eadem compositionis ratio in hoc, quæ in Archilochus, Archigenes, Archidamus, Archimagirus, & similibus.

I, ante N.

I, ante N, in medijs syllabis, corripitur, ut Acinus, facinus, geminus, terminus, pampinus &c. Lancino, circino, inquino, fascino &c. ut in Bucolicis.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat -υυ agnos,
Et apud Claudianum in quartum consul. Honorij.
Inquinat -υυ egregios, adiuncta superbia mores &c.
Sic & succinum. Iuuenal. saty. 6.

In cuius manibus ceu pinguia succina -υυ tritas
Cernis Ephemeridas &c.

Itiner, ut apud Manilium libro primo.

Fecit & ignotis iti -υυ ner commercia terris &c.
Et tintino, pro resono, ut Despauterio & Calepino placet, qui Sapphicum Catulli, allegant illud opinor, quod est in Epigrammate ad Lesbiam.

Tintinant au -υ-- res, gemina teguntur

Lumina nocte &c. Pro quo Aldina æditio habet tinnum, & Trochaicum illud Afranij, in quo tintimre, in quarta coniugatione, sed eadem quantitate ponitur, ut

Tintinire -υ-υ ianitoris impedimenta audio.

Est enim necesse in Trochaico puro, locis imparibus, uel Trochæum, uel Iambum poni. Sed tamen repugnat Iuuenalis illud saty. 6.

Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas

Pensari &c. Quod Despauterius necessitate quadam produci ait, & per Diplasiasmum, ut ex eo colligere licet, defendit.

Excipiuntur primo hæc: Acinaces. Valerius Flaccus libro sexto.

Insignis manicis, insignis Acinace -υυ dextro.

Acesines, fluuij nomen, apud Dionysium. Sic enim ipse eo utitur, ut

Hic ubi præcipitē scopuli fundūt Acesinen --. Græce. Οἱ λοξὸν ἀπὸ σκοπέλων ἀκεσίνην --

Συρόμενον δ' ἔχεται &c.

Caminus. Virgilius Æneid. 3.

Impositam, ruptis flammam expirare caminis.

Catinus, uel catinum. Horat. sat. 4. lib. 2. Serm.

Angustoq; uagos pisces urgere Catino --.

Cuminum, quod & cyminum dicitur. Persi. sat. 5.

Rugosum piper & pallentis grana cumini --.

Couinus

Couinus, currus. Martial. lib. 12.

O iucunda – – – υ Couine so υ – υ – litudo

Carruca magis, essedoq; gratum. In quibusdam libris tamen etiam Couinnus, per geminum nn, scriptum uideas.

Echinus. Martialis in Xenijs.

Cortice deposito mollis Echinus e – υυ rit &c.

Festinus, festino. Virgil. 2. Æneid.

Festi – – nate uiri, nam quæ tam sera moratur

Segnities? &c.

Gelasinus, quod tamen ad deriuata magis pertinet. Exemplum suprà aliquoties habes.

Inquilinus, quod ipsum quoq; primitiuum non est. Exemplum uide I, ante L, in medijs.

Opinus, opinor, opinio &c. Ouid. 1. Metam.

Nocte grauem somno, nec opina perdere morte

Me parat &c.

Omnino. Virgil. 4. Æneid.

Non equidem omni – – no capta, aut deserta uideres.

Propino, de quo inter composita uide.

Popino, ut & popina. Horat. saty. 7. lib. 2.

Imbecillis, iners, sim quiduis, adde popino – –.

Puluinus, puluinar &c. Iuuenal. saty. 6.

Fœda lupanaris tulit ad puluinar o – υυ dorem.

Supinus, à quo supino uerbum &c. Horatius eadem satyra lib. 2. *Me dixerat ille*

Duci uentre leuem, nasum uidere supinor – υ.

Vu 2

Sagno, cuius exemplum uide libro secundo, de analogis in Na. Salinum. Horatius Ode 16. lib. 2.

Viuitur paruo bene, cui paternum
splendet in men – υ – – sa tenui – υυ – salinum
υ – υ. Sapphica sunt.

Addit his Despauterius *Pastinaca, herbæ nomen, exemplo eius, qui uulgò Macri nomine circumfertur, apud quem legitur:*

Et Pastina – – cæ uirtus in semine tantum.

Sed hic author tantus non est, ut authoritati illius tutò confidere poßis.

Morticinum, cuius nullum exemplum idoneum, ac certum extat. Agnor, uerbum, quo uilia negociari, significari aiunt, quod quidem obsoletum & inusitatum est, sed tamen, quia ab Agna factum uidetur, non immeritò eandem quantitatem, quam habent ea, quæ in Na, exeunt, retinet. Destinatus autem, quod à Iuuenale satyra quarta I, longa positum est, hoc uersu.

Et domini gladijs iam desti – – nata, sed olim
Prodigio par est &c. Ipsius authoritati condonemus. Nam apud cæteros certè, destinatus, ut & obstinatus, uerbi sui quantitatem seruat, ut apud Horatium Libro secundo Carm. Ode 18. Nulla certior tamen

Rapacis Or υ – υ – ci fine de – – υ – stinata υ – –.

Est enim Catalecticus Trimeter Iambicus, ubi necesse est penultimum pedem Iambum esse, quemadmodum uidere est, in cæteris omnibus eiusdem scenæ talibus iam

bicis

biceis & Catullus.

Sed obstina v–v– tamente perfer, obdura &c.
Scazon est. Ipsius autem uerbi exemplum est hoc Virgilij, Æneid. 2.

Composito rumpit uocem, & me destinat – vv aræ,
Composita, ut Hexaclinũ, Architriclinus &c. ex superioribus petantur. Secundo excipiuntur omnia derivata in Nus, a, um, siue ea propriè, siue appellatiuè usurpentur, ut Perusinus, Venusinus, Iustinus, Lupinus, Matutinus, Vespertinus, Formicinus, Soricinus, Mediastinus, quod tamen per Y, quidam scribunt, Clandestinus. Demptis tamen hinc primo Latinis, quæ in Ginus, exeunt, ut Faginus, Oleaginus &c.

II. Quæ ab aduerbijs tẽporis, ueniunt, ut pristinus, crastinus, perendinus &c. Et postremo Græcis, quæcunq; à nominibus temporum, materiarũ, florum, herbarum, arborum, lapillorum, odorum, colorum, & similium deriuantur, ut sunt: Earinus, Therinus, Bõbycinus, carbasius, Crocinus. Prasinus, Spadicinus, Ampelinus, Cristallinus, Amethystinus, Thalassinus, et quæcunque alia apud Græcos accentu in fine acuto scribũtur. Eam enim differentiã quantitatis, inter ea, quæ in ινος, Græcè desinunt, Gaza tradit. Lucretius lib. 4.

Auro includuntur, teriturq; Thalassina – vv uestis.
Sed de his li. 2. inter analoga tractauimus, citatis eodem loco, suis cuiusque generis exemplis.

III. Excipiuntur omnia propria in Nus, uel Nius

a,um, desinentia, siue ea rerum, siue personarum fuerint, ut Arginus, puer ab Agamemnone amatus, apud Propertium libro tertio Erginus, gubernator Argûs, qui Tiphyi successit. Erasinus, Ticinus, fluuiorum nomina. Euxinus, quod per extensionem εὔξεινος, ἀ ξένος *dicitur, Solinus, Carinus, Latinus, Photinus. Et piscium nomina, Echinus, Coracinus &c. Excepto Carcinus quod ab Aristophane corripitur, ut paulo infrà uidebimus. Sic Messalina, Medullina, Thelesina, Camerina. & neutra, Albinũ, Arpinum, Aquinum, Silicinũ, & similia. Item quæ puram ultimam habent, Verginius, Gabinius, Verginia, Lauinia, Corfiniũ, Delphiniũ; quod tamen ex deriuatione etiam notum est, & id genus alia. Cum quibus et Patronymica in Ne adde, ut Nerine, Adrastine, Nonacrine &c.*

Sed tamen ab hac exceptione tolluntur non pauca, ut ex ijs, quæ in Vs, exeunt, Æschinus, quod ubiq; apud Terentium corripitur, ut Quid tristis es? rogitas me? *ubi nobis Æschines --υυ* Et

Quid aũt? maior filius tuus Æschinus υυ-, υυ.

Quo pacto et Aeschines apud Græcos ponitur, ut apud Aristo. in Auib. Τατ' αἰσχίνου υ-υ- γ' ἅπαντα καὶ λῶσον μὲν ἤ, Τὸ φλέγρας πεδίον. *Et in Vespis.* Καὶ σὺ προσθεὶς -υ-- αἰσχίνη μὲν -υ-- τυφε τῆ σελλαρτίου. *Troch. Tetra. Catal. est. Carcinus, tam appellatiuũ, quàm propriũ, ut etiã Gaza testatur, qui hoc unũ excipit ex ijs, quæ in ινος, exeunt grauitona. Aristoph. in Pace.* Εὐδαι

Ευδαίμονε --υ- δεξιὸς φανεὶς υ-υ- τ̃ καρ κίνου --υ- στροβίλων υ--. Tetra. Iambicus Catalecticus purus est. Itaque & paribus locis iambum solum recipit.

Cælmus proprium, apud Silium libro 7. Cyminus, Fucinus, lacuum nomina Æneid. 7. Lycinus, apud Horatium. Morinus, & Torinus, gentilia, alterum apud Virgilium, alterum apud Valerium. Item Asinius, ut apud Catullum:

Inter cœnam A ---υ sini manu υ-υ- sinistra etc.

Herminius, Lycinius, quod tamen à Lycinio formari uidetur. Sterinius, Tarquinius. Et quæ in A, desinunt. Asina, loci nomen, Apinæ, quod nomen etiam in prouerbium abijt, Catina, Fascellina, Siciliæ loca. Silius li. 14.

Mille Thoanteæ sedes Fascellina -υυ diuæ &c.

Mutina, Proserpina, Ruspina. Sarsina, Statina, et quod Despauterius addit, Felsina. Item Fulginia, Sardinia, & quod Ausonius contra ueterum exempla corripere ausus fuit, Scatinia.

Et quæ in in VM, neutra, Ariminum, Tauromінium, & quod utroque modo positum reperitur, Lauinium. Quorum omnium, exceptis quæ modo citauimus, exempla habes libro 2. sub sua quodq; terminatione.

His & illa adde, quæ ex superiore exceptione quoque nota sunt, ut, Earinus, Myrinus, Myrrhina, & si qua similia, ut apud Martialem libro 9.

Dicunt Ea --- υ rinum tamen υ-υ- poëtæ.

Et apud eundem libro 12.

Nuper cum Myri –uu no peteretur mißio læso.

Et apud Terentium in Hecyra:

Multò prius sciui quàm tu illam habere amicā Myrrhina – –uu. Tetrameter Iamb. Acatalecticus est.

Myrine tamē propriū Amazonis, cuius & Hom. meminit, et nos supra mentionē fecimus, penult. longā habet. Alcinous autem, & Arsinoë, & Albinonanus, quæ à Despauterio adduntur, neque terminationis præsentis sunt, neque simplicia, quare ad compositorum regulam referantur.

Vt & Gallicinus, cuius exemplum idem ex Sidonio citat hoc uidelicet:

Sancti & Galli – – –u cini manū o u–u–sculata etc.

Alcinoi exemplum habes in Priapeis, ut:

Si quot habes uersus, tot haberes poma Priape

Esses antiquo ditior Alcino –uu o.

Arsinoes, apud Lucanum libro 10. ut:

Cæsaris Arsino–uuë, quæ castra carentia rege

Vt proles Lagea tenet &c. Sic enim legendum, non ut Despauterius alibi putat, Arsione. Albinonani autem apud Horatium epist. 8. ut:

Celso gaudere, & bene rē gerere Albino –uu nano etc.

Præterea & Matinessa, quod apud Mar. li. 1. ponitur. Et Vatinessa, pro quo alij Touenissa scriptum habent, quoniam et ipsa nō in terminatione, sed statim post primam syllabam I, ante N, habent, ad regulam pertinent,

non

non ad exceptionem. Exempla Martialis sunt, in Epigrammate ad Lucium, hæc:

Et quæ fortibus excolit iuuencis

Curuæ Manli ---v us arua Ma v-v- tinesse v--. Et ibidem:

Et paruæ ui ---v da pura Va v-v- timesse v--, ut Despauterius legit, nam alij, ut dixi, Toue iussa legunt.

Quo pacto et de cæteris iudicabis, quæ aliam enclisin, habēt quā quæ his præscripta est, ut sunt Frusino, apud Iuuena. Darcino apud Auso. ad Paulinum, & similia. Vtinum autem proprium loci, quod ex Nestore, allegat Despauterius, & Aliminius, quod itidem inter ea, quæ corripiuntur, ab eodem numeratur, mihi, ut liqui do dicam, ignota sunt. Quanquam non dubito, plura etiam, quàm fortasse sunt, quæ enumerauimus, inueniri posse, si quis diligenter poëtas, præsertim Græcos, euoluat, sed nos interim communioribus hisce contentissimus.

Postremò excipiuntur substantiua in NA, primæ declinationis, Latina potissimum, aut à Latinis usucapta, ut sunt, Rapina, Culina, Popina, Officina, Tonstrina, Regina, Vrina, Hemina, Sagina, cuius uerbum Saginare, ut libro secundo ostendimus, contra ueterum exempla corripuit Calphurnius, & id genus alia, quæ in superiores exceptiones non cadunt.

Et quæ in VM, desinunt neutra, ut, Pistrinum, Sali num,

num, de quo tamen etiam suprà paulò meminimus, & similia. Ex quibus tamen rursum & hæc tolluntur, Fœmina, Fuscina, Fiscina, Gausapina, uestis genus. Lamina, Machina, Nundinæ, Patina, Pagina, Sarcina, Sibina, Trutina, & quod utroq; modo ponitur, Rhesina &c. Horum alia per se notiora sunt, quàm ut ulla probatione egeant, cæterorum exempla suprà uide libro secundo, ubi eadem hæc terminatio tractatur.

Nota autem hoc loco etiam Pyrine Græcum, quod nucleum seu granum significat, à quo Apyrina poma dicuntur, ut apud Martialem in Xenijs:

Cocta suburbanis mittuntur Apyrina –∪∪ ramis.

& siqua alia huius rationis.

Buccina, ut & Fidicina, ex simplicibus spectentur, sunt enim deriuata.

I, ante P.

I, in medio dictionis ante P, corripitur, ut, Manipulus, Discipulus, Muscipula, & similia. Teren. in Eunu.

Cedo alios, ubi ∪∪∪, –∪∪ Centurio est San –∪∪ –– ga & manipulus –∪∪ ∪– furum eccum adest.

Tetrameter Iambicus est. Neque potest in hac syllaba, quæ in Manipulus penultima est, per syncopā, ut aliàs solet, in scansione elidi, neque item quæ secunda eiusdem uerbi est, aliter quàm correpta poni. Id quod ex lege metri cuiuis facile apparet. Quare dubitatio illa sublata iam est, qua in controuersiam nomen hoc à quibusdam uocabatur, utrum I, ante P, breue, an longum haberet.

Discipuli exemplum habes apud Martialem libro 9.

Discipu –υυ *los dimitte tuos, uis garrule quantũ*
Accipis, ut clames, accipere ut taceas &c.

Muscipula, etiam ex deriuatione notum est, perinde ut & Decipula.

Eodem autem modo se habent & Græca hæc composita, Oedipus, Amiphus, Amipho, & similia. Terentius in Andria:

Non Hercle intelligo, non? hem. Non, Dauus sum, non Oedipus – –υυ. *Tetrameter Iambicus est.*

Idem in Phormione:

Amore abun υ–υ– *das Antipho* – –υ–.

Dimeter est Iambicus. Statius 9. Thebaid.

Sternit Hyona Chromis, Chromin Antiphus, –υυ
Amiphon –υυ *Hypseus &c.*

Excipiuntur, Aliphæ, à quo Aliphanus. Horatius satyra ultima:

Inuertunt Alipha – – *nis uinaria tota.*

Enipeus, fluuij nomen. Ouidius 1. Metamorph.

Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus – –.

Euripus. Lucanus libro 5.

Euri – – *pusq; trahit, cursum mutantibus undis.*

Et Silius libro 14.

Euboici non per scopulos illisa Caphareo
Euri – – *pi magis unda furit &c.*

Obstipus, ut & Obstipo uerbum, & Constipo, ex primis syllabis pete. Sunt enim hæc composita, Scriphos insulæ

insulæ nomen. Statius 1. Achilleidos:

Cyclades hinc spretæ, Myconosq; humilisq; Seriphos – υ.

Lubrica nascentes implent conchylia –υυ lunæ:

Massyli, & Massylia. Virgilius 4. Æneidos:

Massy –– liq; ruunt equites, & odora canum uis.

Hinc & Masæsyli dicti uidentur. Sed Dionysius tamen Y, breue in hac uoce posuit, ut:

Ενθα μασαισύλι – υυ οἵτε καὶ ἀγρόνομοι μασύλῆες.

Quod eò minus mirandum, quando idem et in superiore nomine eãdem uocalem corripuit, ut in præsenti exemplo patet. Nisi quis uersum ipsum corruptum existimet, legatq;.

ἔνθα μασαίσυ –– λοίτε καὶ ἀγρόνομοι μάσσυλοι.

Quod tamen ad doctiores reijcio. Maßilia autem per Ιῶτα, quod Græci μασσαλία scribunt, I, corripit, ut apud Lucanum libro tertio:

Maßili –υυ am bellis testatur fata tulisse.

Et Ancyle, si illis assentiamur, qui per Y, psilon, hoc no

men scribunt, tanquam ab ἀγκύλοῃ, deriuatum. Nam ipse ex An, compositum puto, idq; etiam Ouidius significare uelle uidetur libro 3. Fastorum, ubi ait:

Idq; ancile uo –υυ cat, quod ab omni parte recisum est,
Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.

Deinde & Græcum ἀγκύλοῃ, à Poëtis Græcis ferè corripitur, ut in Epitheto illo Iouis, quo crebrò Homerus utitur, ut Iliados 2.

Οὐκ ἀγαθὴ πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔστω
Εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλο–υυ μήτεω &c.

Vt & Latinum Angulus, quod ab eadem origine Græca uenit, quemadmodum in superiori exemplo Ouidij uidere est.

Eodem autem modo & Abyla, montis nomen, quod ipsum quoque inter ea quæ producuntur, à Calepino & Despauterio ponitur, apud Dionysium, Y, breui legitur, ut in hoc uersu:

Ἐν δὲ οἱ ἄκρη
στηλάων ἀλύ –υυ βηκεῖται μία, τῆς δ' ὑπένερθεν &c.

Et Condyloma, quod author carminis de herbis produxit, hoc uersu:

Vstum curat eas, & Condy –– lomata soluit,

ex deriuatione mediam breuem habet. Nam κόνδυλος à quo uerbum κονδυλοῦν descēdit, apud Græcos pariter & Latinos poëtas, quod ego legerim, correpta Y,

ponitur. Vt apud Aristophanem in Pace:

Κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον -υυ ὄψον ἀπ' αὐτῆ. Et Martialis libro 5.

Sed quod non graue sit nec infacetum

Parui tibi ---υ a Condyli υ-υ- sonabit &c.

Et libro 9. ad Condylum struum (sic enim ipse lego, nō per I. ut uulgo habetur. Idq; etiam seruili nomini, magis conuenire puto.

Quæ mala sunt domini quæ serui commoda nescis

Cōdyle -υυ, qui seruum te gemis esse diu.

Crobylus autem loci nomen, quod ijsdem à Despauterio additur, ex quinto Valerij, in nostris editionibus Crobialus legitur, hoc uersu:

Crobia -υυ li latus, & fatis tibi Tiphy negatum.

Parthenium &c. Sic enim et Apollon. habet lib. 2.

Κρωβίαλ, -υυ λον, κρόμναντε, καὶ ὑλήεντα κύτωρον &c.

Composita, ut Asylum, Asyles, &c. eiusdem originis. Eriphyle, Triphyle, Pamphylia, Allophylus, & similia, ex simplicibus suis iudicentur.

Y, ante M.

Y, psilon in medio dictionis ante M, corripitur, ut, Lachrymæ, Lachrymor, sic enim ab omnibus scribi uideo, eo quòd, ut Etymologicis placet, ex Græco δάκρυον factum sit, δ, in λ, conuersa, Etymon, quod & ἐτήτυμον à Græcis poëtis, metri gratia dicitur, à quo Etymologia, Helymus, à quo Helymei, Siciliæ popu

li, & id genus alia. Virgilius Æneidos 5.

Tum duo Trinacrij iuuenes, Hely — υυ mus, Panopesq;. Cætera nota sunt.

Nota composita, ut, Amymone, à μυμῶσαι quod Y, producit, ut apud Propertium libro 2.

Testis Amymo — — ne latices cum ferret in aruis &c. Enthymema, quod à θυμὸς, originem trahit. Cuius exempla apud Græcos Poëtas ubique obuia. Et id genus alia,

Y, ante N.

Y, psilon in medijs syllabis ante N, corripitur, ut, Cindynus, Acindynus, Coryneus, Corynetes, & similia. Ausonius in Epigramma.

Germani fratres sunt, Chrestus, Acindynus — υ υ alter. Et rursum:

Alpha suum Chresto det Acindynus — υ υ ipse sine Alpha

Permaneat, uerum nomen uterq; geret. Vir. 9. Æn.

Emathiona Liger, Cory — υυ neū sternit Asylas etc.

Sic omnia quæ in YNE, desinunt Græce, ut, Sophrosyne, Euphrosyne, Eleemosyna, Mnemosyne, & similia. Ouidius 6. Metamorph.

Mnemosy — υυ ne pastor, uarius Deoïda serpens.

Et Catullus in Asinium:

Verū est Mnemo — — — υ synon mei υ — υ — sodalis.

Excipiuntur Amynon & Amynas, propria. Aristophanes in concion.

Ἀρ' οἶδ' ἀμύ – – υ – νων, ἀλλ' ἴσως ἀρνήσεται.
Et in Vespis.

Ἀμυνίας υ – υ – μὴ ὁ προνάπου φής' οὑτοσί.
Sic & cætera, quæ à uerbis in υνω, ut sunt: ὀτρύνω, αἰσχύνω, ἀμύνω, &c. ueniunt. Habent enim omnia hæc penultimam longam, ut Gaza docet, ut apud Homerum.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι – – περὶ πάτρης.
Et apud Aristoph. in Thesmoph.

Αἰσχύνομαι – – υ – σε, τοὺς γνάθους ὕβρισμένη. Pachynus, quod eiusdem rationis uidetur esse, à παχύνω, Promontorium Siciliæ, quod quidam sunt, qui duplici nn, Pachynnus scribunt, sed tamen & Stephanus & Strabo πάχυνος habent. Virg. 3. Æneid.

Hinc altas cautes, proiectaq; saxa Pachyni – –.
Dionysius aũt in Periegesi idem nomen etiã corripit, ut
Ἄκρα δὲ οἱ πάχυ – υυ νότε πελωρίς τε λιλύβη τε.
Sed huius authoritati quantum tribuendum sit, suprà aliquoties significaui.

Mosyni, populi nomen, cuius exempla suprà habes, in primis syllabis, O, ante S, citata.
Gaza autem etiam generaliter ea produci uult, quæ in υνος, apud Græcos desinunt, citato inter reliqua exẽpla & κίνδυνος, quod nos suprà ad demonstrandã regulam adhibuimus. Quod sanè mirum alicui uideri queat, cum non solum Ausonius, sed & alij eodem nomine, media correpta usi reperiantur, ut etiam nostra ætate,

Erasmus in uersu illo prouerbiali:

Ακίνδυνον υ-υ- γὰρ ἔστι τῆς σιγῆς γέρας.

Quare præceptum hoc illius iudicio relinquamus, nos autem exempla, & usum poëtarum sequamur.

Y, ante P.

Y, psilon ante P, corripitur, ut Sisyphus, Coryphæus, & similia. Ouid. 4. Fastorum.

Septima mortali, Merope, tibi Sisyphe -υυ nupsit.

Et Horatius Oda 14. lib. 2.

Damnatusq; longi

Sisyphus -υυ Æoli -υυ des laboris -υ-υ. Dactylicum Logaœdicum est. Aristoph. in Pluto.

Ἔπειτ᾽ ἐκεῖ υ-υ- κορυφαῖος ἐ υυ-υ- στηκὼς βέρου.

Y, ante R.

Y, psilon, ante R, in medijs syllabis corripitur, ut Argyrus, & quæ inde fiunt, Argyrius, Argyrippus. Satyrus, Satyra, & quæ ab eadẽ origine ueniunt, Lamyrus, Thamyris, Tomyris, Ephyre, Anticyra, Halmyrotes, & similia. Martialis lib. 10.

Cydæstare --, -υ putabis Hal υ-υ- myroten υ--. Horatius saty. 3. lib. 2. Serm.

Nescio an Anticy -υυ ram ratio illis destinet oẽm. Ouid. in Epistol. Medeæ.

Hic Ephy -υυ ren bimarẽ, Scythia tenus ille niuosa Omne tenet &c. Ouid. 3. de arte.

Tu licet & Thamyrin uincas, atq; Orphea cantu.

Tomyris exemplum in primis syllabis uide. Lamyri, in ijs, quæ L, ante R, habent. Cætera nota sunt.
Huc pertinet & Philyra, arboris nomen, quo etiã Chironis Centauri mater appellata fuit, & ipse Chirõ Phillyrides, geminato ll, uersus, ut puto gratia, & Philyreius uocatus. Ouid. 5 Fastorum.

Ebrius incinctus Phily – uu ra conuiua capillos
Saltat &c. Reliqua suprà uide libro 2.

Excipiuntur. Corcyra insulæ nomen. Ouid. in Ibin.

Te Corcyræ – – um Creßia turba putet.

Cosyra, itidem insulæ proprium. Idem 3. Fast.

Fertilis est Melite, sterili uicina Cosyræ – –.

Collyrium, quo oculi inungumur. Horat. saty. 5.

Hic oculis ego nigra meis collyria – uu lippus
Illinere &c. Etiam Collyra, panis, siue placentæ genus, à quo diminutiuum Collyris uenit, apud Aristophanem, ut nunc habetur, Υ, breui legitur, ut in eo uersu, quem suprà citauimus.

Κολλύ – – ραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ. Sed tamen idem uersus apud Athenæum aliter citatur, præposita uidelicet coniunctione καὶ, & prima in Collyra, per parellipsin correpta, hoc modo:

Καὶ κολύ – uu ραν μεγάλην &c. Qua ratione eadem syllaba, quæ suprà longa fuit, breuis redditur. Proinde, quando non satis cõstat, utra lectio uerior sit, nomen hoc in medio relinquemus. Nisi q; mihi animus ad superiorem lectionem magis inclinat, eò quòd aliàs quoq;

quoq; κολλύρα, duplici ll, ubiq; ſcribitur, & ſi figura aliqua admittenda fuiſſet, commodius, puto, ἔκτασις τοῦ Υ, propter ſequentem liquidam, quàm parellipſis in prima fieri poterat.

Niſyrus, inſulæ nomen, apud Homerum in Catalogo, ut

Οἳ δ᾽ ἄρα νίσυ – – ρόντ᾽ εἶχον, κράπαθόν τε κάσοντε &c. Καὶ κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν &c.

Niſi quis etiam hic factam ectaſin exiſtimet, cuiuſmodi non dubito fieri in multis alijs huius formæ, præſertim apud poëtas Græcos.

Papyrus, & quod ab eo uulgò deriuari uolunt, Papyrius, à quo Papyrianus, ut apud Iuuenalem.

Creſcit multo damnoſa papyrus – u.

Et apud Martialem lib. 8.

Heu quàm be – – – u ne nunc Papy u – u – riane
Annæi faceret manus Sereni.

Tentyra autem, ut nunc uulgò legitur, utroq; modo poſitum inuenias, ſed pro diuerſis locis. Nam pro Ægyptiaca urbe, cuius & Strabo, & Stephanus meminere, ſed hic Tentyrim, ſingulari numero, uocat, apud Iuuenalem ſatyra 15. corripitur, ut

Qui uicina colunt umbroſæ Tentyra – uu palmæ.

Apud Ouidium autem, ubi de Põtica urbe intelligitur, producta Υ, ponitur, ut primo Triſt. Eleg. 9.

Saltus ab hac contra breuis eſt Tentyra pe – uu tenti. Hoc enim modo & in Aldina æditione legitur. Sed ego, pace tamen aliorum, non Tentyra hoc loco, ſe Aſty

ra le-

ra legendum censeo, qui locus non longè ab Abydo fuit, ut & Strabo indicat lib. 13. his uerbis:

Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ τρωάδι τὰ ἄστυρα, ἃ νῦν μὲν ἀβυδηνῶν ἐστι κατεσκαμμένη πόλις &c.

De Butyri nomine libro secundo, circa terminationem Rum, disputauimus.

Apud Claudianum autem lib. 2. in Eutropium etiam Amphyranus Y, longa legitur, siue hoc inter composita referendum est, siue minus, ut

Cum duce mutatæ uires, Byzantia robur
Fregit luxuries, Amphyra -- niq; triumphi.

Y psilon, ante S.

Y psilon, ante S, in media dictione corripitur, ut Elysius, Odrysius, Ialysius, & similia. Virg. 6. Æneid.

Hac iter Elysi - uu um nobis, at læua malorum
Exercet pœnas &c. Stat. lib. 12. Thebaid.
Odrysi - uu iq; famem stabuli, Siculosq; licebit
Exorare Deos &c. Ouidius septimo Metamorph.
Phœbeamq; Rhodon, & Ialysi - uu os Telchinas.

Excipiuntur, Amphrysus, fluuij nomen. Virg. 3. Geo.

Pastor ab Amphry -- so, uos syluæ, amnesq; Lycei &cæt.

Cambyses, filius Cyri. Lucan. lib. 10.

Camby -- ses longi populos peruenit ad æui &c.

Et Propertius libro secundo.

Non si Camby -- sæ redeant & flumina Crœsi.

Quo pacto & Megabyses, et si qua similia sunt, puto po ni posse, quanquam & Megabyzus, per Z, scriptum re periat. Donysa, insulæ nomen. Virg. 3. Æneid.

Bacchatáq; iugis Naxon, uiridemq; Donysam – u Dionysius, quod compositum est, & ex simplici suo spe ctandum. Vide in primis syllabis Y, ante S.

His additur et Moyses, quoties trisyllabum est, ut apud Sedulium libro 2.

Quid, quòd & Heliam, & clarũ uidere Moysen – –.

Pro quo tamen ipse ueterem Latinorum formam & en elisin sequi mallem.

Et Paralysis, compositum, quod simplicis quantitatem, ex regula sequi debet, tametsi ego exemplum non habeã.

Y, ante T.

Y, psilon ante T, in medio dictionis corripitur, ut Eurytus, Anytus, Æpytus, Lecythus & similia. Ouidi us 12. Metamorph.

Eurytus – uu Hippodamen, alij quã quisq; probabat, Aut poterat rapiunt. Horat. sat. 4. lib. 2. Serm.

Pythagoran, Any – uu tiq; reum, doctũq; Platona. Ouidius quarto Fastorum.

Proximus est titulis Aepytus – uu Alba tuis.

Lecythi exemplum in primis syllabis habes E, ante C. Sic & cõposita, proselythus, quod ab ἤλυθον, siue ἤλυθα, uenit, cuius penultima ex coniugatione breuis est. Prochyte, quod insulæ nomen est, ex πρὸ, & χύω. Virgilius nono Æneid.

Tum Prochy - vu te sonitu alta tremit &c.

Neophytus, Adytum, & similia, quæ ex simplicibus sa is, de quibus suprà dictum, spectentur.

Excipiuntur: *Amythone, puellæ nomen* Ouidius in *epistola Sapphus.*

Vilis Amytho -- ne, uilis mihi candida Cydno.

Berytus, urbs Phœniciæ. Fannius in Dionys.

Antiquamq; Tyrum, & Beryti -- mœnia gratæ.

Corytus, pro theca arcus. Virg. 10. Æneid.

Cory -- tiq; leues humeris, & lethifer arcus.

At Corythus, Italiæ oppidum, patria Dardani (ut quidem Nestor, nomen hoc scribendum esse contendit, nam cæteræ æditiones omnes, quas ego uidi, Goritus, per I, Latinum, & absq; aspiratione scriptum habent) media correpta dicitur, ut apud eundem lib. 7.

Hinc illum Cori - vu ti Tyrrhena à sede profectũ.

Cocytus, quod notum est. Idem Æneid. 6.

Cocy -- ti stagna alta uides, Stygiamq; paludem.

Hasbyte, proprium, apud Silium lib. 2. ut

Venerat Hasby -- te proles Garamantis Hyarbæ.

Et composita, Polymythus. Et de quo suprà aliquoties memini, Calamytus, (ita enim à doctioribus quibusdam scribi uideo) quæ simplicium naturam imitantur &c.

Quibus Despauterius addit & Idolothytum, ex Nestoris authoritate scilicet, qui producendum illud censuerit.

Et Paralyticus, Aratoris exẽplo commotus, apud quẽ nomen hoc Y, producto legitur. Sed quod ad Paralytici uocem attinet, equidem non uideo, cur aliam in hoc quantitatem habeat syllaba ly, atq; in Hippolytus, & similibus, cum ab eadem origine utraq; hæc deriuentur. Deinde quod ad uerbale βυτόν, attinet, & quæ inde fiunt, tametsi satis idoneum, ac certum exemplum non habeam, id quod suprà quoq; dixi, uidetur tamen ex deriuato illo, βουβυτεῖν, quo Græci prouerbiali quoque more utuntur, Nestoris productio refelli posse. Eo enim breui penultima Aristoph. utitur in Pluto, ut

Καὶ νῦν ὁ δε --υ- σπότης μὲν υ-υ- δὸν βουβυτεῖ --υ-. Est enim Senarius Iambicus, cuius penultimam syllabam necesse est breuem esse. Atq; ut à βετόν, fit νουθετεῖν, manente eadem uocali, eademque quantitate, sic opinor & βουβυτεῖν, non aliam habere quantitatem, quàm ipsum uerbale βυτόν, à quo descendit. Sed de hac re etiam suprà egimus, &, ut non immeritò cuipiam uideri posit, plus satis curiose.

Postremo, ut hoc quoq; adijciam, neq; Erythræus, a, um, quo poëtæ plerunq; pro Orientali utuntur, apud Latinos facilè correpta Y, inuenias, sed frequentius producta, ut apud Martialem lib. 8.

Vicit Erythræ -- os tua Cæsar arena triumphos.

Et eodem libro.

Splendet Erythræ -- is pellucida mœcha lapillis.

Et Tibullus lib. 3.

Quid

Quid ůc in Erythræ -- o legitur quæ littore concha. Quo pacto & apud Dioysium, cum de mari dicitur, poni solet, ut

Ος ῥατ' ἐρυθραί -- ης κατεναντίον ἄσι θαλάσσης. Et rursum.

Αυτὰρ ἐρυθραί -- ης πλεύρον ναίουσι θαλάσσης.

Sed tamen nolim ob id contendere, syllabam hanc perpetuò longam ponendam esse, ne mihi accidat, quod suprà aliquoties, ut falsus postea deprehendar, cogarq; ipse iterum refellere aliquando, quod antea approbarim. Nā rursum in dictione Erythini, quo montes Paphlagoniæ quidam significantur, quos ab eadem origine διὰ τὴν ἐρυθρότητα τοῦ χρώματος, ut inquit Commentator Apollonij, dictos uolunt, eadem uocalis correpta inuenitur, ut apud Apollonium lib. 2.

Σησάμον, αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' ἐρυ -υυ θίνου. Et apud Homerum Iliad. 2.

Κρῶμνάντ' αἰγιαλόντε καὶ ὑψηλούς ἐρυ -υυ θίνους. Quamuis in superiori uoce, præsertim in Latino carmine, puto productionem tutiorem esse.

Atq; hæc de medijs syllabis pro, eo atq; initiò institueramus, satis opinor multa. Restat igitur, ut & finales adijciamus.

DE MEDIIS SYLLABIS
A, in fine.

In A, desinentia declinabilia corripiuntur, ut terra, tela, corpora, cornua &c. Virg. Æneid. 3.

Terra pro – vu cul uastis colitur Mauortia campis.
Idem Æneid.7.

Tela no – vu uant Atina potens, Tyburq́; superbū.
Et rursum Æneid primo.

Scuta uirûm, galeasq́; & fortia corpora – vu uol- uit. Et Æneid.3.

Cornua – vu uelatarum obuertimus antennarum.
Eandemq́; quantitatem etiam seruant nomina, quoties pro aduerbijs ponuntur, ut apud eundem in Buco.
Vidimus & qui te transuersa tu – vu entibus hircis.
Vbi transuersa, pro transuerse, & obliquè, ponitur.
Pertinet autem regula hæc ad omnes partes declinabiles, siue eæ nomina, siue pronomina, siue participia, fuerint, idq́; tam Græca, quàm Latina. Latinorum exempla superiora illa fuerint. Græca autem, ut sunt Arethusa, Ceroma, & quæ accusatiuo casu dicuntur, Antea, Phyllida, Pallanta, Thoraca, & similia, his probantur. Virgilius Ecloga ultima.

Extremum hunc Arethusa mi – vu hi concede labo rem &c. Martialis lib.4.

Ne lutet immundum nitidos Ceroma ca – vu pillos.
Virgilius Æneid.1.

Antea – vu Sergestumq́; petit &c. Idem Ecl.3.

Phyllida – vu mitte mihi &c. Idem Æneid. 10.

Hac uos, & Pallanta du vu cem prima alta reposcit.
Et rursum Æn.11. Telaq́; trunca uiri, & bis sex thoraca pe – vu titum, Perfossumq́; locis.

Excipi

Excipiuntur à regula primo, Ablatiui primæ declinationis, ut sunt à Troia. In mensa. Cum cythara &c. Idem Virgilius primo Æneid.

Hunc lætum, Tyrijsq; diem, Troiaq; pro – uu fectis
Esse uelis. Et eodem.

Dixit, & in mensa, lati – uu cum libauit honorem. Et rursum. Tũ proceres alij, cythara cri – – nitus Iopas
Personat aurata &c.

Notant tamen quidam hoc loco ablatiuum Ora, pro regione, quasi qui apud Silium lib. 3. breui posteriore ponatur, hoc uersu:

At puer obsessæ generatus in ora Sa – uu gunthi.

Sed ego cum Despauterio sentio, qui ora, hoc loco accusatiuo casu ab os, non ablatiuo dici putat, ut sit in ora, pro in conspectu, positum.

II. Excipiuntur uocatiui nominũ Græcorum in As, primæ, uel tertiæ declinationis, masculinorũ, ut Aenea Palla, Atla, & similes. Virgil. 10. Æneid.

Vigilas ne deûm gens
Ænea, uigi – uu la, & uelis immitte rudentes,

Idem Æneidos undecimo.

Non hæc ô Palla, dede – uu ras promissa parenti.

Et Ouid. 4. Met. Tempus Atla ueni – uu et &c.

Ad quem modum & Anchisa, ab Anchises, apud Virgilium Æneid. 3. uulgò legitur, ut

Coniugio Anchisa, Vene – uu ris dignate superbo.

Pro quo tamẽ Priscianus Anchise legit, ut à Laërtiades Laërtiade.

pterea quod apud poëtas etiam ab his nominibus, in E. uocatiui reperiuntur. Quorum exempla, et Græca quædam citat Priscianus lib. 7. & item hæc uidentur esse, quæ apud Virgilium paßim leguntur, Polite, Achate, &c. quæ eodem modo, ut superiora E, longum habent, id quod ipse Priscianus testatur, & ex scriptura quoque apparet, quoniã Græcè per η, scribuntur, ut apud Apollonium 3. Argonautic.

Αἰήτη κεί – – νην μὲν ἄφαρ διέχευαν ἀέλλαι.

Quod autem Horatius in Sermonibus etiam Atrida uocatiuum corripuit, hoc uersu.

Ne quis humasse uelit, Aiacem, Atrida ue – υυ
 tas cur? Latina formatione fecit. Est enim hic uocatiuus, non ab Atrides, sed ab Atrida, quo nominatiuo Propertius usus est, ut

Non ita Dardanio gauisus Atri – υυ da triumpho.

Cæterum inueniuntur & nominatiui Græcorum A, lõga positi, quanquam in cæsura ferè, ut apud Stat. lib. 4.

Dat Nemea comi – υυ tes &c. Et ibidem.

Non Tegea, non – – ipsa dea uacat alite uelox. Cyllene. Et rursus eodem.

Quos Pylos, & dubijs Malea ui – – tata carinis.

Et Ouidius in Epist.

Mittit Hypermestra, de – – tot modo fratribus uni.

Et id genus alij complures. Quorum tamen nonnulli etiam ex Grammaticorum regulis, A, longum habere dignoscuntur. Quas, tametsi Latini non adeò obseruant,

& ferè non, nisi cum Graeca forma magis uti, quàm sua uolunt, quia tamen nonnihil ad hunc locum pertinere uidentur, breuiter, quantum earum habetur, ex tertio Theodori subijciam.

Quæ apud Græcos in A longũ, desinũt.

Habent igitur A longum, Græcè, fœminina, quæ à masculinis in ος, ueniũt, ut θεῖος, θεία, λυδίος, λυδία θεός, θεά, & similia. Excepto δία, à δῖος, quo tam Græci, quàm Latini à breui utuntur. Addo autem à masculinis in ος, quòd quæ à neutris, aut communibus ueniunt, A, breue habent, ut Medea, à μῆδος, Ligea à λιγύς, Alithea, ab ἀληθής, & cæ. Sequuntur enim omnia hæc quantitatem genitiui, primitiui sui, ut sunt: θείου, πονηροῦ, θεοῦ, μήδεος, λιγέος, ἀληθέος, & c.

II. In εια, græcè desinentia, quæ à uerbis in ευω, ueniunt, ut πρεσβεία, à πρεσβεύω. βασιλεία à, βασιλεύω (nam à βασιλεύς, βασίλεια, A, breue habet) & similia.

III. Quæ acutitona apud Græcos sunt, ut ἀρά, χαρά, πονηρά, & cætera adiectiua huius formæ.

IIII. Contracta, ut Nausicâ, ἀθηνᾶ. Et quo Latini quoq; utuntur, Mnâ, pro Mina.

V. quæ in αια, desinunt polysyllaba, ut σεληναία, & similia.

VI. Quæ in δα, uel θα, desinunt, ut λήδα, κισσάτα, & similia.

Postremo, quæ in ρα, præcedente uocali simplici exeunt, ut πτέρα; nam quæ diphthongum ante ρ, habent, corripiuntur, ut μοῖρα, νέαιρα &c.

Quibus adduntur & φαῖδρα, quod tamen ad primam regulam quoq; pertinet, σαῦρα, et ἄγρα. Et præterea quæcunq; accentu in penultima acuto notantur, ut sunt: σοφία, νεμέα, μαλέα, & id genus alia. Sed tamen, ut dixi, has regulas Latini non obseruant, nisi cū græco more magis, quàm suo loqui uolunt, ut in superioribus exemplis apparet. Nam apud Latinos, ut Priscianus docet: Omnis nominatiuus in A, breuis est, siue is apud Græcos eandem uocalem breuem habuerit, siue longam, ut Lydia, Sophia, Phædra, Chærea, Demea, Marsya &c. Quæ græcè λυδία, σοφία, φαῖδρα, χαιρέας, δημέας, μαρσύας &c. dicuntur. Atq; hæc de declinabilibus.

In A, autem indeclinabilia, siue uerba, siue aliarum partium fuerint, omnia producuntur, ut clama, canta, salta, &c. Ouidius.

Si uox, est, canta, si -- mollia brachia, salta &c. Itē, antea, frustra, ultra, supra, intra, extra, interea, præterea, ah, uah, & similia Horat. in Epod.

Pecti nihil --u- me, sicut an --u- tea iuuat u-uu &c. Virgil. 4. Æneid.

Ne quid inexpertum frustra mori -uu tura relinquat. Iuuenalis satyra secunda.

Vltra -- Sauromatas fugere hinc libet &c.
Virgilius Ecloga *secunda.*

Ah Cory -vv don, Corydon, quæ te dementia cepit.
Et Terentius in And.

Nunquã quiui ego i --vv stuc intellige --, -vv re, uah consili v--vv um callidum. Tetrametrum Iambicum est, in Quiui V, in medio liquescit. Cætera nota sunt.
Tolluntur tamen hinc Ita, & Quia. Virg. 11. Aeneid.

Non ita -vv me experti Bitias et Pandarus ingens.
Horatius prima epistola.

Et quia -vv desperes inuicti membra Glyconis etc.
Quibus Aldus & Despauterius *addunt puta, cum pro uidelicet, ponitur, citato hoc Persij ex saty. 4.*

Hoc *puta -vv non iustũ est, illud malè, rectius istud.*
Sed pro eo nostri codices, etiam qui Aldinæ *æditionis sunt, habent.* Hoc *puto, nõ iustũ est &c. ut sit uerbum primæ personæ.* Quemadmodum & *pro* Contra, *quod breui posteriore ex 1. Lucretij. Despau. citat hoc uersu:*

Ne fortè hæc per se cogant nos contra fa -vv teri.
Aldina *æditio habet:*

Ne contra hæc per se cogant nos fortè fateri.
Tametsi eadem dictio apud Manlium semel ita legatur, ut nõ aliter, quã breui posteriore cẽseri queat, ut lib. 2. hoc uersu: Contra ia -vv cet cancer patulam distẽtus in aluũm. De quo quid sentiam, nõ habeo. Apud Virgiliũ certè et cæteros, ubiq; quod sciã A, lõga ponitur, ut

Contra

Contra -- fata monent Heleni &c. In quo uersu neq; cæsura, neque alia aliqua figura prætendi potest. Postea autem, quoties A, longa ponitur, id quod sæpe solet, diuisis dictionibus legi uolunt Grammatici. Vt apud Ouidium 1. Fastorum:

Post ea -uu mirabar, cur non sine litibus esset
Prima dies &c.

Porrò de numeralibus quæ in GINTA, exeunt, controuersia est inter Grammaticos. Aldus, & alij quidam, putant ambigua esse, hoc est, utroque modo poni, alij tantũ lõga esse. pro Aldo facit, quod apud Marti. legitur li. 12.

Sexaginta te -uu ras cum limina mane uiator.

Et apud eundem alibi:

Mutua quod nobis ter quinquaginta de -uu disti.

Et apud Manilium libro 2,

Quod cum totius numeri qui construit orbem
Ter triginta qua -uu drũ partes per syderá reddũt.

Sed hæc alij corrigentes, pro Triginta, & Quadraginta, Tricena, & Sexagena legunt, quo pacto & à nobis ijdem uersus suprà citati sunt. Quod ut concedam in Martiale fieri posse, ita tamen in Manilio, an rectius Tricena quàm Triginta legatur, dubito. Tutius autem omnino, ut puto, scribẽti erit, longa, hæc ponere, quàm correpta, Nam eo modo Virglius, & ipse Manilius eadem nomina posuerunt. Virglius Æneidos 1.

Triginta ma -- gnos uoluẽdis mensibus orbes etc.

Et Æneidos 8,

Trigınta capi — ∪∪ tũ fœtus enixa iacebit. Manil. li. 2.

Trigınta dupli — ∪∪ cat partes, pars tertia decrit.

Et eodem:

Et quinquaginta re — — gũ, regemq́; patreq́; &c.

E, in fine.

Quæ in E, desinunt, corripiuntur, ut Cæpe, cubile, Posthume, Galle, à Ganymede, à uulnere, Ludere, Legere, Viuite, Dicite, Ponè, Penè, Sæpe, & similia. Iuuenalis satyra 15.

Porrum & cæpe ne — ∪∪ fas uiolare, ac frangere morsu &c. Martialis libro 5.

Ille sapit quisquis Posthume — ∪∪ uixit here. Idem eod.

Respicis ore Iouem? de Ganymede lo — ∪∪ quor.

Horatius in arte:

Ludere — ∪∪ qui nescit campestribus abstinet armis &c. Virgilius 3. Æneidos:

Viuite — ∪∪ felices quibus est fortuna peracta etc.

Idem 1. Æneidos:

Ponè su — ∪∪ bit coniunx, ferimur per opaca locorum. Et Propertius:

Sic erepta mihi penè pu — ∪∪ ella mea est.

Atque hoc modo Despauterius etiam uocatiuos Græcorum in ES, *tertiæ declinationis poni uult, ut sunt,* Chreme, Lache *&c. Sed ego quod ad hos attinet, cum* Prisciano *sentio, qui eandem quantitatem horum, & illorum quæ primæ sunt, de quibus suprà dictum est, esse tradit. Est enim utrobique eadem scriptura. Nam ut*

χρύσης

χρύσης ὦ χρύση, sic & χρέμης ὦ χρέμη, scribitur. Eandemq; rationem etiā Latinorum ueterum huius formæ puto esse, ut sunt, Achille, Vlysse & c. Nam exēpla quæ contra Priscianū Despaut. affert, idonea satis non sunt, imò ne certa quidem. Nam apud Martialem libro 2. unde uocatiuum Herme ille citat hoc uersu:

Humane sa ---υ cis Herme, non υ-υ- superbe.

Nostræ inscriptiones non in Hermetem, sed in Hermum habent. Et libro 5. ubi in Hermetem scribit Martial. ibi uocatiuo ubiq; nominatiuo simili utitur, ut:

Hermes Martia sæculi uoluptas

Hermes omnibus eruditus armis.

Deinde apud Ouidium 1. Tristium, ubi ille Oreste uocatiuo casu, E, breui legit, ego Græcorum exemplo Orestā lego, ut suprà ostendi. Vnum est exemplum, Hercule uidelicet, quo se potißimum tueri Despauterius potest, quod tamen ego nō magis pro uocatiuo, quàm pro aduerbio accipio, ut apud Horatium epistola 16.

Verterat in fumum & cinerem, non Hercule -υυ miror &c.

Hoc si cui satis ad probandam correptionem horum uocatiuorum uidetur, per me licet, exemplum sequatur.

Excipiuntur autem contrà à regula, primo: Omnia quintæ declinationis in E, & quæ inde deriuantur, ut sunt, Specie, Spe, Re, Quare, Hodie, Pridie, & similia. Horatius satyra 5. libro 2.

Et

Et genus & uirtus nisi cum re -- uilior alga est.
Martialis libro 1.

Dicetur quare - non Taratalla mihi &c.
Et Ouidius:

Qui non est hodie - cras minus aptus erit.
Sic & antiqui genitiui et datiui in E, ut, Die pro Diei, Fide, pro Fidei, &c. Virgilius 1. Georg.

Libra die so -- mniq; pares ubi fecerit horas.
Et Ouidius 6. Metamorph.

Vtq; fide pi -- gnus dextras, utriusq; poposcit.
Quibus addunt Grammatici & ablatiuum Fame, quod ut ex 8. Gellij, cap. 14. colligitur, Fames quoq; apud ueteres, quintæ declinationis fuerit. Exemplum habes Ouidij Metamorph. 8.

Iamq; fame patri -υυ as, altiq; uoragine uentris.
Attenuarat opes, Et Æneidos sexto:

Obijcit, ille fame rabi -υυ da tria guttura pandens.
Priscianus autem & Tabe addit & Mole, à Tabes & Moles, dicẽs, ueteres etiam tertiæ declinationis nominibus, quæ in ES, longum desinunt, ablatiuo casu E, longum dedisse. Sed de Mole tamen exemplum non affert. Tabe, aut Lucretiũ ostendit usum fuisse hoc uersu:

Imbribus aut tabe mem -- brorũ ambusta uacillẽt.
Quod alij cæsura defendunt, quibus & ego assentior. Nam apud Lucanum certe Tabe E, breui legitur, ut:

Tabe fo -υυ uens bustum, sed iam percusserat astra &c. Quemadmodum & Æne. 5. Mole, ut:

Ingentemq; Gyas ingenti mole ebi – ᴗᴗ merā &c.

II. Excipiuntur uerba secundæ personæ singularis numeri, Imperatiui modi, ut sunt, Doce, Mone, Mane, &c. ut 1. de arte Ouid.

Sæpe mane di – – xit, cū iam properaret Achilles. quod exemplum eò citaui, quòd quidam malè, pro mane, in hoc uersu legerunt.

Notentur tamen ex his Caue, & Vide, quorum caue, ubique ferè corripitur, ut apud Horatium:

Vade, uide, caue – ᴗᴗ ne titubes, mandataq; frangas. Et Ouidius 1. Trist. 1. Eleg.

Tu caue – ᴗᴗ defendas, quamuis mordebere dictis &c. Cuius rationem hanc uolunt esse, quod hoc quoque uerbum tertiæ coniugationis, ut alia multa apud ueteres fuerit.

Vide autem in compositione ferè corripitur, ut, cum particulis SIS, & NE, ut apud Persium:

Sed quid opus teneras mordaci rodere uero
Auriculas? caue – ᴗᴗ sis, ne maiorum tibi fortè
Limina frigescant. Et Virgilius Æneidos 6.

Educet, uidén? – ᴗᴗ ut geminæ de uertice cristæ etc. Quanquam eodem loco Seruius, DEN, inquit, naturaliter longa est, breuem tamen posuit, secutus Ennium. Et adeò est immutata eius natura, ut ubique breuis inueniatur. In uulgari autem carmine, quod Catoni ascribitur, etiam extra compositionem E, breui legitur, ut:

Hoc uide ne rursum leuitatis crimine damnes.

quo modo & apud Comicos interdum positum uideas, ut & Tace, et Abi, & alia quædam contra communem usum. Atque eodem modo & Vale cum uerbo, Dico, compositum, nunc breui E, nunc longa poni uolunt. Ouidius primo Tristium:

Sæpe Valedi -- cto, rursus sum multa locutus.

Et eodem libro:

Idq; quod ignoti faciunt, Vale -uu dicere saltem.

Tametsi ego in priore uersu diuersis dictionibus Vale, & Dicto, legere malim.

III, Excipiuntur aduerbia in E, quæ ab adiectiuis secundæ declinationis, siue comparabilibus, siue secus, deriuantur, ut, Æque, Propere, Eximie, Pie, Pure, & similia. Horatius:

Æque -- pauperibus prodest locupletibus æque.

Valerius libro 5.

Dixerat, ast illi properè mon -- strata capessunt
Limina. Horatius:

Atticus eximiè si -- cœnat, lautus habetur. Tibul. li. 1.

Quid ue pie dũ --sacra coles, pureq; la -uu uari
Te memini &c.

Quam rationem & superlatiua sequuntur, à qualibuscunque positiuis formentur, ut, Minime, Maxime, Pessime &c.

Item hæc, Fermè, ut apud Iuuenalem:

Mobilis & uaria est fermè na -- tura malorum,

Ferè. Idem:

Nulla

Nulla ferè cau -- sa est, in qua non fœmina litem
Mouerit &c Et interiectio Ohe, ut apud Martia lem libro 4. in fine:

Ohe iam sa ---u tis est ohe u-u- libelle &c.

Quo pacto & Bacche, cum quasi materialiter, ut uocant Grammatici, pro principio, seu acclamatione cantilenæ ponitur, apud Horatium producitur, satyra tertia hoc uersu:

Vsq; ad mala citaret Io Bacche, modo -uu summa
Voce &c.

Contra autem tolluntur ab hac exceptione, Bene, Male, & Mage, pro Magis, quanquam postremum hoc nihil attinebat notare, quando aliàs sub exceptionem rectà non cadit.

Bene autem & Male nota sunt, ut:

Non bene - u u conueniunt, nec in una sede morantur &c. Et:

Et male -uu tornatos incudi reddere uersus.
apud Horatium.

IIII. Excipiuntur Monosyllaba in E, ut ME, TE, SE, NE, prohibendi &c. quorum exempla ubique obuia sunt.

Demptis tamen coniunctionibus encliticis QVE, NE, VE, quæ & ipsæ notæ sunt.

Et syllabicis adiectionibus, Pte, Ce, Te, ut in Meapte, Hisce, Tute &c. Lucretius libro 1.

Accipe preterea, quæ corpora tute ne-uu cesse est
Confi-

Confiteare &c. Et libro 4.

Et cuiuscemo – uu di formarum uertere in ora.

Postremò & Græca excipiuntur in E, primæ declinationis, ut, Penelope, Calliope, Herse, Daphne, & similia. Ouidius 2. Metamorph.

Pandrosus & Herse, timi – uu das uocat una sorores &c. Idem libro 1.

Primus amor Phœbi Daphne Pe – uu neia, quē non &c. Et quæ pluralis numeri sunt, ex ἑα, in η, contracta, ut. Mele, Cete, Tempe &c. Lucretius libro 2.

Et cygnea Mele, Phœ –– beáq; dædala chordis

Carmina &c. Silius libro 11.

Ad murmur Cete, to –– to exultantia Ponto.

Sed neq; de his dubium est.

I, in Fine.

In I, finientia producuntur, ut, Domini, Lupi, Serui, Fieri, Legi, Dici, Vidi, Veni, Vici &c. Virgil.

Quid domi –– ni faciant, audent cum talia fures?

Martialis:

Vis fieri li –– ber? mentiris maxime, non uis

Ouidius 2. Trist.

Cur aliquid uidi, cur –– noxia lumina feci &c. Ex quibus exemplis etiam cætera huius formæ iudices licet &c. Eodem autem modo se habent, & Pronomina Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri &c.

Et Gerundia in Di, ut, Cudendi, Legendi, Canendi &c. quæ omnia producuntur.

Et uocatiui, qui per abiectionem ultimæ syllabæ, à nominatiuis in IVS, *fiunt, ut,* Virgili, Sili, Ouidi, Mercuri *&c.* Horatius *libro* 1. *Carm.*

Mercuri fa –υ– – *cunde nepos Atlantis. sapphicum est. Martialis libro* 7.

Maximus ille tuus Ouidi *Cæ* – – *sonius hoc est.* *Idem.* *Sili Casta* – – – υ *lidum decus sororum.*

Excipiuntur primo Græca, in I, *simplex, tertiæ declinationis, siue nominatiui, siue uocatiui, siue etiam datiui casus fuerint, ut sunt,* Meli, *et quæ inde componuntur,* Melimelum, Melilotum, Pari, Nerei, Titani, Palladi, Minoïdi, Tethyi, *& similia. Martialis.*

Infanti Meli –υυ *mela dato, fatuasq; Mariscas:* *Ouidius* 4. *Fastorum.*

Pars thyma, pars rorem, pars meli –υυ *loton amant.* *Idem in epist.*

Bella gerant alij, tu Pari –υυ *semper ama.* *Statius primo Achilleid.*

Fœmineis Nerei do –υυ *lis, hunc mitte, quid aufers?* *Ouidius* 14. *Metamorph.*

Quanta sit herbarum Titani po –υυ *tentia, nulli*
Quam mihi cognitius. *Statius* 1. *Achilleid.*
Palladi –υυ *littoreæ Scyros celebrabat honorum*
Fortè diem. *Catullus.*
Morte ferox Theseus qualem Minoidi –υυ *luctũ*
Obtulerat? &c. *Idem de coma Berenices.*
Luce autem canæ Tethyi –υυ *restituor.*

Addidi autem simplex I, *propter contracta, ut sunt,* Orpheî, Tydeî, Achylleî, Vlysseî, *& similia, quæ per diphthongum extenduntur.* Virgilius.

Orpheî -- Calliopea, Lino formosus Apollo etc.

Notanda tamen ex superioribus uidentur ea, quæ ex prima Græcorum declinatione, apud Latinos in tertiā transeunt, ut, Oresti, Euripidi, Pyladi, *& similia, quæ Græce* ὀρέστῃ, εὐριπίδῃ, πυλάδῃ, *dicuntur. Nam hæc, cum sua forma relicta, alienam atque Latinam induerint, consentaneum est, etiam Latinorum quantitatem exinde sequi.* Martialis libro 10.

Dispeream si tu Pyladi præ -- stare matellam

Dignus es &c. Et ibidem:

Quid quod nil unquam Pyladi do -- nauit Orestes &c. Et rursum:

Teq; putas Pyladi - Calliodore parem. Quanquam *fortaßis etiam ex alijs datiuis inuenias quosdam, qui producuntur, sed id, uel cum Latinam formam sequuntur, uel cum in cæsura ponuntur.* Despauterius ex *sententia* Georg. Vallæ *nullum datiuum Græcum corripiendā putabat, cuius correpti exemplū ante non extaret, sed hæc nostra partitio, certior ac planior ut puto est, & Græcorū proprietati etiam consentanea magis.*

11. Excipiuntur, Mibi, Tibi, Sibi, Vbi, Ibi, *quæ uariantur, ut* Æneidos 1.

Musa mihi cau -- sas memora &c. Et Æneid. 8.

O mihi -υυ præteritos referat si Iuppiter annos.

Et

Et rursum Æneidos:

Hæc ubi – ∪ ∪ dicta dedit, conuerso cuspide montē
Impulit, &c. Et Lucretius libro 2.

Humor dulcis ubi per – – terras crebrius idē &c.

Sic cætera (nota enim sunt.) Nisi quòd in posterioribus correptio est frequentior.

Nisi autem & Quasi tantū corripi uolūt. Oui. in Epi.

Si nisi – ∪ ∪ quæ poterit facie te digna uideri &c.

Et alibi idem:

Et quasi – ∪ ∪ discedens oscula summa dedi. Tametsi etiam ex his; quod posterius est I, longa positum reperitur, sed tamen in cæsura ferè. Vt apud Lucretium lib. 2.

Et deuicta, quasi cogatur ferre patiq; &c. Et apud Rufum in Aratum, ut quidem à Despauterio citatur.

Vt nec curua, quasi de – – ducet cornua, nec tum &c. sed tamen correptio tutior est.

Sic et Vti, in composito, utiq;, corripi solum tradunt, quemadmodū et in Sicuti, apud Lucretium legitur li. 2.

Sicuti – ∪ ∪ quadrupedū cum primis esse uidemus &c. Nam extra compositionem regulam sequitur, ut apud eundem eodem libro:

Pungere uti pos – – sunt corpus, penetrareq; saxa. Et rursum:

Sudor uti maris – ∪ ∪ est minime mirabile habendū.

Cui item quando diuisis syllabis in scansionem uenit, utroque modo positum reperitur, breui posteriore, ut apud Martialem libro 11.

Collatus cu ---u igallus est u-u- Priap.
Et libro 11,

Et credit cu ---u i Posthumil u-u- la diues.

longa autem ut in composito Cuique, apud Manilium libro 4. capite 3.

Sic erit & sedes fugienda, petenda cuiq; &c.

Et in eo uersu quem Despauterius citat:

Ille cui ter -- nis capitolia celsa triumphis &c.

Cui similis ille in Diris, legitur:

Luna cui te -- cum, cur non est & mea mecum.

Quem tamen uersum ipse pro corrupto habeo. Itaque neque in exemplum facile traxero. Et alias quoque correptio in hac uoce quoties diuisis syllabis legitur, minus reprehensionis, ut puto, habet. At quando una syllaba effertur Cui, id quod frequentius fit, etiam synæresi sua longum est. Vt Virgilius in Bucolicis:

Cui pen -- dere sua patereris in arbore poma.

Ouidius 4. Trist.

Cur quoties alicui char -- tæ sua uincula dempsi.

Et Horatius:

Non cui -- uis homini contingit adire Corinthũ.

Porrò apud Comicos etiam Abi, & similes imperatiuos correptos inuenias, ut in Eunucho:

Abi Dorias uu-u- cito hunc deduce ad militem.

Et in Phormione:

Modo ut tacec u-u- re poßis, abi u---uu'sis insci ens. Sed hæc alij fortaßis ad alias figuras referent.

O.

O, in fine anceps est, hoc est, quaecunque in O desinunt, siue nomina, siue uerba, siue quae aliae partes orationis fuerint, ultimam indifferenter breuem, uel longam habent, ut, Leo, Virgo, Nolo, Capto, Quando, Ergo, & similia. Virgilius Æneidos 11.

Impastus stabula alta Leo ceu saepe peragrans.

Martialis libro 1.

Laeserat ingrato Leo -uu perfidus ore magistrum.

Virgilius 1. Æneidos.

O uirgo quam -- te memorem &c. Stat. 1. syl.

Quantum Latonia nymphas

Virgo pre -uu mit, quantumq; egomet Nereidas exto &c. Martialis libro 2.

Splendida sit nolo, sor -- dida nolo cu -uu tis.

Idem eodem.

Capto tu -uu am, pudet heu, sed capto -- Maxime coenam. Virgilius 11. Æneidos.

Meq; timoris

Argue tu Drance, tot quando -- strages aceruos &c. Martialis.

Dic mihi cras istud Posthume quando ue -uu nit, Sic & compositum Aliquando. Idem.

Dic bene, dic neutrum, dic aliquando ma -uu le &c. Virgilius 4. Æneidos.

Ergo -- iussa parat &c.

Martialis libro 2.

Tu captas alios, iam sumus ergo pa — uu res &c.
Quanquam hoc postremum, cum pro causa, uel gratia ponitur, ut Æneidos 6.

Illius ergô

Venimus &c. *grammatici longa tantum O, dici uolunt. Atq; ad hunc modum etiam gerundia in Do, se se habent. Nam & ipsa utroque modo posita leguntur, ut Virgilius Ecloga 3.*

An mihi cantando ui u — ctus non redderet ille &c.
Et Ecloga sexta.

Cantãdo ri — uu gidos deducere montibus ornos etc.
Et rursum. *Iuuenalis satyra 3.*

Plurimus hic æger moritur uigilando, sed — uu illum &c. *Tibullus libro 3.*

Aufer ipse et meum pariter medicando do — uu lorẽ.
Sed est tamen in his productio frequentior, perinde ut & in indeclinabilibus plerisq;.

Excipiuntur autem à regula primo, ex declinabilibus omnia datiui, & ablatiui casus, ut sunt, Domino, Deo, Meo, Tuo & similia, quæ ultimam tantum producunt, ut Æneidos quinto:

Cede Deo, di — — xitq; & prælia uoce diremit.
Et apud Ouidium 1. Fastorum:

Deq; meo paui — uu dos excute corde metus &c.
Sed exemplis nihil opus est, in re per se clara.

II. *Excipiuntur ex ijsdem partibus, Scio, Nescio, &c. quæ tantum corripiuntur, ut:*

Nunc scio – ◡◡ *quid sit amor &c.* Ecloga 8. Et,

Nescio – ◡◡ *quis teneros oculus mihi fascinat agnos*

Ecloga tertia.

Quibus addunt alij ex nominibus, Duo, *ut Æneid.* 11.

Si duo – ◡◡ *præterea tales Idea tulisset*

Terra uiros &c. Et Ecloga 2.

Præterea duo – ◡◡ *nec tuta mihi ualle reperti &c.*

Et *ex pronominibus* Ego, *quod apud neminē approbatum O, longa legisse se Aldus dicit, & neque ego producendum facile puto. Sed tamen idem producta eadem uocali in* Diris *legitur, (quod carmen inter Virgliana circumfertur) ut,*

Ausus ego pri — mus castos uiolare pudores.

Et *apud Ausonium in* Epigrammate *de Creso.* Vt;

Sicut ego, so — lus me quoque pauperior.

Et *rursus ad Gallum.*

Separor unus ego, sed — partem sumo minorem.

quanquam hoc ultimum etiam cæsura excusari potest. Homo *autem &* Ambo, *de quibus itidem dubitat Despauterius an usquam longa* O. *ponantur, alterum apud* Ennium *producitur, in eo uersu, qui à Macrobio libro* 6. *capite* 1. *citatur, ut,*

Vnus homo no — bis cunctando restituit rem,

alterum in Bucolicis Virglij Ecloga 7. *ut,*

Ambo — florentes ætatibus Arcades ambo &c.

III. *Excipiūtur cōiunctiones et aduerbia, q̄ à nominib. ablatiui casus ueniūt, ut sunt,* Ideo, adeò, tāto, quāto, me-

rito, Falso, & id genus alia. Sequuntur enim hæc Primi tiuorum quantitatem. Virgilius Æneidos 4.

Promisit, Graiumq; ideo bis -- uindicat armis

Ouidius 1. Metamorph.

Quantoq; ani -- malia cædunt

Cuncta deo, tanto minor -uu est tua gloria nostra.

Valerius 1. Argonaut.

Fata paras, nec tam merito tibi -uu Tiphy quietum &c. Sed hæc exempla sufficiunt.

Adde et Ergô, circumflexũ, de quo suprà meminimus. Et Quãdo, cũ Q VE, compositũ, ut apud Hor. in art.

Indignor, quandoq; bo -uu nus dormitat Homerus.

Nam contra cũ quidem, compositum, aliter quàm breui O, in heroicum uenire non potest, ut Æneid. 11.

Verum age, quandoqui -uu dem fatis urgemur iniquis &c. Sed hæc per se nota sunt.

Tolluntur tamen ab hac exceptione, Modô, &, quod inde fit, Quomodo, quæ corripiuntur, idq; solum, ut placet plerisque. Ouidius 7. Metamorph.

Et modo -uu summa petunt, modo -uu per decliua, uiasq; &c. Martialis libro 3: de Codro.

Cum sit tam pauper, quomodo -uu cæcus amat.

Et libro 10. in Caium.

Quicquid habent omnes, accipe quomo -uu das etc.

Quibus addit Aldus etiam Cito, & illico, quæ ipsa quoque longa O, inueniri negat: correptionis exempla passim obuia sunt.

Tollun-

Tolluntur ab eadem & Sero, quod utroq; modo ponitur, tametsi & ipsum ab ablatiuo deriuatum uideatur, ut Tibullus.

Heu serò reuo – uu catur amor, seroq; iuuentus etc.

Statius primo Thebaid.

Serò me – uu mor thalami, mœstæ solatia matri.

Phœbe paras &c.

Et quæ ab alijs adduntur, sedulo, mutuo, crebro, profecto, quod ultimum etiam Aldus approbat. Quanquam ego in omnibus hisce productionem, quàm correptionem citius elegerim.

IIII. Excipiuntur monosyllaba, ut do, sto, flo. O, prò, interiectio, & si qua similia sunt. Habent enim & hæc O, ubiq; longum. Virg. 12. Æneid.

Do quod –– uis, & me uictusq; uolensq; remitto.

Et Horatius secunda satyra.

Ilia, & Ægeria est, do –– nomen quodlibet illi.

Sic cætera quoq;. Nam quod in Bucolicis legitur:

Te Corydon ô A – uu lexi trahit, sua quenq; uoluptas. proter sequentem uocalem fit, ante quam præcedens longa more Græco corripitur, ut alibi dictū est.

Postremo excipiuntur & Græca fœminina in O, ut Dido, Hero, Sappho, Drimo, Xanto, et similia, ut apud Virgilium 4. Georg.

Drimo –– q; Xantoq;, Li – uu geaq;, Phyllodoceque. Ouid. 2. de arte.

Me certè Sappho meli – uu orem fecit amicæ &c.

Et obliqui, qui à nominatiuis Atticis in Os, ueniunt, ut sunt: Atho, Apollo, Meneleo, Androgeo, Demoleo, &c. Virgil. 6. Æneid.

In foribus lethum Androgeo, tum -- pendere poenas Cecropidæ &c. Et Æneid. 5.

Loricam, quam Demoleo de -- traxerat ipse &c.

Sed hoc etiã ex casu patet, est enim datiuus. Quod autẽ idem dixit primo Georg.

Aut Atho -uu, aut Rhodopen, &c. græco more factum est, apud quos longa uocalis, sequente alia in diuersis dictionibus corripitur, de qua re lib. 2. diximus.

V, in fine.

Quæ in V, desinunt, producuntur, ut Tu, Diu, genu, gelu &c. Vt Æneid. 1.

Tu mihi -uu quodcunq; hoc regni, tu -- sceptra Iouemq; Concilias. Et Æneid. 10.

Rhæbe diu (res si qua diu mor -- talibus ulla est) Viximus. Et Æneid. primo.

Nuda genu, no -- doq; sinus collecta fluentes.

Sic & ablatiui quartæ, ut cornu, tonitru &c. Idem Æneidos nono.

Iam cornu petat -uu & pedibus conspergat arenã.

Et Æneidos quarto.

Desuper infundam, & tonitru cœ -- lum omne ciebo. Et uocatiui Græcorum in V, ut Panthu &c. Virgilius Æneid. 2.

Quo res summa loco Panthu, quã prendimus arcem.

Quæ

Quæ tamen ex scriptura quoq; sua nota sunt.

Cæterum hoc loco magna disputatio inter Grammaticos est, de nominatiuis, accusatiuis, & uocatiuis in V, utrum ea corripiantur, an producantur. Priscianus generalia omnia in V, produci uult. Victorinus, & Seruius, quos & Aldus sequitur, casus hos corripi uolunt. Mihi uero superuacanea contentio hæc uidetur. Quando nulla exempla extant, quibus correptio nominum horum probari potest. Et quod Aldus putat: Nuda genu, apud Vir. posse æque ablatiui casus, atq; accusatiui censeri, id eodem modo contra ipsum uerti potest, ut dicamus, posse illud æquè accusatiuo casu, quæ figura poëtis frequentior est, atq; ablatiuo dictũ esse. Proinde cum Prisciano sentiamus, donec exempla certiora afferãtur.

Y, in fine.

Græca autem, quæ in Y, psilon exeunt, ut Poly, Moly, Tiphy, & similia, quocunq; casu dicantur, ultimam breuem habent. Ouid. 14. Metam.

Moly uo – uu cant superi, nigra radice tenetur.

Valerius libro quinto.

Crobiali latus, & satis ubi Tiphy ne – uu gatum

Parthenium &c. Poly ex compositis notum est.

Excipiuntur, quæ per synæresin dicuntur, ut Tethy, pro Tethyi, apud Valerium lib. 2.

Quam Tethy lon – – ginqua dies, Glaucoq; repostam

Solibus, & canis urebat Lu :: pruinis &c.

B, in fine.

In B, finientia corripiuntur, ut sunt præpositiones, ab, ob, sub &c. De quibus lib. 2. dictum est. Virgilius, primo Æneid.

Arma uirūq; cano, Troiæ qui primus ab – uu oris.

Notantur à quibusdam Barbara, ut sunt Hiob, Iacob &c. Quæ eò produci deberi illis uidentur, quod cū eadem Latinam, siue Græcam terminationem assumunt, penultimam quoq; longam habent, ut Hiobus, Iacobus, &c. De qua re suprà dictum est. Habes tamen exemplum apud Iuuencum, ut

Hoc Iácob ete – uu nim puteo cum prole bibebat.

Et sanè etiam apud Suidam per ω magnum, Ἰώβ, Ἰακώβ &c. scribuntur.

C.

In C, desinentia producuntur, ut Sic, Hic, aduerbiū, Ac, coniunctio, Dic, Duc &c. Virg 3. Æneid.

Sic ocu – uu los, sic – – ille manus, sic – – ora ferebat. Idem in Bucolicis.

Aut hic – – ad ueteres fagos, cum Daphnidis arcū Fregisti &c. Reliqua nota sunt.

Excipiuntur, Nec, Lac, & Donec, Ouid. 1. Trist.

Parue (nec – uu inuideo) sine me liber ibis in urbem. Idem alibi.

Donec e – uu ris fœlix, multos numerabis amicos.

De Lac, nemo exemplum affert, sed tamen omnes in eo consentiunt, longum esse.

Quod

Quòd autem Nec, alicubi produci uidetur, ut apud Martialem.

Nec armata manus Hydræ mors una fuisset &c. mendum est pro Non armata &c. Quemadmodum & lib. 2. apud eundem in Sextum, ubi legitur:

Et secum sic – – ∪ ut audiam, susurrat, Pro:

Et secū, sed – – – ∪ ut audiam &c.

Hic autem pronomen, utroq; modo ponitur, quare etiā à Diomede peculiari numero, siue modo inter communes syllabas recensetur. Virg. Æneid. 6.

Hic uir, hic – ∪∪ est, tibi quem promitti sæpius audis. Et Æneidos quarto.

Solus hic – ∪∪ inflexit sensus, animumq; labantem. Et rursum Æneidos nono.

Est hic – –, est animus lucis contemptor &c. Et Æneidos secundo.

Hæc finis Priami fatorum, hic – – exitus illum Sorte tulit &c. Itaq; Grammatici, ut Priscianus, Terentianus, & alij, quoties longum ponitur, per cc, geminum scribi uolunt, ut & hocc, cum longum est, nam eandem scribendi rationem in utroq; seruant. Sed tamē ut Hic, utroq; modo positum reperitur, ita Hoc, nō aliter, quàm productum legitur, ut Æneid. 2.

Hoc erat – ∪∪ alma parens &c. Et Æneid. 4.

Hoc il – – lud germana fuit &c. Quæ res disputationem illam Grammaticorum nonnihil superuacaneā, præsertim quod ad posterius attinet, uideri facit. Multis

tis hanc rem tractauit Aldus, de modis communium syllabarum. Et Priscianum qui uolet, uideat lib. 13.

Fac quoq;, quod á face, per Apocopen factum est, multam contendendi materiam Grammaticis præbuit, dum alij longum, alij breue uideri uolunt. Et rursum quoties breue ponitur, integre, Face, scribendum esse cõtendunt. Aldus simpliciter produci ait, secundum cæterorum analogiam uidelicet, cui & Ouidianum illud adstipulatur lib. 1. de arte.

Hos fac -- Armenios, hæc est Danaïa Persis &c.

Neq; enim hic face, legi potest, neq; etiam aliud quicquã commodè interponi, quemadmodum in cæteris exemplis, quæ de eodem uerbo allegamus. Nam in epistola, ubi legebatur:

Philli fac -uu expectes Demophoonta tuum, ibi alij Face, integrum scribunt, ut sit Philli Fa -uu ce expectes. Perinde ut & in cæteris, ubi idem breue ponitur, ut in tertio de Arte.

Mille fa -uu ce esse iocos &c. Et apud Mart. li. 5.

Signa rari ---u us aut semel u-u- face illud u-u. Nam & in his aliás fac, legitur.

Et rursum in primo de Arte, ubi productum legebatur, hoc modo.

Durius incedit, fac -- ambulet &c. ijdem, coniunctionem ut, interposuere, ut sit:

Durius incedit, fac ut -uu ambulet &c Alij autem cõtrà, simpliciter corripiendũ censent, quoniam à face,

fac,

fac, perinde ut à ferè, fer, factum sit. in qua opinione Ne brißensis, & Perottus sunt, qui tamen ad superiorem Ouidij locum ex primo de arte nihil respondesu. Quare cum neque hæc opinio satis procedat, cæteri uariabile idem dixerunt esse. Sed relictis istis altercationibus, & cauillationibus. Illud nobis scire sufficiat, quod quo modocunq; scribatur, correptio frequentior ac tutior, est, siue ad deriuationem, siue quod in his rebus potißimum est, ad exempla, & usum poëtarum respiciamus. Quanquam quid attinet circa Face, scribendum curiosum adeò esse, cum E, illud, quod ad finem additur, in scansione tamen abijciendum est.

D.

In D, finientia, corripiuntur, ut quid, quod, illud, apud, aliud, & similia. Virg. *Æneid. 2.*

Sed quid e – uu go hæc autem, nequicquam ingrata reuoluo. Lucretius *libro secundo.*

Illud in – uu his rebus, non est mirabile, quare &c. Martialis.

Scæuola tu cœnas apud – uu omnes, nullus apud te. Quo pacto & Barbara poni uolunt Grammatici, ut Bogud & similia.

F. G.

In F, nulla uox Latina est quæ desinat, ut neq; in G, aliqua. Nam Magog, quod apud Suidam μαγώγ, scribitur, & ab eodem pro Persa accipitur, peregrinũ est.

L.

el, Israël, Nicol, Phicol. Nam & hæc longa ultima poni solent, & item longis uocalibus à Græcis in fine notari.

M.

In M, desinentia ueteres corripuere, sed tamen qui post secuti sunt, in uersu, M, sequenti uocali, ubiq; eliserũt. Est tamen adhuc breue in compositis, ut sunt come circumago, & similia. De quibus alibi diximus.

N.

In N, desinentia producuntur, ut Quin, sin, en, non, & Græca pleraq;, ut Pæan, Titan, Siren, Trœzen, Salamin, Delphin, Actæon, Ixion, Pandion, Procyon, Helicon & similia. Virgil. 1. Æneid.

Imperium sine fine dedi, quin – uu aspera Iuno &c. Idem.

Sin ab – – sumpta salus, & te pater opt. Teucrûm. Idem. En a – – gros, & quàm bello Troiane petisti, Hesperiam metire tacens. Ouidius.

Qui non – – est hodie, cras minus aptus erit.

Ex Græcis autem, quæ in En, uel On, desinunt, scriptura sua nota sunt. Cætera exemplis probantur, ut apud Ouidium 2. de Arte.

Dicite: Io, Pæan, & I – uu o bis dicite Pæan.

Et in eo, quod de Homeri patria, & de eius contentione factum est, cuius meminit Gell. lib. 3. cap. 11.

Επ̃ὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ομήρου,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμὶν, ἴος – uu ἄργος, ἀθῆναι.

De Phorcyn, & similibus, exemplum non habeo, sed tamen obliqui, perinde ut superiorum in An, & IN, producuntur, ut Odyss. primo.

Φόρκυ -- νος θυγάτηρ ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος &c. Et Ouid. 5. Metam.

Dixit, & in partē phorcynida - uu transtulit illam. Sic & accusatiui nominum Graecorum in AN, uel EN, qui à nominatiuis ultimam longam habentibus ueniūt, ut Aenean, Laerten, Asterien et similia. Virg. 4. Aen.

Reppulit ac dominum Aenean in -- regna recepit. Ouidius in prima epistol.

Respice Laërten, ut -- iam sua lumina condas. Idem Metamorph. 6.

Fecit & Asterien aqui - uu la luctante teneri. Et quae genitiuo plurali casu in ON, formantur, ut Logon, Epigrammaton, Cimmerion &c. Tibullus lib. 4.

Cimmerion eti - uu am obscuras accessit ad oras. Sed & haec scriptura sua noscuntur.

Excipiuntur primo ex Latinis, An. Ouidius in Epist.

Credidimus lachrymis, an & - uu hae simulare docentur. In, quod notum est.

Tamen, & attamen &c quae inde ueniunt. Vir. 1. Aen.

Hic tamen - uu ille urbem Patauii, sedesq; locauit. Forsan, forsitan. Idem eodem.

Mittite forsan, & - uu haec olim meminisse iuuabit. Viden' pro uides ne, de quo paulo suprà diximus, circa ea, quae in E, terminantur.

Et quæ alia eodem modo dicuntur, ab iis, quorum simplicia ultimam breuem habent, ut Egon' pro, egone: *sat* tin' *pro satis, siue sati ne, elisa* S, *& similia.*

Quibus Despauterius & cætera addit, quæ per Apocopen in N, *desinunt:* Dein, exin, proin: *pro deinde, exinde, proinde* Iten', Men'. Ten'. Scin'. Viu'. *& similia, pro* Mene, Tene, Scisne, Visne *&c.* De quibus *tamen quomodo illi omnino assentiam, non habeo, quando neque ratio aliqua, neque exempla certa eius rei adduntur.*

II. *Excipiuntur omnia illa in* En, *quæ genitiuū per* Inis *faciunt, ut fulmen, inis. lumen, inis. nomen, inis. crimen, inis. & similia, ut apud* Martial. lib. 9.

Nomen ha – uu bes teneri, quod tēpora nuncupat anni &c. Et apud Ouidium.

Tuta frequensque uia est, per amici fallere nomen,

Trita frequensque licet sit uia, crimen ha – uu bet.

Postremo excipiuntur Græca, *primo quæcunque apud Latinos in secundam declinationem cadunt, ut* Erotion, Ilion, Glycerion, *& similia, quæ Latine,* Erotium, Ilium, Glycerium, *dicuntur.*

Martialis libro decimo.

Hic festinata requiescit Erotion – *uu umbra.*

Et libro quinto.

Pallida nec nigras horrescat Erotion – *uu umbras.*

Falsa est enim eorum inscriptio, qui de Erotione *puella epigramma illud inscripserunt, ut hoc obiter hic addam.* Ouidius.

ca dipodia, & Iambica cataclide compositum, cuius se cundam syllabam necesse est, breuem esse, id quod in cæteris, eiusdem carminis similib. uersiculis apparet. quales sunt: Nubit ali – υ – υ te uirgo, Et

Frigeras A – υ – υ gamppe &c. Nam aliâs Hymen nominatiuo casu producitur, ut apud eundem.

Hymen – – o Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenææ. Vbi nominatiuus pro uocatiuo, aut certè eadem quantitate uocatiuus cum nominatiuo, Latinorum consuetudine, primo loco positus est.

P.

In P, unum est uetus & prope obsoletum, uolup, quod ultimam longam habere uolunt, Ennij illo exemplo adducti, quod apud Gellium legitur lib. 12. cap. 4.

Quo cum multa uolup, ac – – gaudia clamq; palāq;. Ad quem modum & peregrina ponuntur, ut Ioseph, & similia. Græcè enim Ιωσήφ, apud Suidā scribitur.

R.

In R, desinentia, quæcunq; à Latinis usurpantur, siue Græca, siue Latina, siue etiam peregrina fuerint, corripiuntur, ut puluinar, Amilcar, Imber, linter, uir, martyr, cruor, Hector, turtur, fulgur, &c. Iuue. sat. 6.

Fœda lupanaris tulit ad puluinar o – υυ dorem. Silius libro secundo.

At senior Siculis exultat Amilcar in – υυ armis. Statius libro decimo.

Non ora uirum, non pectora flectit

Imber a – ∪∪ trox, rectosq; tenent in mœnia uultus.

Tibullus libro 2. Ire solebat

Exiguus pulla per uada lynter a – ∪∪ quæ.

Martialis libro secundo.

Grandia uerba ubi sunt, si uir es – ∪∪ ecce, nega.

Ouidius 12. Metamorph.

Inferias dederat cum fratribus Hector in – ∪∪ anes.

Virgilius in Bucolicis.

Nec gemere aëria cessabat turtur ab – ∪∪ ulmo.

Quomodo & uerba in R, ut amor, precor, amarer, doceret, & similia ponuntur.

Excipiuntur primo: Par, cum compositis, ut impar, dispar, compar &c. Horat. saty. 3. lib. 2.

Ludere par, im – – par, equi – ∪∪ tare in arundine longa. Ouidius de Ponto.

Heu mihi, quàm dispar – est locus iste Getis.

Horatius.

Vt matrona meretrici dispar erit – ∪∪ atq; &c.

Nar fluuij nomen. Virgilius Æneid. 7.

Sulphurea Nar – – albus aqua, fontesq; Velini.

Lar. Ouidius quinto Fastorum.

Exagitant & Lar, et – – turba Dianæ fures.

Far. Ouidius primo Fasto.

Antè, deos homini quod conciliare ualeret,

Far erat – ∪∪, & puri lucida mica salis.

Cur. Horatius.

Cur ego – ∪∪ si nequeo, ignoroq; poëta salutor.

Fur

Fur. *Persius satyra prima.*

Fur es a – uu it Pedio, Pedius quid? crimina rasis
Librat in Antithetis &c.

Et cor, quod utroq; modo positum reperitur, sed tamen correptum frequentius. Ouid 5. Metam.

Inq; cor – uu hamata percußit arundine Ditem.

Idem primo de Ponto.

Confiteor, misero molle cor – uu esse mihi.

Et libro quinto Trist.

Molle cor – uu ad timidas sic habet ille preces.

Et Martialis libro decimo.

Dotati uxori cor a – uu rundine fixit acuta &c.

Et rursum. Ouid. in Epist. Sapph.

Molle meum leuibus cor — – est uiolabile telis.

Quod unum productionis exemplum afferri solet. Pro inde non immeritò dubites, utrum et hic corripiendum fuerit, legendumq;:

Molle meum, leuibusq; cor – uu est uiolabile telis.

Sed hoc doctioribus disceptandum relinquo.

II. *Excipiuntur Græca nomina in Er, quæ genitiuũ per Eris, formant, penultima siue longa, siue breui, ut Aër, æther, crater, Iber, character, clyster, & similia. Lucretius libro quinto.*

Inde mare, inde aër, in — de æther — – ignifer ipse.

Lucanus libro primo.

Aër — – & longi uoluent Titana labores. Vir. Aen. 6.

Largior hic campos æther & — – lumine uestit.

Principio igitur Quæ in AS, definunt, longa sunt, siue nomina fuerint, siue uerba, siue quæ aliæ partes, ut, Æ-tas, Fas, Nefas, Æneas, Pallas, Aquilas, Musas, Amas, Facias, Feras, & similia. Virgilius:

Omnia fert ætas, ani -uu mumq; quoque &c.

Iuuenalis satyra 6.

Iam fas -- est admitte uiros &c. Et saty. 11.

Credebant hoc grande nefas, & -- morte pian-dum. Virgilius Æneidos 5.

Æneas hæc -- de Danais uictoribus arma.

Idem eodem:

Hinc Pallas -- instat & urget

Hinc contra Lausus &c. Horatius:

Ne fidos inter amicos

Sit qui dicta foras e -- liminet &c.

Reliqua exemplis non egent.

Excipiuntur nomina in AS, tertiæ declinationis, fœminina, ut, Pythias, Pallas, Arcas, Thyas, Menas, & similia. Horatius:

Pythias -uu emuncto lucrata Simone talentum.

Ouidius secundo de arte:

I procul hinc dixit, non es mihi tibia tanti,

Vt uidit uultus Pallas in -uu amne suos.

Idem Metamorph. 2.

Arcas a -uu dest ter quinque ferens natalibus annos. Virgilius 4. Æneidos:

Thyas u -uu bi audito stimulãt Trieterica Baccho

Persius. Hoc natat in labris, & in udo est, Mænas & –uu Atys &c.

Excipiuntur item accusatiui tertiæ declinationis, nominum Græcorum, ut, Troas, Heroas, Phyllidas, Erinnyas, Crateras, & similia. Ouidius prima Epist.

In te fingebam uiolentos Troasi –uu turos.

Virgilius Ecloga 4.

Permixtos Heroas, et –uu ipse uidebitur illis. Pers.

Phyllidas –uu Hipsypylas, uatum & plorabile siquid. Statius 11. Thebaidos.

Vota Deis cæco, nec Erinnyas –uu ore rogaui.

Virgilius 9. Aeneidos.

Indulgent uino, uertunt crateras a –uu henos &c.

Es.

In Es, desinentia, producuntur, ut Anchises, Dares, nubes, lues, fides, quoties, decies, patres, uates, uides, dunes, leges, & similia. Virgi. tertio Æneid.

Ipse pater dextrā Anchises, haud –– multa moratus

Dat iuuenu &c. Idem Æneidos 5.

Sed si nostra Dares hæc –– Troius arma recusat.

Lucretius libro 6.

Aridior porrò si nubes –– accipit ignē. Vir. 3. Æn.

Arboribusq́; satisq́; lues, & –– pestifer annus.

Iuuenalis satyra 6.

Inde fides ar –– ti sonuit si dextera ferro. Proper. li. 2.

Tu quoties ali –uu quid conabere uita, memento. Martialis libro 11.

Ægrotas uno decies, aut -- sæpius anno &c. Sed satis exemplorum, cætera declinatione cognoscuntur.

Excipiuntur, primo, Omnia in ES, tertiæ declinationis, quæ in Obliquis excrescunt, ut Miles, Diues, Seges, Teges, Pales, Eques &c. Virgilius Bucol.

Impius hæc tam culta noualia miles ha -uu bebit.

Idem Æneidos 7.

Diues in -uu accessos ubi Solis filia lucos &c.

Horatius:

Hæc seges -uu ingratos tulit, & feret omnibus annis. Virgilius 6. Æneid.

Obuius armato, ceu cum pedes -uu iret in hostem.

Tolluntur tamen ab exceptione hac, Aries. Lucan.

Extruitur, quod non aries im -- pellere posit.

Abies. Virgilius in Bucol.

Populus in syluis, abies in -- montibus altis.

Paries. Idem in Moreto:

Quam fixam paries il -- los seruabat in usus.

Ceres. Idem 1. Georg.

Flaua Ceres al -- to nequicquam spectat olympo.

Hoc nomen Boëtius corripuit semel in Dactylico Tetrametro miuro, ut:

Vt noua -uu fruge gra -uu uis ceres -uu eat uu sed hic inter poëtas authoritatis tanta non est, ut illius exemplo contra ueteres aliquid sit nouandum.

Pes cum compositis, ut Tripes Semipes, Quadrupes, & similia. Virgilius 3. Georg.

Pes

Pes eti – ∪∪ am, & camuris hirtæ sub cornibus aures. Ouidius 6. Metamorph.

Nec pes – – ire potest, intra quoque uiscera saxū est. Horatius satyra 3.

Omnia magna loquens, modo, sit mihi mensa tripes & – ∪

Concha salis &c. Virgilius 4. Aeneidos:

Stat sonipes, & – ∪ frena ferox spumantia mandit. Idem Aeneidos 10.

Tollit se abreptum quadrupes, & – ∪∪ calcibus auras Verberat &c.

Cæterum fuerunt, qui hoc quoq; corripi censuerint, ut Probus grammaticus, cuius traditionem secutus Ausonius, posuit in numero Ternario:

Qui bipes – ∪∪ & quadrupes foret, & tripes – ∪∪ omnia solus

Terruit Aoniam uolucris leo &c. sed ueterum exempla redarguunt et Ausoniū & Probi traditioné. Aldus autem & Teres, superioribus annumerat, sed apud Virgilium in carmine de uiro bono breui posteriore idem legitur hoc uersu:

Securus, mundi instar habens, teres – ∪∪, atq; rotūdus.

II. Excipiuntur, ES, uerbum, à Sum, cum reliquis ab eodem descendentibus. Martialis:

Frigida es, – ∪∪ et nigra es, non es, & – ∪∪ es Chione.

Persius: Fur es a – ∪∪ it Pedio &c.

Virgilius in Bucolicis:

Huc

Huc ades –uu ô Melibœe, caper tibi saluus et hœdi. Iuuenalis satyra quinta:

Si potes –uu illa pati, quæ nec Sarmentus, iniquas Cæsaris ad mensas &c.

Ab Edo autem, secunda persona ES, authore Prisciano producitur. Et Penes, Horatius in arte:

Quem Penes –uu arbitrium est, est uis & norma loquendi. His addunt Probus et Priscianus etiam Inquies, à Quies compositum, sed tamen idoneum exemplum desideratur.

Postremò excipiuntur & Græca, primo, nomina neutri generis, ut sunt, Hippomanes, Cacoethes, genus Carcinomatis, ut Celsus tradit, à quo Iuuenalis scribendi cupiditatem, insanabile Cacoethes dixit, ut satyra 1.

Tenet insanabile multos

Scribendi Cacoëthes, & –uu ægro in corde senescit, Neq; dubium est de his nominibus, scribuntur enim per E, psilon omnia, ἱππομανὲς, κακόηθες etc. Deinde, omnia Nominatiui casus, pluralis, ut, Arcades, Erinnyes, Stryges, Lingones, et quæcunq; alia Græcorum formam sequuntur. Virgilius in Bucolicis:

Ambo florẽtes ætatibus Arcades –uu ambo. Propert.

Tunc me uel tragicæ uexent Erynnies –uu & me. Statius 3. Thebaidos:

Nocturnæq; gemunt Stryges –uu, & feralia bubo Damna canens &c. Lucretius libro 1.

Pugnaces pictis prohibebant Lingones –uu armis.

Quo-

Quorum tamen quædam interim etiam longa ultima poni uideas, uidelicet, quando Latina forma, non Græca usurpantur, cuiusmodi fortaßis & illud apud Iuuenalem fuerit satyra 7.

Stantibus œnophorũ, tripodes, ar -- maria, cistas.
Quanquam Despauterius hoc cæsuræ magis, quàm declinationi tribuere uolebat.

Is.

In Is, desinentia, corripiuntur, ut, Apis, Acis, Memphis, Tyndaris, Inquis, Ibitis, Quis, Bis, & id genus alia. Ouidius 13. Metamorph.

Non apis - υυ inde tulit collectos sedula flores.
Idem eodem libro:

Acis e -υυ rat fanno, Nymphaq; Symethide cretus. Martialis libro 7.

Nec te Roma minus, quàm tua Memphis -υυ met. Propertius libro 2.

Tyndaris -υυ externo patriam mutauit amore. Martialis libro 10.

Donaui tamen inquis a -υυ mico millia quinque. Tibullus libro 1.

Ibitis -υυ Aegeas sine me Messala per undas. Ouidius 1. Metamorph.

Quisquis es - υυ hoc poteris mecum considere Idem in Fastis:

Constituit menses quinq; bis -υυ esse suo &c.

Excipiuntur primo, omnia pluralis numeri in IS, desi-

desinentia, siue datiui, siue ablatiui, siue etiam nominatiui & accusatiui casus fuerint, ut, Omnis, Parteis, Quēis, pro Quibus, & similia, quæ tamen etiam ex diphthongo sua nota sunt. Item Calendis, Musis, Meis, Tuis, Suis, & id genus alia, quibus exemplis opus non est, sunt enim per se notissima.

II. Excipiuntur, omnia tertiæ declinationis, quæ genitiuum per Itis, Iris, Inis, uel Entis, penultima longa faciunt, tam Græca, quàm Latina, ut, Lis, Dis, Glis, Quiris, Samnis, (quæ duo etiam ex figura sua nota sunt, quoniam ex Quiritis, & Samnitis facta uidentur) Salamis, Simois, Pyrois, Opois, & id genus alia. Ouidius:

Lis est -- cum forma magna pudicitiæ.

Ad quod exemplum etiam cætera latina iudices licet. Idem in Epistola Penelop.

Hac ibat Simois, hic -- est Sigeia tellus &c.

Idem Metamorph. 2.

Interea uolucres, Pyrois, E -- ous & Aethon etc.

Quibus adde & uis nomen, & quod iisdem literis scribitur Vis, secundæ personæ anomalum à Volo, cum compositis, ut sunt, Quamuis, Quiuis, Quidais &c. Ouidius in Fastis:

Vis ea -uu si uerbi est, cur non ego Veiouis ædem &c. Iuuenalis satyra 1.

Si uis -- esse aliquis, probatur, laudatur, & alget. Virgilius in Georg.

Quãuis -- Elysios miretur Græcia cãpos. Horat.
Non cuiuis homi -vv ni contingit adire Corin-thum. Idem:
Cuilibet argilla quid uis imi -vv tabitur udo.
Postremò excipiuntur omnia uerba secundæ personæ, singularis numeri, quorum plurales primæ et secundæ I, longum in penultima habent, ut, Velis, Venis, Abis, Nescis, Sis, Adsis, Prosis, Poßis, & similia. Martialis ad Cæsarem.
Esse uelis, o -- ro serus conuiua Tonantis.
Virgilius Aeneidos 6.
Expectate uenis, ut -- te post multa tuorũ etc. Oui.
Tristis abis, ocu -vv lis abeuntem prosequor udis.
Martialis.
Nescis, -- heu nescis, dominæ fastidia Romæ etc.
Virgilius 1. Georg.
Adsis -- ô Tegeæe fauens, oleæq; Mineruæ
Inuentrix &c. Ouidius.
Tu quoq; fac prosis in -- tra tua claustra iaceti.
Horatius 1. Epistola
Non poßis ocu -vv lo quantum contendere Lynceus &c. Et rursum.
Sunt uerba & uoces, quibus hunc lenire dolorem.
Poßis -- & magnam morbi deponere partem.
Vnus tamen uersus ab Aldo & cæteris quibusdam notatur apud Iuuenalem satyra quinta, ubi idem uerbum hoc, correpta posteriore ponitur, ut:

Tam

Tam ieiuna fames? cũ poßis ho – ∪∪ nestius illic
Et tremere &c. Quo tamen loco Despauterius Poscis, à Posco legendũ esse contendit, uidelicet nequid reliquorum exemplis & quantitati derogetur.

Notatur & Ais, ab Aio, quod itidem breui posteriore syllaba apud Persium ponitur, satyra 4. hoc uersũ:

Hunc ais – ∪∪ hunc dijs iratis, genioq; sinistro.

Quanquam ipsum uerbum Aio, quartæ coniugationis magis sit, id quod ex imperatiuo apparet, quem Priscianus libro 10. ex Neuio citat hoc uersũ.

At nata est sponsa prægnans, uel ai, uel nega &c.

Illa autem coniunctiui modi in RIS, secundæ personæ, de quibus contentio inter Grammaticos est, utrũ præterito, an futuro tempore dicta, producantur, ex plurali numero iudicanda sunt. Nam in quibus personæ plurales, penultimam longam habent, in ijsdem, etiam singulares secundæ, postremam producunt. Habent autem longam penultimam solæ futuri temporis personæ plurales, ut suprà ex Diomede ostendimus li. 2. siue hoc perpetuò, siue, ut Aldo placet, promiscue, & indifferenter. Exempla productionis sunt. Ouidius 1. Fasto.

Da mihi te placidum dederis in – – carmina uires.

Tibullus libro 4.

Respueris eti – ∪∪ am Phœbo gratißima dona.

Horatius Ode 7. libro 4. Carm.

Cuncta manus auidas fugiunt hæredis, amico
Quæ de deris ani – ∪∪ mo.

Et quæ Attica apud Græcos uocantur, declinationis quartæ simplicium, ut, Athos, Androgeos, Demoleos, Nicoleos &c. Virgilius 12. Æneidos:

Quātus Athos, aut -- quātus Eryx, etc. Idem Aen. 2.
Androgeos of -- fert nobis, socia agmina credēs etc.

Et si qua fœminina in OS, quarti contractorum ordinis, ut, Eos, à quo Eous, & id genus alia, quæ etiam si exempla desint, scriptura tamen sua cognoscuntur. Scribuntur enim omnia per ω μέγα Græce.

Atque ad hoc exemplum quidam putant etiam Fagos apud Virgilium nominatiuo casu dictum esse, libro Georg. 2. hoc uersu:

Et steriles platani malos gessere ualentes
Castaneæ fagos, Or -- nusq; incanduit albi
Flore pyri. *Quod mihi non adeò probatur. Quid enim attinebat Atticam, aut Æolicam ut illi uolūt esse, Dialectum accersere, cum etiam cæsura Fagus, Latino casu, defendi poterat. Quare haud scio an per Hypallagen dictum, accipiendum sit.*

Accusatiui plurales in OS, ut, Dominos, Lupos, Magistros &c. nota sunt.

Excipiuntur autem à regula primum Latina hæc, Os, Oßis, Compos & Impos. Oßis exemplum in composito Exos habes, quo Lucretius usus est lib. 3. hoc uersu:

Exos, et -uu exanguis tumidos perfluctuat artus.

Compos, apud Ouidium 1. de arte legitur, ut:
Quod rogat illa, timet, quòd non rogat, optat ut instes,

Insequere, & uoti postmodo compos e – uu ris.

II. Excipiuntur Græca, & primò neutra, quæ apud Græcos ad primũ contractorum ordinem referuntur, ut, Chaos, Melos, Argos &c. Virgilius 6. Aeneidos.

Et Chaos – uu & Phlegeton loca nocte silẽtia late.

Deinde, quæ tertiæ apud illos declinationis sunt, & Latine per VS, efferuntur, ut, Abydos, Tenedos, Lesbos, & similia. Ouidius in Epist. Leandri.

Dum uincula proræ
Solueret, in speculis omnis Abydos e – uu rat.

Et postremò omnia genitiui casus, à qualibuscunque nominatiuis ueniunt, ut Arcados, Tethyos, Peleos, Tereos, & similia. Ouidius 1. Metamorph.

Arcados – uu hinc sedes & inhospita tecta tyranni
Ingredior. Idem quinto Fastorum.
Pars credidit esse
Tethyos – uu has neptes, Oceaniq; senis.

Sed exemplis nihil opus, quando omnia hæc, ut & superiora ex scriptura sua manifesta sunt.

Vs.

Quæ in VS, desinunt, corripiũtur, ut, Lupus, Olus, Minus, Manus, Sumus, Stertimus, Intrinsecus, Radicitus & similia. Ouidius 1. Metamorph.

Nat lupus – uu inter oues, fuluos uehit unda leones. Persius satyra 3.

Durum olus – uu & populi cribro decussa farina.

Propertius libro 2.

Durius

Durius – ∪∪ in terris nihil est quod uiuat amante,
Nec modò si sapias, quod minus – ∪∪ esse uelis.

Virgilius 6. Æneidos:

Hic manus – ∪∪ ob patriam pugnando uulnera passi &c. Idem Æneidos 3.

Nos sumus – ∪∪ Idææ sacro de uertice pinus. Pers. sa. 3.

Stertimus – ∪∪ indomitum quod despumare falernũ
Sufficiat &c. Lucretius libro 6.

Sudabunt etiam fauces intrinsecus – ∪∪ atræ
Sanguine &c. Idem libro 3.

Nec radicitus – ∪∪ euelli mala posse putandum est.

Excipiuntur primo, Monosyllaba in VS, ut, Pus, Plus, Rus, Mus, Thus, Sus &c. Horatius satyra septima:

Proscripti regis Rupuli pus, – – atque uenenum.

Iuuenalis:

Plus alo – ∪∪ es quàm mellis habet &c.

Secundo, excipiuntur nomina in VS, tertiæ, quæ genitiuum per V, penultima longa faciunt, ut, Virtus, Tellus, Palus &c. Horatius

Virtus – – est uitium fugere, et sapientia prima etc.

Ouidius 1. Metamorph.

Mox etiam fruges tellus ina – ∪∪ rata ferebat.

Virgilius Æneidos 6.

Fata obstant, tristiq; palus in – – nabilis unda:

Quod autem idem hoc nomen apud Horatium in arte breui posteriore ponitur, ut:

Regis opus, sterilisq; diu palus – ∪∪ aptaq; remis.

singulare est. Grammatici per figuram defendunt, elisionem τοῦ σ, fieri plerique dicentes.

III. Excipiuntur obliqui nominum quartæ declinationis, ut, huius, hi, & hos fructus, Quercus, Manus, quæ ex declinationum formulis nota quoque sunt. Ouidius libro 1. Amorum:

Adde manus in -- uincla meas, meruere cathenas &c. Sic cætera quoque.

IIII. Excipiuntur Græca, primo quidem, quæ per NT, genitiuum faciunt, ut, Amathus, untis, Opus, Opuntis, Phicus, Phicuntis, Hiericus, Hiericuntis, & similia. Virgilius libro 10.

Est Amathus, est -- celsa mihi Paphus atq; cythera.

V. Quæ ex Oos, contracta sunt, ut, Panthus, ex Panthoos &c. Idem libro 2. Æneidos:

Panthus -- Otriades, arcis, Phœbiq; sacerdos.

Ad quorum exemplum etiam Ιησοῦς, sacrum seruatoris nostri nomen à Græcis scribitur.

Postremò autem, quæ genitiuo casu dicuntur, à fœminis in OS, ut, Mantûs, Saphûs, Cliûs, & similia, quæ ipsa quoque ex óos in οῦς, per synæresim contrahuntur. Virgilius Aeneidos 10.

Fatidicæ Mantûs & -- Thusci filius amnis.

Quæ autem à πούς composita ueniunt, quanquam & ipsa regulariter V, longum habere debebant frequentius, tamen à Græcis pariter et à Latinis, ultima breui ponuntur. Vt uidere est in Oedipus, Polypus, &

simi-

similibus, quæ Græce οἴδιπος, & πόλυπος scribuntur. Horatius in Epodis:

Polypus – υ υ an grauis hirsutis cubet hircus in alis &c. Frequentius autem addidi, quod non ignorem etiam πολύπους, πολύποδος, πολύπουν, οἰδίπους, οἰδίποδος & οἰδίπουν, perinde ut & τρίπους, τρίποδος & τρύπουν Græce dici, ut apud Homerum:

ὡς δ᾽ ὅτε πουλύπο – υυ δος θαλάμης ἐξελκομένοιο &c.

De qua re qui uolet, Athenæum uideat libro septimo.

Ys.

In YS, per Y, psilon, desinentia, corripiuntur, ut, Tethys, Chelys, Capys, Libys, & similia. Ouid. 5. Fastor.

Thethys & – υ υ extremo sæpe recepta loco est.

Festus in Arato. citante Despauterio:

Et Chelys – υυ illa dehinc &c. Ouid. 14. Meta.

Sed Capys – υυ ante fuit, regnũ Tiberinus ab illis

Cœpit &c. Idem libro 5. Metamorph.

Et Libys – υυ Amphimedon, auidi cõmittere pugnã.

Excipiuntur quæ per contractionem Y, longum habent, ut, Ιχθῦς, pro ἰχθύες. Sed horum, quod ego sciam nullus apud Latinos usus. Apud Græcos autem etiam accentu talia cognoscuntur.

T.

In T, desinentia corripiuntur, ut, Caput, et quæ inde fiunt, Sinciput, Occiput, Horatius in Arte:

Fingentur species, ut nec pes, nec caput –υυ uni. Reddatur formæ &c. Iuuenalis satyra 11.

Comedam, inquit flebile nati
Sinciput –υυ elixi, Phariocq; madentis aceto.

Sic & uerba quæcunque in T, purum exeunt, ut, Ardet, Odit, Fugit, Optat, & id genus infinita. Vt Æneidos quarto:

Ardet ab –υυ ire fuga &c. Et in Bucolicis:
Qui Bauiũ non odit, a –υυ met tua carmina Mæui.

Et rursum:

Et fugit –υυ ad salices, & se cupit –υυ ante uideri. Et apud Horatium in Epistolis.

Optat ep –υυ hippia bos piger, optat a –υυ rare caballus &c.

Notantur tamen à quibusdam, quæ per syncopen dicuntur, ut, Obît, pro Obijt, Petît, pro Petijt. Volunt enim hæc & similia, longa posteriore poni. Sed tamen exempla idonea ac certa desiderantur. Nam quæ illi afferunt, in ijs uerba hæc ita ponuntur, ut etiam si nulla syncopa admissa sit, defendi tamen poßint, uel cæsura, uel ex eo quod communes redduntur. Vt apud Iuuenalem satyra 6.

Magnus ciuis obît, & –– formidatus Othoni.
Et Æneidos 9.
Sceptra palatini, sedemq; petit Eu –– andri.

Ita enim legendũ est, non ut uulgo habetur, Petiuit. Neq; enim diphthõgus EV, corripi potius, q̃ syllaba cõmunis pro-

produci debet. Sunt autem his similia, & illa, in quibus nulla syncopa fit, scilicet.

Quis nescit? aut -- quis non uidit uulnera Pali. Apud eundem Iuuenalem. Et

Nox abijt, ori -uu turq; aurora &c. Fast. 4. Et

Pectoribus inhi -uu ans spirantia consulit exta. Æneid. 4. Et apud eundem poëtam.

Muneribus, tibi pampineo grauidus Au -- tumno Floret ager, & alia his similia. Quare cũ in his nulla concisio facta sit, & tamen suo modo defendantur, nihil uideo, cur exceptione ista Sincopæ, hoc loco opus sit, aut cur ea in superioribus magis, quã in cæteris, quæ simili modo ponuntur, alleganda. Atq; hæc de syllabis hoc tẽpore habuimus, quæ uel ipsi de nostro afferremus uel ab alijs accepta, atq; emendata, in commune restituenda putaremus. Superest, ut quoniam de communibus syllabis aliquoties mentionem fecimus, de ijs quoq; quæ â Grãmaticis traduntur, hoc loco addamus, eãq; quasi quandam Coronidem, operi huic imponamus.

DE SYLLABA COMMVNI.

Syllaba communis ea apud Grammaticos uocatur, quæ in uersu longa, uel breuis esse potest, secundũ arbitrium & uoluntatem scribentis. Quales sunt priores, in Atlas, Cecrops, Cyclops, *mediæ, in* Tenebræ, La

tebræ, & id genus alijs. Nam eædem hæ longæ alibi, alibi breues in uersu reperiuntur.

Huius species, siue ut ipsi uocant, modos, Græci tres faciunt, Latini autem septem, additis uidelicet, ad priores tres, alijs quatuor qui tamen neq; latè ita patent, ut superiores illi, qui à Græcis recensentur, & ad Latinorum usum quidam tantum, alij etiam ad certas quasdam dictiones pertinent, id quod in progressu patebit.

Primus modus est, cum uocalem uel natura, uel usu (id quod propter ancipites dico) breuem, duæ consonantes sequuntur, prior muta, altera liquida, quæ ambæ cum sequente uocali in eadem syllaba sumuntur, ut in superioribus exemplis Atlas, Cecrops, Cyclops, & quæ Græcè tantum usurpantur, πικρὸς, μικρὸς, & similibus. Nam in his priores syllabæ, tam breues, quàm longæ, apud poëtas positæ leguntur, ut

Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas – –.
Metam. 4. Et rursum eodem.

Tempus A – υυ tla ueniet &c. Item apud eundē libro secundo Metam.

Virginibusq; tribus gemino de Cecrope – – natis.
Et apud Lucretium lib. 6.

Finibus in Cecro – υυ pis funestos reddidit agros.
Sic & apud Hesiodum.

Ει γὰρ κέν κὴ σμικρὸν ἐ – υυ πὶ σμικρὸν καταθεῖο.
Et in Epigrammatis.

οἶκος ὅδ' ἐστί μι – υυ κρὸς τίγυ' ὁῶ σήμειον ἄρισον &c. Item Iliad. 4.

νδ' ἔπεσε ζωσῆρι ἀρηρότι πικρὸς ὁ – υυ ϊσὸς.

Et apud Euripidem in Hecuba.

Κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος οἰκουρὸς πικρά
– – υ –. Senarius est.

Atq; hanc liquescendi potestatem apud Græcos liquidæ omnes habent, cuius rei exempla suprà lib. 2. dedimus. Apud Latinos autem L, & R, ferè tantum. Quanquam interdum inuenias, ubi & reliquæ in Latino carmine liquescant, sed tamen in Græcis dictionibus solum ut apud Horatium M, in Tecmessa, apud Martialē N, in Ichneumon, et Cygnus &c. Hora li. 2. Car. Ode. 4.

Mouit Aiacem Telamone natum
Forma capti – υ – – uæ dominum – υυ – Tecmessæ

Martialis libro septimo.

Delectat Marium si perniciosus I – υυ chneumon.

Et alibi.

Quæ capta est alio nupta Lacæna cy – υυ gno.

Apud Græcos autem, etiam duæ liquidæ M, & N, uidelicet, in eadem syllaba præcedentem uocalem, est ubi breuem reddant, ut in eo exemplo, quod Hephæstio ex Epicharmo. citat.

Εὔυμνος κὴ – υυ μουσικὰν ἔχουσα πᾶσαν φιλόλυρος ἠχή &c. Est enim Trochaicus Tetramet. In quo necesse est locis imparibus Trochæum, uel Tribrachum poni. Cui fortasse simile fuerit Silij illud lib. 8.

Ipse tra – υυ hit, cursúq; gemens ad littora tendit.
Idem Æneidos secundo.

II. Modus est, cum dictio uocali longa, uel diphthon go finita, aliam à uocali, siue diphthongo incipientem, nulla intercedente consona, praecedit, ut in his, in quibus uocalis praecedens corripitur.

Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio – υυ alto.
Et. Insulae – υυ Ionio in magno, quas dira Celaeno.
Et rursum, in quibus eadem longa est, ut
Tunc ille Æneas, quem Dardanio An –– chisae.
Et. Stant & iuniperi, & –– castaneae hir –– sutae.

Quae tamen etiam ipsa Graecorum imitatione magis fi unt, quàm communi Latinorum usu, ut apud quos legi timum aliàs est, uocalem aliam ante aliam in diuersis di ctionibus, per synaloepham absorberi.

Apud Graecos autem, apud quos nulla huiusmodi uoca lium elisio alia fit, quàm quae apostropho notatur, hic modus frequentißimus est, ut statim à principio Ilia dos, ubi praecedens longa est.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχι – υυ λῆος.
Et. Ἀλλ᾽ οὐκ ἀτρείδῃ ἀγα – υυ μέμνονι ἥνδα νε θυμῷ. Et rursum, in quibus eadem corripitur.
Στέμματ᾽ ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου – υυ ἀπόλ λωνος. Et
Χρυσέῳ ἀ – υυ νὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐ – υυ λίσσετο πάντας ἀχαιούς &c.

Caeterum fit & hic modus bifariam, in diuersis dictio nibus

nibus, ut in superioribus hisce exemplis, & rursum in eadem quoq;, ut in his, quæ ab Hephæstione citantur.

Οἶστρος τοιάυ -- τας παρθένους λοχεύεται.

Apud Æschilum in Niobe. Et apud Theocritum.

Ὑψηλὸν δ' ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοι -υυ αὐτα.

Et apud Homerum.

Οἶδ' ἀρετήν οἷος -υυ ἐσσὶ τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι. Sed tamen hæc quoq; perrara sunt, apud Latinos autem etiam nullo, quod ipse sciam, in usu. Nam Ouidianum illud, quod quidam allegant ex tertio Tristium, uidelicet:

Frigora Iam Zephyri minuunt, annoq; peracto

Longior antiquis uisa Mæ -υυ otis hyems,

ego, pro corrupto duco, idq; etiam sensus imperfectus coarguit. Productionis exempla hic non attinet recensere, nam ea ex usu aliàs communis atq; legitima est. Voco autem eandem dictionem simplicem hoc loco, nõ compositam. Nam compositarum eadem ratio est, atq; diuersarum, ut

Ἔδμεναι οἷα σφέας χάμαι -υυ ευνάδες αἰγίδ' ὀσσὶν &c. Et apud Virgilium.

Stipitibus duris agitur, sudibusúe præustis. Sed de hac quoq; re libro secundo diximus.

III. Modus est, quando dictio in uocalem breuem desinit, & sequens à uocali incipit, una tantum consona interueniente, siue is præcedentem dictionem claudat, siue sequentem incipiat, eo tamen pacto, ut quæ syllaba

dictionum

dictionem claudit, eadem pedis principium sit, ut in his Græcis, in quibus prior dictio in uocalem desinit.

οἵδ᾽ ἐμέγα ἰά -- υυ χοντες ἐπέδραμον ὗες ἀ-χαιῶν. Et

Αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν γένετο ἰα -- υυ χὴ τε θρόος τε. Et in quibus posterior à uocali incipit.

Νέστορα δ᾽ οὐκ ἔλαθεν ἰά -- υυ χη πίνοντά περ ἔμπης. Et Iliad. 1.

Ἐκπέρσαι πριάμοιο πόλιν εὖ -- δ᾽ οἴκαδ᾽ ἱκέ-σθαι &c. Quibus respondent Latina hæc:

Liminaq; lau -- rusq; dei &c. Æneid. 3.

Et, quæ suprà quoq; citauimus.

Sceptra Palatini, sedemq; petit E uu -- andri. Æneid. 9. Et apud eundem poëtam.

Muneribus tibi pampineo grauidus Au -- tum-no, Floret ager.

Hic correptionis exemplis opus non est. Nam quæ hoc modo posita corripiuntur, regularia, ut ita dicam, atq; legitima sunt.

Atq; hic modus, quoties in tertium, aut quartum pedem incidit, nihil à cæsura differt, quæ ipsa quoq; parē potestatem habet, ut syllabam naturaliter breuem extendat, de qua re libro primo dictum est. Porrò citat Hephæstio exemplum, ubi syllaba, quæ hoc modo extenditur, non in capite pedis, sed in fine ponitur, hoc uersu: Καὶ Ἄ -- οἱ λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχα πάντων. Vbi tamen Aldus malebat legere μὴν, pro Ἄ.

Et

Et eſt ſanè rarum aliàs, atq; ſingulare hoc.

Cæterum non admodum diſsimile Homerico huic, Horatianum illud eſt, quod libro primo Carmin. Ode tertia legitur, ſcilicet.

Perrupit A – – – υ cheronta Herculeus labor.

Aſclepiadeum eſt, ubi in medio pedis Epitriti, ultima in Perrupit, quæ natura breuis eſt, eadem hac ratione extenditur. Tametſi ſecundum alteram partitionē, qua huiuſmodi uerſus inter compoſitos referuntur, etiam in principio pedis locata eadem ſyllaba uideri poteſt. Sed de eo hic non attinet diſputare.

IIII. Modus fit, cum dictio in uocalem breuem exit, & ſequens ab S, incipit, ſequente una ex tribus his mutis, C, P, uel T, ut in ſcutum, ſpuma, ſtratum, & ſimilibus. Nam hic quoties præcedens uocalis corripitur, uolunt ipſum S, liqueſcere, & uim conſonantis amittere, de qua re & libro primo nonnihil diximus. In hoc modo diuerſe ſe habent exempla Græcorum ac Latinorū. Nam productio apud Græcos frequentior eſt, & propter poſitionem, quam illi etiam admittunt, quoties in ſequenti dictione ambæ conſonātes ponuntur, legitima quoq;. Contrà autem apud Latinos correptio frequentior, & productio rara, eò q; apud Latinos neceſſe eſt, ubi poſitio fiat, in diuerſis dictionibus, alterā utiq; conſonnantem præcedentis dictionis finalem eſſe. Græcorum exempla ſunt.

Ὃν ξάνθοι και λέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ σκα –υυ

μαν–

μανδ'ρον. Et rursum alibi.

Ἀκλειὴς αἴδηλος ὑπαὶ νεφέεσσι σκε – υυ . δάσσι. In his enim in priore δ'ε, in posteriore autem, ultima in νεφέεσσι, sequentibus S, & C, consonantibus, corripiuntur, præter communem Græcorum morem. Latinorum autem contrà, ubi præcedens breuis ex endi tur, hæc. Ferte citi ferrum, date tela – –, scandite mu ros. Æneid. 9. Et apud Silium lib. 9.

Immane stri – – dens agitur, crebroq; coacta &c. Et apud Iuuenalem.

Occultà spoli – υυ a, & plures de pace triumphos. Sed de hac re qui plura uolet, Terentianum uideat. Is enim multis uersibus eundem hunc modum tractauit. Diuersa autem exempla ubiq; obuia sunt, ut Æneid. 11.

Ponite – υυ spes sibi quisq; suas &c. Et apud Hor.

Linquimus insani ridentes præmia – υυ scribæ.

Item apud Græcos, Iliad. 11.

Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν – υυ ὦρσε κακήν &c. Et ibidem. Χρυσέῳ ἀνὰ σκή – – πτρῳ &c.

V. Modus, superiori similis est, poteratq; sub illo cõprehendi. Nam ut suprà de expressis duabus consonantibus dicitur, quarum prior S, sit, ita hic de implicitis Z, & X, quæ ipsæ quoq; si resoluantur, SD, & CB, uel GS, referunt. Fit igitur hic modus, quoties correptam uocalem excipit Z, uel X, eaq; cum possit præcedentem illam breuem corripere, pro simplici ponitur

Terga fatigamus ha - uu sta &c. Item.

Ille latus niueum molli fultus Hya - uu cintho &c.

Quanquam hoc non solum ubi dictio praecedens in cōso nantem desinit, euenire uideas, sed & cum in uocalem, ut in illo Virgilij.

Padumq;, Hebe - uu sumq; subit, Rhoetumq;, Abarimq;. Æneid. 9. Proinde putarunt quidam in his et similibus, H, consonantis uicem sustinere. De qua re libro secundo diximus.

Porrò conuenit hic modus cum tertio, in eo, quòd ut illic, ita hic quoq;, syllabam, quae ex breui, hoc modo longa, siue communis fit, necesse est pedem incipere. Quare & hic cum caesura in idem cadit, si in tertio, uel quarto loco contingat.

VII. Modus ad pronomina Hic, & Hoc, solum pertinet, quare non immeritò dubitare quispiam poßit, utrū inter modos, quos generales esse cōueniebat, referendus sit. Et ipse Diomedes quoq; testatur, quosdam fuisse, quibus hic superfluus uideretur. Tradunt autem Priscianus, Terentianus, & alij quidam apud ueteres, Hicce, et Hocce, scribi solitum fuisse, & quia sequentibus uocalibus in uersu E, quod in fine fuit, abijci atq; omitti consueuerit, à posteriorib. etiam alterum C, omissum, atq; relictum fuisse. Sed tamen quantitatem mansisse propriā. Proinde quoties eadem corripiūtur, ex modo, seu ratione hac cōmunium syllabarū id fieri. Atq; exempla quidē in quib. Hic, utroq; modo ponitur, paßim obuia habes, ut Æneid. 6.

Hic uir, hic – ∪∪ est, tibi quem promitti sæpius audis. Et apud Martialem de Salustio:

Hic erit – ∪∪ ut perhibent doctorum corda uirorũ

Crispus Romana primus in historia. Plura exempla habes suprà in C, finali. At contra hoc, quod ego sciã, nusquam aliter q̃ longa syllaba legitur, ut Aen. 2.

Hoc erat – ∪∪ alma parens Et Æneidos 4.

Hoc il – – lud germana fuit &c. Tantũ de syllaba communi. Cæterum in omnibus his modis illud obseruandum est, ut ea potißimum sequantur, quæ usus & consuetudo ueterum maxime probat. Nam multa bene, atque eleganter interdum dicuntur, quæ si paßim, atque omnibus locis eodem modo usurpare uelis, ex uirtute in uitium uertuntur, tædiumq; ipsi etiam lectori generant. Et Diomedes quoque idem admonens, Ex his omnibus modis inquit, uno duntaxat uti concedunt, (de primo intelligens) qui metrorum rationum, sunt perspicaces. Quod ab illo dictum, ut non anguste adeo accipiendum est, quasi ob id nulla alia figura, ac libertate uti liceat, ita tamen non omnino contemnendum est, & ut in cæteris rebus omnibus, ita hic quoque modus aliquis adhibendus.

FINIS.

LECTORI TYPOGRAPHVS.

Additvri ad finem huc eramus, ex tertio Theodori, quæ ad quantitatem terminationum, casuum, ac temporum Græcorū pertinent, quemadmodum suprà alibi promittitur, sed quia ipsum uolumen alioqui iustā magnitudinem excedit, non putauimus id ulteriore appendice in maius augendum esse.

Præterea deprehendimus & errata quædam inter legendum, cuiusmodi sunt: Dij *uestram ---v fidem,* pro, Dij *uestram fi ---v dem, pagina* 36. *b. &* Familiam *vvv-- mira, pro,* Familiam *quæ vvv-- mira, ibidem.* Et, *apud* Ouidium, *pro, apud* Propertium, *pag.* 111. Et, *Cylindris, pro,* Chelydris, *pag.* 436. *b.* Et, *Catonis, pro,* Cothonis, *pag.* 451. Et, *quo apud* Sidonium, *pro, quo* Sidonium, *pag.* 532. Et, De *Medijs syllabis, pro,* De *ultimis syllabis, in lemmate finalium syllabarum, pag.* 561. *&c.* *Quæ quia manifestiora sunt, notanda hic censuimus.* Nam *cætera leuiuscula, ut sunt, in quibus litera aliqua, uel transposita, uel, inuersa, uel omissa, uel etiam superflue addita est, diligens lector & candidus, per se facile animaduertet.* Neque *enim licuit nobis, cum propter temporis angustiam, tum etiam ob operarum festinantiam, singula adeò exactè, & ut dicitur, ad amußim excutere & examinare.*



M. D. XXXIX.

150 Jcu.

image
not
available